

195
FVLVI CONSTITUTA
NEAPOLITANI PATRITII

MARCHIONIS CORLETI.

APVD PHILLIPVM II. ET III.
in Supremo Italiae Senatu à Consilijs,

ET IN HOC REGNO PHILLIPI ETIAM IV.
etiusque supremi ordinis Primi Regentis, & à Latere Consiliarij.

IN ALIOVOT TRIVM POSTERIORVM
Librorum Codicis Titulos

COMMENTARIA



EXPERIORVM DEDICATIO, ET PRIVILEGIO REGIO.

NEAPOLI, Excudebat Argianus Longus. M.DC.XXV.

Sumptibus Ioannis Dominici Boue.

Imprimatur.

Aloysius Riccius Vicarius Generalis.

Stephanus de Mari Canonicus deputatus vidit.

Don Andrea Lanfrancus Clericus Regularis deputatus vidit.

ILL^{me} ET EXC^{me} PRINCEPS.

Fulvius Constantius, cùm generis nobilitati vtriusque iuris prudentie, & bonarum artium decus adiunxit, atque à prima iuventa, ib haç Civitate Iuridicundo præfetus, ex M.C. & S. C. subsellis à latere primò Regis, in Hispania, mox Proregis in Patria summum ad honorem meritissime translatus, non contentus ad ultimam senectutem Regis, & Reipublicæ commodis insudasse, vt omnibus omni qua potest via posteritati etiam prospiceret, Commentarium super ea Iuris Cæsarei parte, quæ minus à cæteris dilucidata Fuluiani ingenij faciem exquirebat, inter tantas quibus præmitur negotiorum molestias feliciter molitus est. Quod cùm Tuæ Excellentiae iussu perlegisse non multis ante annis publico bono datum ingemui. Tanta quippe doctrinæ profunditate, subtiliū, & forensum quæstionum copia, politioris stylī elegantia, humanarum litterarum ornamenti absolutum inueni, quod dignissimum existimauit tuo non tam permisit, sed mandato tantocius in lucem prodire. Opus vnde Senatores, Magistratus, Caesorum Patroni, Legum Magistri, studiosi omnes, prudentiam, scientiam, eloquentiam, retrusos iuris sensus, veram in disputando rationem ad ingenij acumen, & captum veritatis uberrimè adipiscantur.

TUÆ EXCELLENTIÆ

Seruus addictissimus

Io. Camillus Cacacius.

Imprimatur

Tapia Regens, Enriquez Regens, Lopez Regens.

Prouisum per Suam Excellentiam Neapoli die 6, Iulij 1626.

De Ligorio.



PHILIPPO QVARTO
REGI CATHOLICO
INVICTISSIMO.

ÆTÆC


FVLVIUS CONSTANTIVS
MARCHIO CORLETI. F.




VI primitias libarem ingenij, nihil
opus habui consultatione Phil ppe
Rex potentissime: satis constat cu-
ius in solo arbor est, eius & fructus
esse: atqui non in solo dumtaxat im-
perij tui natus, altusq; sum: sed ex
ephebis in magistratu, primùm auo
nulli Regum secundo; dein patri, principi, si quis-
quam alius, æquissimo, religiosissimo: post etiam tibi,
qui abauum nobis auumq; & patrem moribus, re-

a 2 busq;

busq; gerendis reddis, ac refers; continent i quadra-
ginta annorum spatio togatus militai. vtinam pro
voto sedula certe opera, & assidua: sed quid ad immor-
tale debitum? itaque optaui vt etiam post fata ob-
sequio tuo viuerem, victurus sane in his monumentis,
si mea posteritas ex me aliquid hauriat in obsequium
tuum, tuorum: habebit autem in his lucubrationibus
vnde pleraque fisci iura, rationesq; tueatur, & obti-
neat. Video quam sit opus hoc aurium tuarum maie-
state inferius, sed regalis animi magnitudo non tam
quid afferatur expendit, quam quo obsequio, quod &
esse maximum præmefero, & perenni patrocinio tuo
spero fore perpetuum. Vale.





ILL.^{me} ET EXC.^{mo} PRINCIPI
D·ANTONIO ALVAREZ
DE TOLETO, ET BEAMONT,
DVCI ALBÆ, ET HVESCHÆ, COMITI LERIN,
& Saluatieræ, Marchioni Coriæ, &c. Aurei Velleris Equiti, & in
hoc Regno Proregi iustissimo.

•••••
FVLVIUS CONSTANTIVS
MARCHIO CORLETI. F.



*VI ingenio velut viero gerunt, nihil impensis cogitant, nisi
cuius maximè auspicijs concepturn opus edant: ac ferè in solem;
hoc est in summum maximumquè principum mentis oculos
coniunct, ut publicam lucem uberioris complexu lucis aspi-
ciat. Evidem petulanter, ne, an prudenter dicturi sint aliij,
nescio, certè piè, & ex officio feci, ut in Hespero etatis, ad
Eoum conuersus exorientem ad illustrationem orbis terra ma-
ximi moderatorem imperij, & veluti reliquorum siderum arbitrum Philippum*

Quartū tutelarem nascenti operi delegerim , nunc quoniam ad splendorem tancæ lus-
cis caligant oculi, tuam (Princeps Excellentissime) fidem, tuum præsidium imploro,
qui & huic soli familiare fidus es, & in societatem moderationis adscitus, non huic
solùm Regno Prorex, sed ferè uniuersa Italia proximo tumultu præfusisti, pacem-
quæ tuis armis, tua prudentia orbi christiano peperisti ; ut cùm in vlnas patrocinij
eui, qua catena soles benignitate emergens opus suscepisti, & ex domus tua locuple-
tissimis penetralibus aurora luce, velut argentea veste contexeris, in lucem conspe-
ctumque solis Hesperi . Eoum collustrantis imperij , tu idem proferas , qui suscep-
ris, ut qui diuina iam certaque experientia tua omnia consilia, dicta factaque
tua probat omnia ; rude hoc & impolitum opus, per te tamen oblatum, patiatur ad
se adrepere, & in solem tancæ maiestatis aspicere , vel eo nomine quod dignum tua
luce, tuoque patrocinio duxeris. ita quamvis apud me natum apud te dicetur suscep-
tum, auctum, illustratum . Vale .



I N.

ILLVSTRISSIMO
FULVIO CONSTANTIO
PARTHENOPAEO EQVITI CLAR.^{mo},

Corleti Marchioni, Supremi Consilij Regenti Deca-
no, ac doctissimo legum interpreti.



M A R C V S A N T O N I V S R O S S I N V S
vterioris Calabriæ Fisci Patronus, & M.C.V.criminum Index. F.



*VID iuuat ignotas, Italum doctissime, leges
Promere, & antiqui pandere iussa Numa?
Quin tua venturis mandas oracula sacris?
Te melius prisca nil habuere senes.
Si te prisca frui potuisset Iudice Roma;
Nullus bissenis legibus esset honos.
Si te Graia frui potuisset Iudice ullus;
Cecropia pulsus cederet urbe Solon:*

*Inclita nec saeo pareret sparta Lycurgo,
Gnossia Minoem sperneret Ida suum.
Si japis interpres legum sis ipse tuarum;
Hoc te posteritas, ut reor, ipsa regat.*

E I D E M.



*VR tu Legiferam sectaris Pallada Fulvi;
Sacrum atavi Martem si coluere tuis?
Scilicet armatas illi rexere phalanges;
Tu regis urbana milia regna toga.
Illos Italica, patriaque vocamus Achilles;
Longanus patria in quoque Nestor eris.*

E I D E M.



*ERGE: nouam Legum monumentis exere lucem;
Que dudum obscura condita nocte latene.
Quo video eternum victuris addita libris
Verba, tot obscure sidera noctis erunt.
Desere iam caeli stellatum Astræa volumen:
Hic quoque sidereum Diva volumen habes.*

C A -

CAROLI CALIFANI I.C. NEAPOLITANI.

in M.C.V. Maleficiorum Iudicis.



A D

ILLVSTRISSIMVM AVCTOREM.



VRA Themis nulli veterum libata priorum
Fului sponte tuo credidit ingenio.
Tu Comes Austriaco lateri fers iura Togatis
Patribus, & sensum Palladis instar habes.
Viue diu, constans tibi voluitur orbita fati,
Vi calamo subfit Numen virumq; tuo.



IOAN-

IOANNIS ANDREAE DE PAVLO
IVRIS CONS VLT I NEAPOLITANI

In Patrio Gymnasio Iuris Cæsarij Interpetris Primarij.

A D

ILLVSTRISSIMVM AVCTOREM
O D E:



ON STANT I egregium fide,
Magnum Consilio, & pectore dic Virum
Dulci, Pieri, Barbito.
Illum vel tenera flore Pueritiae
Donatum bene Laurea,
Duxisti gemini per iuga verticis,
Cunctis Pallados artibus
Imbutum, latiam protinus ad togam.

Unde, ut lucida Cynthij
Lampas fert rosei luminis auream
Curru diuite copiam:
Sic pleno radians ille Senatui
Prælucens reliquis, dedit
Doctrinæ roseum, atque eloquij iubar.
Et cum nesciat abdier
Ingens in medijs lux penetrabilibus;
Erumpit repetens diem,
Sublimem repetens, nata polo, Polum:
Grates ergo rependito
Ingratum fugiens Musa silentium.
Fama nomina tradito
CONSTANTI, ut voliente qua caput exeris
Cano ab gurgite Delius,
Et qua Belligerum tendit ad Hesperon.

• • •

Eiudem

Eiusdem Epigramma.



*MICAT ingenij diuino lumine Pallas:
Emicat ingenij sydus in Orbe tui.
Hac parit optatum, sociali fœdus olin,
Ipse datum Iuris munere fœdus alis.
More nitet niae, niae tu more renides,
Catera diuina Palladis instar habes.
Cuique tuum pacet hinc numen. latet attamen unum:
Sis ne ortus Iouis, an Palladis è cerebro.*

FRANCISCI DE PETRIS I. C. NEAPOLITANI.

Ad Illustrissimum Auctorem.

FVLGENS nonnullis, at vix constans inclita virtus;
Quippe cadens, stabilis nec potis esse diu;
FVLVI CONSTANTI, fulvo rutilantior auro,
Et constans virtus te manet usque comes.

IVLII CESARIS CAPACII.

Ad Illustrissimum Auctorem:

TV Proceres tantum superas iurisperitos,
Quantum fulgores Delius æthereos.
FVLVI, in quo semper magno, cum lumine fulsis,
Ore graui pietas, tum genus, & genius.





CANDIDO LECTORI.

DE MARINIS

DONATVS ANTONIVS DE MARINIS

V. I. D. FÆLICITATEM.



ERBA seruire rebus voluit, Illustrissimus Dominus meus, non animum verbis pressam elegantiam secutus, non multiloquium; ac præter votum consuetum què multorum studium, exiguo contentus volumine, non aliorum voluit esse librarius, sed suæ mentis obfetrix, fetusquè nutrictius sui, quem probè adulcam, & eruditum hoc libro edidit, in quo voti scilicet compos, stylo concinno, breui, perspicuo, locos complectitur præcipios, plurimos addet etiam nouos: sed non excurrit, non vagatur, institutum opus urget semper, nec sequitur calatum, sed regit, modumquè ita seruat, ut in sententia, in verbis, nec quid addas reperias, nec quid detrahias: nimirum rem si spectas, magnum volumen habes, verba si numeres exiguum; si perpendas ingens: sed ne in locupletissima breuitate Auctoris laudanda sim ipse verbosior: cape, lege, æquo animo examina: mecum profectò senties, & exclamabis, ò auream breuitatem, ò insigne tali Viro saeculum. Vale.



I N-

INDEX TITVLORVM

Qui in hoc Opere continentur.

EX LIBRO X.




E Iure fisci.	pag. 1.
De Venditione rerum fiscalium cum priuatis communium.	pag.12.
Penis Fiscalibus creditores preferri.	pag.44.
De fiscalibus usuris.	pag.116.
De Epochis publicis.	pag.128.
De Decurionibus.	pag.133.

EX LIBRO XI.

D E Vestibus Holoberis.	pag.161.
De Classicis.	pag.165.
De Mendicantibus validis.	pag.219.
Vt armorum usus inscio Principe sit interdictus.	pag.223.
De Palatijs, & Domibus Dominicis.	pag.235.

EX LIBRO XII.

D E Consulibus.	pag.246.
De Re militari.	pag.259.
De Filijs officialium militarium.	pag.266.



FVLVII CONSTANTII
PATRITII NEAPOLITANI.
MARCHIONIS CORLETI.
COLLATERALIS CONSILIARI.

AD TRES POSTERIORES LIBROS CODICIS
Commentaria Praclarissima.

DE IV R E F I S C I . T I T V L V S P R I M V S.

Lib. X.

S V M M A R I V M.

- | | |
|---|---|
| 1 <i>Glosa diuisio communis.</i> | 10 <i>Barones num possint habere Fiscalem in eorum Curijs?</i> |
| 2 <i>Rubrica continuatio ad precedentes.</i> | 11 <i>Episcopi, & Archiepiscopi num possint habere Fiscalem?</i> |
| 3 <i>Fisci diffinitio.</i> | 12 <i>Fiscus unde dicatur?</i> |
| 4 <i>Ex quibus bonis Fiscus constare dicatur?</i> | 13 <i>Fisci fideiussor conuentus à credito-
re, an possit opponere excussionis
exceptionem?</i> |
| 5 <i>Camera Imperatoris, & Regis, num
differat à Camera Auguste, si-
ue Regina?</i> | 14 <i>Discrimen inter hunc Titulum, &
illum supra de priuileg. Fisci.</i> |
| 6 <i>Legatum sub conditione factum
Regine, caducatur eius morte ante
cessionem dicti legati, & quid in
Rege?</i> | 15  CRIBENTES cō-
muniter pro huius
tit. siue Rubr. expli-
catione; Glos. nostrā
in quatuor diuiserunt partes. In
prima, inspicitur continuatio. In |
| 7 <i>Delegatio facta Vicario prædecesso-
ri, num transeat in successorem,
& quid seruatur in Archiepisco-
pato Neapolitano? num. 9.</i> | |
| 8 <i>Vicariatus non est dignitas perma-
nens.</i> | |

secunda, Fisci declaratio. In ter-
tia, Fisci etymologia. In quarta,
& tandem proponitur quæstio.
Pro quarum explicatione, ut or-
dinatè procedamus à prima in-
cipiendo dicimus, DD. pro cō-
tinuatione huius *Rubri*. satis la-
borasse, varias proponendo
continuationes. Nos autem
magis communem sequendo
sententiam post *Azon. Lucam*,
aliosq; frequentius, ita commo-
dè illam continuari posse fate-
mur.

Egerant supra Imperatores
in superioribus nouem libris
de Iure priuatorum, ad priua-
tos homines pertinente; conse-
quens erat in posterum agere
de Iure publico: sed quia iuris
publici capitalis, & fundamen-
tal is pars Fiscalem causam am-
pletebitur, merito igitur subne-
ctitur tit. ille, *De Iure Fisci*, quod
verbū ius, *Garf. Tol. hic nū. 3. ex-*
ponit pro actione, utilitate, com-
modo, vel quoquis alio remedio
ipſi Fisco competente, siue hec
consistant in aliquo speciali
priuilegio, siue in iure com-
muni.

Proponunt *Accurs.* & cœteri
Omnes, alias continuationes, sed
quia cùm in illis nullā, aut par-
uam secum afferant utilitatem,
non est insistendum, merito ad
secundam *glos.* partem descen-
dere, & sic quid sit Fiscus in sua
specie explicare congrius visu
fuit.

Ad quod respódemus vna cù
codem *Accurs. Bar. Io. de Plat.*
Rebuff. & Piscato. Fiscum nihil
aliud esse, nisi Cameram Impe-
rialem, in qua receptatur quic-
quid ad commodum pecunia-
rium Imperij pertinet, vt in l.
sed *Celsus, ff. de cont. empi.* Alia ve-
rò, quæ ad honorem, & iurisdi-
ctionem Imperij pertinēt, non
autem ad bursale, seù pecunia-
rium commodum, haud conti-
nentur appellatione Fisci, sed
benè appellatione Reipublicæ,
vt in d.l. sed *Celsus, & in l. 2. §. hoc*
interdictum. ff. nè quid in loco publ.

Bona autē, quibus fiscus cō-
starē dicātur, habēs penes *Garf.*
hic num. 3. ybi cumulat omnes
redditus ordinaries Imperato-
ris, Regis, seù Principis, ac etiam
bona vacantia, bona contrahē-
tiūm incēstas nuptiās, pœnas
maleficiorum, seù mulctas, quæ
pro criminibus à iure, vel à lu-
dice imponuntur, ea, quæ ab a-
liquibus, vt indignis auferun-
tur, de quibus omnibus in l. fi-
lius famil. 1. 1. 7. §. *Dini*, il seconde,
ff. de legat. 2. in tit. supr. de bon. va-
can. in l. prima, ff. hoc tit. in l. 5. sup.
de modo mut. in l. *Papinianus*, §. me-
minisse ff. de inoffic. testam. & in l.
hæreditas, supr. de his quibus, vt in-
dig.

Nūmquid autē Camera Im-
peratoris, Regis, Augultæ; seù
Reginæ inter se differat? DD. &
signanter *Io. de Plat.* hic post n. 9.
videtur sentire, q; sic, licet eadē

pri-

priuilegia habeant, Imperator tamen, siuè Rex principaliter, & Augusta, seù Regina in consequentiam, ut in *l. Princeps ff. de legib.* Aduertendum tamen, quod cùm Augusta, siuè Regina non habeat principaliter, & per se priuilegia, sed in consequentiā, nō potest dici habere sic ampla priuilegia, sicut, & Imperator, & Rex, ideo legatum sub conditio-
 ne factū Reginæ, caducatur eius morte ante cessionē diei legati, sed non sic in Cæsare, in Rege, & in Principe, *l. quod Principi,* & *l. si Augusta ff. de leg. pri. prout in simili dicit lo, de Plat. hic ante nu. i o. delegationem, seù cōmis- sionem causæ factæ Vicario Po- testatis, vel Episcopi per mortē Vicarij, vel remotionem ab of- ficio non transire in successorē, licet sub nomine officij facta- fuerit, secūs si fuerit delegata Po- testati, vel Episcopo, *d.l. quod Prin- cipi, & per Bar. in l. quod ff. de iuri. omn. iud. & ratio esse potest, quia Vicarius propriè nō dicitur ha-*
*bere successorem, & Vicariatus non est dignitas permanens, se- cūdum Bucr. Abb. Fely. Dec. aliosq; plures in cap. quoniam Abb. de offic. deleg. quam opinionem antiqui- tūs simpliciter veram fuisse nō dubitamus; hisce tamen tempo- ribus limitatur, non habere locum, quādo stylus alicuius Cu- riæ esset in cōtrarium, prout re- soluit Rot. penes de Graff. decis. 3. de offic. Vicar. & in decis. 1 2. par. 1. di-**

uer. & vbiq; esse hanc obleruan- tiam contra communē opinio- nem dixit Card. in clem. 2. nu. 6. in fin. de rescript. nec etiam procede- re communem opinionem af- serimus, quando Delegans ha- buit respectū ad Tribunal Epi- scopi, iuxta Bucr. in d. cap. quoniam Abbas num. 2 5. nisi quando esset electa industria persone; quo .n. casu Rosa seruat communē opi- nionem d. dec. 1 2. p. 1. diuers. In- 2 Archiepiscopali autem Curia- huius fideliss. Ciuitatis circa hoc obseruantia, & stylus est contra communem opinionem, nem- pè, quod Vicarius successor co- gnoſcit de causa delegata Vica- rio prædecessori, prout testatur eius Praxis cap. 6 9. nu. 1. neq; Vi- carius ipſe successor tenetur citare partem absentem, & con- tumacē, ut testatur Doctis. Ricc. dec. 1 9 4. par. 1. In dubio autem, quando in delegatione non ex- primitur nomen proprium, qđ censeatur, delegantem contem- plari Tribunal, latè probat Her- rony. Gabr. conf. 3. 2. quem refert, & sequitur citata Praxis ante nu. 2. vers. & quod in dubio.
Iure tamen, & vtiliter cùm se- 10 offert occasio, maxime in Re- gno nostro, potest dubitari, an Bardnes in eorū Curijs possint habere Fiscalem, qui assistat, ac audiatur, quando Curia regitur per Officiale, prò criminibus puniendis, & eorum pœnis, vt tenent Regia Tribunalia, ad qđ

breuiter respōdemus negatiue , benē verūm, ipsis licitum esse habere aliquem Assistentē Curiæ super criminalibus causis, quem Praxis Curiæ Coadiutorē appellat, *Nig. in cap. Reg. plerūmq. nu. 9.* sicq; iudicatum in S.C. refert Capibl. in tract. de Baron. prag. 3. post na. 2 3 4. & ante eum olim Collega noster Reg. de Pont. in tra. Etat. de potest. Pro reg. tit. de prouis. fieri solit. §. 4. nu. 6 4.

Sed quid dicendum de Episcopis, & Archiepiscopis? an ipsi Fiscalem habere possint & communiter Omnes negatiue respōdent, cùm Summo Pontifici subiaceant, illumq; in superiorem recognoscant, & hoc officium tantum in Principū Tribunalibus superiorem non recognoscantur, ut post Bald. Alex. & Ioh. de Plat. hit n. 1 s. voluit Coart. lib. 2. warrefol. cap. 10. nu. 1. licet referat, communeta esse in contrarium, sequitur de Ponte loco cit. §. 4. nu. 6 9. & idem seruatur in Archiepiscopal Curiā huius nostræ Ciuitatis, quæ Fiscalem habet, & in omnibus causis criminalibus subditorū auditur, & de hoc latius dicimus infra in iu. penit. Fiscale. n. 47.

Tertiam subiectendo Accurs. 12 partem, quæritur de etymologīa huius vocabuli, *Fiscus*, ad q̄ gloſ. respōdit, *Fiscus* dicitur, quasi fixus, id est firmus, & itabilis, cùm semper sit soluendo, l. 2. in fin. ff. ac fund. dot. & ideo à Fisco

non pōt peti cautio, sicut à priuato, l. 5. *Si em sciendum ff. si cui plusquam per legem falcid.* Cuius 13 occasione satis doctè, & utiliter querunt *DD.* an Fisci fideiussor conuentus à creditore possit op ponere excussionis exceptionē, & *Bald.* in l. 1. nu. 17. in fin. de conuen. *Fisci debit.* docuit, quod non possit ea ratione motus, quia cū Fiscus semper sit soluendo, nē inanis sit fideiussio, videtur renunciatum beneficio excusso, quia si necessaria esset excusso contra Fiscum, nunquā posset cum effectu conueniri fideiussor, hancq; *Bald.* sententiam commendat, & extollit *Alex.* in l. fi. nu. 9. ff. si cer. pat. dicens, omnino menti tenendam, sequitur *Iason* in l. decim num. 3 2. ff. de verb. obli.

Aduertas tamen, contrariam sententiam, tanquam magis iuri consonam, magis communē esse, & sic omnino firmandum, quod Fiscus, etiam sit primò exectiendus, cùm in contrarium nulla lege cautū esse videamus, & per consequens discedi minime possit à communibus, & plannissimis regulis iuris, quæ huiusmodi excussionē in substantia, & bonis debitoris, seu Rei principalis facienda precipiūt; à quibus sanè regulis nullo iure recedi pōt, p Fisco liberādo à tali excusione, cū nō obstat datur Constitutio aliqua, quæ tale privilegiū, & speciale ius Fisco cōferat, & q̄ hæc in pūcto sit ma-

gis

gis cōis testatur *Ant. Gab. li. 3. cō. cōcl. in tit. ac fideiūff. concl. i. n. 3.* &
4. Crem. sing. 44. incip. an fideiūff. fisci. Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 5. §. 2. Corn. cons. 109. lib. 1. Ca-
str. & Cum. in d. l. fin. ff. si cert. pet.
fiscque decisum in facti contingentia in Repub. Senensi refert
Roman. in singul. 64. & cons. 93.
Viss quæ superius : sequitur Piscator hic nu. 47. cum pluribus seqq.
vbi latissimè pro more defendit
hanc opinionem.

Ad postremam *Accur. partē 14 deueniendo, quārunt DD. de discrimine inter hunc tit. & tit.*
sup. de priu. fisci, & duplex assi-
gnatur differentia. Prima, quia
tit. de priu. fisci loquitur de iuri-
bus fiscalibus, quæ in priuilegio
speciali, & iure singulari tantū
versātur, put est, q̄ Fiscus prefe-
ratur alijs, puta in actione per-
sonali, hypothecaria, & simili-
bus: iste verò titulus agit de iuri-
bus fisci, quæ tam in iure singu-
lari, quam in iure cōmuni con-
siftunt, subdens Bar. & commu-
niter Omnes, similem differen-
tiā esse inter tit. de iur. douum, &
de priuileg. dotis. Altera est, quod
hic tit. generalis est quoad om-
nes tit. sequentes ferè huius x. lib.
ad eosq; pertinet Rub. nostra, at
vero titulus ille dūmtaxat perti-
det ad illum de priu. fisci inscri-
ptum, & non ad sequentes, vt
rectè obseruarunt Accur. hic in
fin. rub. Bar. Bal. lo. de Plat. Rbuff.
Piscator Valenz. & ceteri omnes.

IMPER. ALEXAND.

A. ATTICO, ET SEVERO.

LEX PRIMA:

Si priusquam Fisci ra-
tionibus Pater vester obli-
garetur, perfectam præ-
diorum donationem fe-
cisse fuerit probatus; qđ
citra fraudem creditorū
gestum est, non rescindi-
tur.

SUMMARIUM.

1. Lex ista tres lecturas habet.
2. Prima lectura examinatur, & in illa fisci priuilegium memoratur num. 4.
3. Vnum ex extremis assistentia inscribitur.
5. Secunda lectura discutitur.
6. Futuris creditoribus an competat revocatoria rerum alienatarum.
7. Fraus quando presumitur.
8. Donatarius, qui probauit rem sibi donatam esse, num post didicita testificata in materia huius legis possit probare, donationem præcessisse obligationem fiscalem?
9. Donatio solo consensu contrahitur, & quid quando agitur de priuicio fisci? nu. 10.
11. Tertia huius legis lectura refertur.
12. Intellectus Piscatoris ad hanc legem.
13. Intellectus Alexandri Turamini.

- 14 Lex ista loquitur in limitatis terminis secundum Piscatorem.
- 15 Fiscus, et si creditor posterior, preferatur anterioribus in bonis eius obligationem quæsius, & questio in materia proponitur n. 16.
- 17 Fisci priuilegia in materia hypotheca.
- 18 Tex. in l. si quis de iure fisci limitatur.
- 19 Tex. in l. fin. qui pot. in pig. hab. singularis.
- 20 Piscatoris theoria approbatur.
- 21 Tex. in l. si quis, ff. de iure fisci an habeat locum in dote.
- 22 Hypotheca tacita, quam habet fiscus in bonis eius Administratoris, à quo die incipit currere.
- 23 Et quid in pupilli, & minoris bonorum Administratoribus.
- 24 Et quid in procuratoribus, & fiduciariis.
- Fertur decisio ad questiones.



E G E M hanc ab Alexand. Imperatore conditam, tres habere lecturas, variosque in se contineat intellectus, ex Accur. in ver. probatus, alijsq; DD. hic facile dignoscitur. Alij enim estimarunt in merum fisci priuilegiū inductam. Alij verò id negādo, esse merē iuridicam, non ineleganter censuerunt.

Prima namq; lectura, quæ ex 2 glo. Bar. Io. de Plat. Rebuff. & alijs colligitur est, qđ lex ita loquatur, & se fundet in actione hy-

pothecaria, secundum quam leturam hoc dicit in summa. Donatarius conuenitus à fisco hypothecaria debet probare donationem intercessione, & præcessione obligationē fiscalem, ut absolutio sequatur. hoc modo summat Bart. Io. de Plat. Rebuff. & ceteri omnes, in qua actione adeò fiscus satis priuilegio munitus videtur, ut aduertit glo. nostra hic, & melius Barbo. in 2. par. l. pri. ff. solut. matrim. n. 1 s. quod licet regulariter, quando priuatus creditor agit hypothecaria contra possessorem, siue titulo oneroso, siue lucrativo possidentem, teneatur probare bona super quibus fuit intentata hypotheca tempore eius obligationis fuisse in bonis, & de bonis debitoris, quod in Regno nostro est vnum ex extremis assistentia, ex prag. i. sub tit. de affl. in antiquis de iure communi ex l. & quæ nondum §. quod dicitur ff. de pignor. ubi Bar. ex Affl. dec. 383. 4 hoc tamen non consideratur in fisco, qui habet intentionem fundatam pro se, sed onus erit possessoris probare tempore quo bona illa fuerunt ipsi donata, vel vendita, non aliter eius auctorem, adhuc cum fisco contraxisse, quod si non fuerit probatum, licet ex parte fisci nihil fundatum, venit tamen fiscus præferendus: hoc idem ultra relatós per Barbo. animaduertunt Bal. in l. si debitor sup. de priuileg. fisc. & in l. 1. sup. de hered. vel act.

vnde.

rend. Euerar. in centu. lega. cap. 29.
lit. B. Rom. sing. 160. Ang. in §. illud
Auth. de trient. & semis. quos om-
nes congerit, & eleganter sequi-
tur Don Fran. de Alfar. de officio
fiscal eiusque privileg. priuileg. 24.

Secunda lectura, quæ ex eodē
5 Accur. Bar. 10. de Plat. Rebuff. &
alijs colligitur est, quod lex ista
loquatur, & se fundet in actione
Pauliana s. reuocatoria, de qua
in toto tit. ff. & sup. quæ in fraud.
cred. & in §. si quis in fraudem in-
fit. de actio. secundum quam hoc
dicit in summa. *Donatarius con-
ueni. us à fisco actione Pauliana re-
uocatoria alienatorum in fraudem
creditorum, in dubio debet probare
donationem præcessisse, ut absolu-
tur à petitione fisci. his verbis sum-
mat Bar. hic post num. 9.* & 10. de
Plat. num. 5. ex qua lectura utili-
ter querunt DD. hic, & Bald. in
Rub. sup. quæ in frau. cred. col. 2. &
6 Couar. lib. 1. var. ref. c. 2. nu. 2. an
futuris creditoribus competat
reuocatoria rei alienatae tanquam
alienatae in fraudem creditorū,
& distinguendo vnamiter re-
spondent, signanter Bar. nu. 2. 10.
de Plat. post n. 5., & Piscator n. 26.
cum seq. Aut fuit à debitore facta
alienatio fictitia, & simulata, &
certè talis alienatio non valeret,
nec dici potest translatum do-
minium, & per consequens non
præjudicat futuris creditoribus,
sed illā benè poterunt per hanc
actionem reuocare, tex. est in l.
nuda, ff. de contrah. emp. l. empir,

& ibi per eundem Bar. ff. de aqua.
plus. arcen. imaginaria ff. de reg. iii.
Aut verò alienatio non est ficti-
tia, sed vera, licet facta in fraudē
creditorum, & hoc sanè casu, si
creditores futuri sunt hi quo-
rum pecunia priores dimissi, &
liberati sunt, & tunc benè con-
ceditur eis reuocatoria, l. ait pre-
tor § ita demum, ubi Bar. & l. nisi
priores ff. quæ in fraud. cred. si autē
non, & tunc si tempore aliena-
tionis nullo modo cogitauerat
debitor de futuris creditoribus,
& certè non competet eis reuoc-
atoria, quia non potest dici in
corum fraudem alienationem
factam esse, secus verò si excō-
gitauerat, prout est tex. in l. si ma-
ritus in fin. 14. ff. qui, & à quibus,
& in Auchen. sed iam necesse sup.
de dona. ante nup. & ibi glos. in ver.
suspicio, & in verbo aduersus, &
hæc fraus præsumitur, ut dixit
Bar. hic num. 8. eo ipso, quod scit
debitor se creditorem habere,
vel habiturum esse, & bona eius
non sufficere, ut in l. si quis cum
haberet. ff. quæ in fraud. cred. vel per
alias legitimas coniecturas, ut
per eundem Bar. in l. post contra-
Etum ff. de donat. vbi ponit utili-
ter pro more plures regulas, ex
quibus colligitur fraus.

Quid aut, si in utrāq; p̄narrā
8 ta actione Pauliana s. & Hypo-
thecaria probauerit donatarius
ré sibi donatam esse, vtrum post
publicationem testium, & didi-
cita testificata poterit probare,
dona-

donatione præcettile? & communiter *Omnes* pari voto post *Bar.* hic num. 9. & in *Authen.* qui *semel sup.* de probat. affirmatiuè respondunt, nisi in prioribus articulis fuisset articulatum de tempore, arg. c. ex tenore extr. de testib.

Illud aut̄ antequam ad tertiam descendamus lecturam omnino pro vera legis nostræ explicatio ne obseruandum, nām etsi donatio solo consensu absque traditione perfecta dicatur, ex *tex.* in §. alia inst. de donat. attamen in casu legis nostræ fisci fauore actualis, vel saltim facta requiri tur traditio, ut notat glo. nostra, hic in verbo perfectam, ita ut si donatarius tempore quo donas cum fisco contraxit haud cæpit possessionem rei donatæ saltim facte, licet per prius, ac multum temporis ante fuisset celebrata donatio, tamen fiscus venit præferendus, hoc idem animaduer tit, & benè Peregr. in tract. de iur. fisci lib. 6. tit. de pignor. & hypo. nu. 3. & late Pisca. hic à nu. 34. usque ad num. 38.

Ad tertiam, & postremā de scendendo lecturam, erit obser uandū cū glo. & Bar. hic in fine, ex tit. que in fraudem credito. oriri quandam actionem in factum, contra alienantem, quæ ad hoc est utilis, ut per cessionem bonorum, alienans in fraudem nō effugiat poenam carceris, l. 1. in fine ff. que in fraud. cred. & secun-

dum hanc lecturam breanter hoc dicit in summa. *Actio*, que datur contra alienantem in factum non intentatur contra heredem, si probauerit, alienationem præcessisse debitum. Sed quia lectura hæc communiter à DD. reiicitur, ideo cum illis pertransiudo, eā examinare non puto necessarium.

Quibus discussis verus intellec tus, veraq; explicatio, quā Pisca. hic num. 11. existimauit dandam esse ad legem nostrā, prætermittenda non erit: inquit enim Pisca tor, & docte satis, verum, & planum huius legis sensum, in eo consistere, quod speciale ius pro fisco proponat lex ista, in eo, quod licet fiscus actor sit, nec probet sui iuris, & obligati onis prioritatem, obtinebit tam en in causa, nisi reus à se conuentus liquidò probet sui iuris anterioritatem, & ita re dubia, sic existente præsumit lex in fisci fauorem, ita tamen hoc admittit, si copulatiuè concurrant duo hæc. Primum, quod fiscus agat ratione contractus, & consequenter ad damnum vitandum. Alterum, quod agat aduersus titulo lucrativo possidē tem, & sic adnotare mandat Pisca. ex hoc vero, & receptioni intellectu, legem hanc in determinatis, & limitatis terminis loqui, penitus abiurgando eos omnes, qui perperam, & citra omnem huius legis mentem, & sensum,

puta

putarunt ita generaliter deduci posse regulam ex hac *lege*, vt indiscriminatim, & indistincte ex ea sit colligendum, quod in dubijs sit pro Fisco iudicandum.

Illud tamen, quod de *lege* nostra sentit *Alex.Turam.* vir tempestate nostra satis ingeniosus, ad interpretationem l. non puto, ff.de iure Fisci cap.3. tanquam scitu dignum, non erit silentio omni etendum, dum legem hanc non aliter in Fisci priuilegium induciam, sed iuridicam, de qua iure conditam eleganter contatus fuit defendere. inquit enim, Fiscum in *lege* nostra venire aduersus donata per eius Administratorem, tanquam alienata, & donata in eius fraudem, cum bona illa, propter donatoris bonorum Fiscalium administrationem essent, & sint ipsi tacite hypothecata, ex l. 2. sup.in quibus caus.pig.tac.con. cum autem fraus, qua Fiscus nullam dicit donationem, si donatarius illam purgare intendit, nullamque demonstrare, purgari minimè possit nisi ex tempore, eiusque prioritate, iure ux. noster mandat, probationem fieri ab eo, qui se fundat in tempore, & sic nullum potest considerari Fisci priuilegium, cum regulare sit, unumquemque probare debere, quod est fundamentum suæ intentio-nis, vt scripsierunt *Bart.*, *Imol.* & cæteri *Omnis in l. illa ff.de ver. obli.* & probatur in l. cum actum ff. de

neg. gest. Cum autem Fiscus ad iudicium preuocans patrem, probet ex administratione, illum debitorem esse, ac bona donata per eum possessa fuisse, satis pro utili Saluiano interdicto obtine re videtur, ex notatis per *Bart.* in l. 1. nu. 5. ff. de *Salvia.* interd. & in l. 2. sup. cod. tit. modò si reus legitimè se defendere intedit, necesse est excipere, veram esse administrationem, tamen antè illius susceptionem fuisse sibi factam donationem, & cum hoc excipiendi modo prioritatem temporis deducit, & ita ab ipso excipiente probari debet, non propter Fisci priuilegium, sed quia reus in sua exceptione actor est, l. 2. ff. de *except. ifrumq; verum esse legis nostræ intellectum, arbitratus est Turam.*

Ex quibus omnibus satis, superque, fuit demonstratum, quid Antiqui DD. & Moderni, signanter *Pisc.* & *Turam.* de *lege* nostra, senserunt, quo sit, ut iam ex vero, & receptioni intellectu humani ius legis, quæ secundum *Piscat.* in determinatis, & limitatis terminis loquitur, non ab re hic, & alibi dubitarunt DD. quid dicendum, quando Fisco datur prælatio in bonis quæsitis post eius obligationem, iuxta terminos l. si is qui, ff. de *iur. fisc.* cui incumbat onus probandi, acquisitione esse facta antè, vel post Fisci obligationem? Fisco si secundo creditori, vel primo sit aut standum

11. legi noltiæ, quæ Fisco fauet, ut sit præsumendum, acquisitione factam post Fisci obligationem
 12. nisi cōtrariū probetur. Et ante quā hoc soluamus, erit prius ad uertēdū, Fiscū in materia prioritatis, & posterioritatis hypothecæ concurrentem cū alio creditore priuato anteriore, illo tantū priuilegio potiri, ut posterius habens expræssam priori tacitā habenti præferatur, sicut est determinatum in dote, *Bal.* & *Dotor.* in *l. assiduis*, *supra*, qui pot. in *pignor. hab.* *Negus.* & alijs, quos sequitur *Alfar.* citato tract. de offi. fisc. priuil. 22. quando autem aduersus eius debitorem concurrit cū altero creditore anteriore, siuè generalem, siuè specialem hypothecam habente expræssam, est inter eos seruanda regula *l. qui prior*, *ff. de reg. iur.* quod tamē ex speciali Filci priuilegio fuit limitatum, ut non habeat locū in bonis post eius obligationē quæsitis, in quibus venit benè preferendus anterioribus creditoribus, *d. l. si is qui*, intellige tamē anterioribus ex tempore tantum, quia si cum anterioritate temporis haberet creditor aliquod priuilegium, puta, quia esset creditor ex causa tutelæ, esset pupillus, vel minor, & similis, tunc enim ratione duplicitis priuilegijs, scilicet prioritatis temporis, & tutelæ, minoris ætatis, &c. priuatus præfertur Fisco, etiam in bonis quæsitis post obligatio-

19. nem Filci, *Tex.* est formalis in *l. fi. ff.* qui pot. in *pign. hab.* & ibi *Bar.* & *Omnes notans*, *Capyc. decif.* 129. num. 12. *Negus.* 2. memb. 5. par. nu. 42. quos *Omnes*, & alios congerit *Alfar.* loco cit. priu. 23.
 Modò ad propositam dubitationem deueniendo videtur, secundum terminos legis nostræ respondēdum, siuè Fiscus auctor esset, siuè reus, quia habet intentionem fundatam pro se, onus esse primi creditoris probare bona, quæ Fiscus prætendit acquisita post cius obligationem, fuisse antea quæsita, sed quia diximus, *legem* nostram tunc habere locum, quando Fiscus agit ad damnum vitandum, & aduersus illum, qui agit de lucro captando, erit respondendū, illius onus esse probādi, qui actionem proposuit, vndē si primus creditor agit contra Fiscum secundum creditorem, debet probare, acquisitione factam, priusquam fuisse cum Fisco contractum, sed si Fiscus ageret cōtra primum creditorem priuatum, debet necessariò probare fundamentum intentionis suæ, & sic acquisitionem bonorum factam post eius obligationem, alias succumberet, hoc in specie nota, post *Olrard.* & *Bar.* in *d. l. si is qui*, *Negus.* ubi sup. num. 43. ex 20. quibus fatis videtur, quantum vera, & probabilis sit *Pisc.* theoria.

Cùm autem de notabili *Tex.*

in d. l.

in d. L. si is qui, ff. de iure fisci, mentionem fecimus, utiliter potest dubitari, licet parum ad materiam, de qua agimus pertineat, num lex illa, quemadmodum Fisco fauet, sit etiam ad dotis fauorem extendenda, cum paribus passibus ambulent, iuxta vulgata in l. 2. sup. de priuileg. Fisci. Et omissis disputationibus, ac veterum, & modernorum sententijs, quæ cum sint tam variæ, & diuerse, longum foret de his differere; contenti erimus de inueterata nostri Sacri Consilij Praxi, obseruantia, & Decisionibus, volentibus, legem predictam tantum ad casum, de quo loquitur, non aut ad dotis fauore extendendâ esse. Pro cuius inueteratae Praxis, & tot Decisionum rationibus, videre est apudolim Eruditissimum eiusdem Sacri Consilij Cōsiliarium Nicolaum Antonium Gizzarellum, qui Decisionem integrâ primam in ordine de hac questione composuit, cui tanquam satis docte, & eleganti nil addi potest, & videntus est Castil. lib. 3. controv. cap. 4.

Iure autem potest dubitari p
22 vera legis nostræ explicatione. Hæc tacita hypotheca, quæ Fisco competit in bonis eius Administratoris, quando, & à quo die in Fisci beneficium, & fauore currere incipiat? à die inquâ cæpti officij, vel à die commissæ fraudis, & malæ administrationis? effectus resultat maxi-

mus, quia si respondeamus a die commissæ fraudis, si donatio, de qua in lege nostra fuerit facta post suscepsum administratio- nis Officium, ante tamen com- missam fraudem, certè Fiscus aduersus filium donatarium a- gendo vanas haberet prætensi- ones; cum eo tempore, quo obli- gatio currere incœpit in benefi- cium Fisci, sit iam facta dona- tio: sin autem afferamus à die cæpti officij, pro Fisco erit om- ninò respondendum. Et omissis disputationibus, quæ ante Imperatoris Iustiniani Constitu- tionem in l. cum oportet S. final. sup. de bon. quæ lib. inter antiquos Glosatores agitabantur, breuiter erit respondendum, à die cæpti officij, non autem à tempore commissæ fraudis, & malæ ad- ministrationis, tacitam hypo- thecam currere, prout est Tex. in d. § fin. qui licet loquatur de administratione, quæ sit per pa- trem in bonis filij, fuit tamen à Doctoribus iure extensus in admi- nistratione tutorum, & curato- rum, eorumque fideiussorum,
23 vt à die suscepti officij, in be- neficium pupillorum, & mino- rum, tacita hypotheca currere, intelligatur, prout decisum per supremum Sabaudiæ Senatum, refert Doctiss. Præf. Faber in suo Co- dic. tit. quibus mod. pignus, vel hyp.
24 tac. cont. decis. pri. Fuit etiam exte- sus in administratione Procu- ratorum, eorumq; fideiussorū,

pro-

prout decisum refert idem Faber vbi sup. decif. 26. notat Negus. in tract. de pigno. 4. memb. 2. par. nu. 12. Theff filius decis 84. num. 8. & 9. lib. 2. quast. forens. & in administratione bonorum Fiscalium, Peregr. in tract. de iur. fisci lib. 6. tit. de pigno. & hypoth. num. 1, ac ita decisum in Rota Florent. ipso referente, testis est Alex. Turam. loco cit. à num. 4. usq. ad 8. vbi diffusè, & eleganter pro more disputat quæstionem.

DE VENDITIONE Rerum Fiscalium cum pri- uatis communium.

Tit. IV.

IMPER. ALEXAND.

A V. E V P L E O.

LEX PRIMA.

Forma est, quoties ad Fiscum, vel minima portio rei pertinet, vt vniuersa à procuratoribus meis distrahitur: sed pretium partis tantum in Fiscum redigatur, reliquum dominis partiū restituatur. Emptore igitur prædiorum, de quibus libellum dedisti, apud suum Iudicem conueni, usurum defensionibus, si quæ sibi competunt.

SUMMARIUM.

- 1 Inuitus quis non cogitur vendere suum.
- 2 Conditio prohibentis, melior est in re communi.
- 3 Fiscus rem cum priuato communè, eo etiam inuitò integrum vendit ex priuilegio.
- 4 Forma in hoc Textu, quid significet.
- 5 Priuilegium, de quo in hac lege, tribuitur Fisco uilitatis causa.
Item, & dignitatis nu. 7.
- 6 Inuitus quis non cogitur stare in cōmunione.
- 8 Instrumenta communia cum priuato seruat Fiscus, uti dignior.
- 9 Fiscus eligit portionem ex rebus delatis, vel confiscatis, num. 10.
Etiam secundum Constitutionem Foriudicatorum nu. 11.
- 12 Fisci societas, Leonina similis.
- 13 Priuatus homo non debet se, suaque immiscere cum magno viro, neq; cum Fisco, nequè cum ingenti flumine.
- 14 Priuatus ex societate cum Fisco, aliquando multa consequitur cōmoda.
- 15 Praescriptio eadem currit contra priuatum socium, quæ contra Fiscū, & Ecclesiam in re communi.
- 16 Laicus Compatrionus cum Ecclesia, presentat infra sex menses, prout Ecclesia.
- 17 Exequatio, que fit, pro debito communi cum Fisco, si seruata forma priuilegorum Fisci.

18 Pri-

- 18 Priuilegium huius legis, non exorbitans, sed in equitate fundatum.
- 19 Priuatus requirendus est, quando Fiscus intendit vendere rem cum illo communem, & preferendus.
- 20 Perire, verbum in hac lege, quid & num. 70.
- 21 Priuilegium, de quo in hac lege, procedit, etiam si minima pars rei ad Fiscum pertinet.
Siue res diuidua sit, siue non, num. 22.
- 23 Priuilegium, de quo in hac lege, habet locum, non solum pro rebus Regalibus, sed etiam pro priuatis ipsius Regis, seu Principis.
- 24 Priuilegia omnia Fisco competentia, competit etiam pro bonis priuata rationis.
- 25 Ecclesia eodem huius legis priuilegio potitur.
- 26 Argumentum à Fisco ad Ecclesiā, non procedit, nisi in expressim à iure equiparatis.
- 27 Fiscus, & Ecclesia, in prescriptiōnibus pares.
- 28 Hypotheca racia, qua competit Fisco, non competit Ecclesiē.
- 29 Fiscus an habeat hoc priuilegium in re cum Ecclesia communī.
- 30 Lex omnes, & l. benē à Zenone, nec pro, nec contra Ecclesiam procedunt.
- 31 Leges Casarea in his, qua sunt modici praividicij, praividicantes Ecclesiē.
- 32 Fisco, quod ius in re necessarium, ad hoc priuilegium obtinendum?
- 33 Princeps non est Dominus rerum subditorum, contra Martini sententiam.
- 34 Princeps ratione directi dominij, quod habet in re vassalli, an alieno vtile, & nu. 37.
- 35 Constitutio Regni post mortem, fundatur in dispositione huius legis.
- 36 Dominus directus, nūm alieno feundum quaternatum, secundum quid, sine consensu utilis doni, & nu. 38.
- 39 Iura feudalia magnopere considerare interesse voluntatis.
- 40 Constitutio post mortem sublata per Capitula Papa Honori.
- 41 Constitutionis post mortem, ratio afferetur.
- 42 Princeps usufructuarius, an alieno cum usufructu proprietatem, inuitu Domina, Resolutio, nu. 46.
- 43 Usufructus, ac cetera seruientes, sunt tanquam accidens.
- 44 Constitutio Hispanie de retractu rei communis, non procedit in usufructu.
- 45 Usufructuarius non est consors, nec socius in dominio.
- 47 Usufructuarius, an dicatur Dominus?
- 48 Dominiorum genera? que.
- 49 Fisco videnti integrum rem, si superueniat portio deficiens, ex quovis titulo prodest.
- 50 Fiscus non Dominus, sed possessor huius legis beneficio non gaudebit, dabit ramen usufruendi conditionem, num. 51.
- 52 Fiscus ob solam hypothecam, can-

- dem huius legis habet prærogati-
uam, dummodo creditoribus po-
sterioribus satisfaciat.
- 53 Hypotheca rem communem afficit,
etiam pro parte socij.
- 54 Socio aduersus credorem socij alie-
nantem rem communem, plura
dantur remedia.
- 55 Fiscus ob immanitatem criminis
deuastat domum integrum de-
linquentis, satisfacit tamen ex
pretio creditoribus.
- Idem* si sit communis cū alijs, n. 56.
- 57 Priuilegium, de quo in hac lege, ha-
bet locum non solum quando Fi-
scus vult distrahere rem commu-
nem, sed etiam, quando per se re-
tinere vult.
- 58 Fiscus num locet integrum re-
cum priuato communem, Resolu-
num. 60.
- 59 Annibal Moles Regens fuit insignis
Vir.
- 61 Lex ista cessat in emphyteusi, &
in feudo.
- 62 Fiscus pignorat totam rem commu-
nem, contrarium tamen defendit
Ripa num. 63.
- Concluditur distinguendo, num. 64.
- 65 Res si pignoratur pro tanta quanti-
tate, quanti venderetur, vendi-
tio est, non pignus.
- 66 Priuilegium, de quo in hac lege, au-
habeat locum in donatione.
- 67 Donatio remuneratoria, non est
mera donatio.
- 68 Priuilegium, de quo in hac lege, an
habeat locum in permutatione?
- 69 Veditio, de qua in præsenti lege, fa-
cienda præsumi pecunia, & cum
- Fiscalibus sollemnitatis.
- 70 Socius à Fisco requirendus, et si
velit, preferendus in emptione rei
communis.
- 71 Princeps in dubio non præsumitur
civille Tertium ledere, sed iure pri-
uati vti.
- 72 Fiscus in hac lege exigit etiam
portionem pretij socij, non tamen
inclusi.
- 73 Socius pro recuperatione pretij eius
partis contra Fiscum, potest a-
gere actione negotiorum gesto-
rum.
- 74 Socius vendicat suam partem, Fi-
sco, vel emptore non sguente pe-
cuniari.
- 75 Fisca exigit totam penam cum pri-
uato communem.
- 76 Appellari prohibitum, vigore
Statuti, à sententijs latis in fa-
uorem Fisci, si per Iudicem
fuerit declaratum, penam debe-
ri Fisco, & parti, non est locus
appellationi, etiam pro portione
spectante ad partem, & quomodo
hoc procedat? nu. 77.
- 77 Ius a crescendi, non habet locum in
contractibus.
- 78 Vectigal ex necessaria venditione
non soluitur, cum aliquibus decla-
rationibus, num. 81.
- 80 Laudemium non debetur ex néces-
saria venditione.
- 82 Necessitas multiplex, & que né-
cessariam faciunt venditionem,
num. 83.
- 84 Vectigal ex venditione, de qua in
hac lege, non soluitur à socio.
- 85 Gabella non debetur, quando Prin-
ceps

cepit alicui priuato non auferat ex causa publica visitatis pretio ei tributo.

86 Socius etiam de parte socij, quādoq; disponit.

87 Donator medietatis bonorum disponit de integra re ex donatis, inuito donatario, reficit tamen tantumdem ex alijs:

88 Socius in communi solo edificat Ecclesiam, inuito socio.

89 Vendere quis cogitur pro amplianda, vel construenda Ecclesia.

90 Socius libertatis causa potest, inuito consocio manumictere seruum communem.

91 Communis res reficitur, & munitur inuito socio.

92 Socius vendēdo totas res venales, communes, transfert dominium.

93 Socius vultur re cōmuni ad usum destinatum, inuito consocio.

94 Socius inhabitando in domo communi, antenatur ad pensionem pro parte?

95 Socius, an possit insolidum vel seruis, & Animalibus communibus ad usum destinatum.

96 Socius potest propria auctoritate prohibere consocium, qui vult re cōmuni, ad usum non destinatum.

Ex de ratione num. 97.



Nūgnis est huius legis decisio, continet enim magnum Fisci priuilegium, si quidem quāuis id, quod nostrū est, sīnē facto nostro, à nobis auferri non possit, l. id, quod nostrum, de regul. iuris. Nec aliquis inuitus rem suam vendere cogatur, l. inuitus, supra de contrahend. empt. l. nec emere, sup. de iur. delib. Neq; quis plūs iuris in alium valeat transferre, quā ipse habeat, l. non est nouum, ff. de acq. rer. dom. §. contra autem, instit. quib. alien. licet, vel non, & in re communi melior sit conditio prohibentis, l. Sabinus, ff. commun. disid. & id, quod mihi cum alio commune est, meum non dicatur, nisi quoad partis meae dispositionem, l. servi electione §. labeo in princ. de leg. r. Nec valeat quis integrum rem communē alienare, l. supra de commun. rer. alienat. Fisco tamen hoc ex peculiari, ac proprio priuilegio tributum fuit, vt rem communem, etiam inuito socio totam valeat alienare, & in emptorem dominium transferre: adeò, vt soluto partis pretio condomino, emptor plenam obtineat securitatem, vt Imperat. Alexand. in hac lege nostra, & Antonin. in l. 2. supra de commun. rer. alienat. apertissimis verbis rescripserrunt. Nequè hoc Cœsares illos primū statuisse, sed antè eos ab alijs id constitutum sua-

dent verba harum *legum*, ex quibus non aliquid de novo disponi, sed antiquum ius referri appetet. *Antoninus* enim in dicta l. 2. *Mulsum interest*, inquit, *verum coheredes sui possessionem communem distracterint*, an vero *Fiscus*, cum partis esse Dominus soliditatem, iuxta proprium priuilegium vendidit. Et in hoc responso nostro, *Alex.* non quasi noui Iuris Author, sed ut relator veteris Constitutionis, tradit formam agendi in casu isto.

Formam autem hic *Accursi*, interpretatur esse Constitutionē Iuris, adduciturque *Tex.* in l. rescriptum, ff. de pact. & in l. *Dini*, de admin. tutor. *Lucas* vero *Pennens.* formam dicit esse rescriptum, extra corpus Iuris, per *Tex.* in *Auct.* vi facte nouae Constitutiones in §. vi autem in fin. ibi: *Et sacras super his formas dando*, & ex hoc infert ad formas literarum Regiae Cancellariæ huius Regni, quas, inquit, esse pro lege seruandas. Ego autem veriorem interpretationem esse opinor, ut formam dicamus, non ipsam Constitutionem, sed modū ab ipsa Constitutione inductum.

Hoc vero priuilegium utilitatis causa Fisco concessum fuisse, omnes Scribentes fatentur, Melius enim, ac cōmodius res integra, quam ipsius portio vedi solet, l. *Meinius*, §. fin. ff. famil. erciscund. l. 1. §. 1. sup. comm. diuid. tantam est hominum cupiditatem.

tas, ut nihil te habere, qui non totū habeat arbitretur, l. 2. infra, quando, & quibus quarta pars His accedit, quod communio multa incommoda patere solet.

6 Adeò, quod nemo inuitus in cōmunionē stare cogatur, l. si non sortem, §. centum, ff. de condit. indeb. Nām est causa discordia, soletq; negligi, quod communiter possidetur, l. cum pater, §. dulcissimis de leg. 1. l. in re communi, ff. de seruit. *urbani pratio.*

7 Non solum autem utilitatis causa, verum etiam dignitatis hoc priuilegium Fisco tributū fuit, ut notauit *Bald.* in cap. 1. de fratrib. de nou. benef. inuest. ubi *Barbar.* in *Addit.* inquit, hanc esse prærogatiuam ratione maioriatis, tñè maioriæ, citatq; ad id *Tex.* in l. *sancimus* §. nō autem *C.* de donatio. cum ibi notatis per eundem *Bald.* ad quæ faciunt tradita per *Boer.* dec. 5. n. 5.

8 Multa enim Fisco rōne præminentia licent, & permittuntur in re communi. Nām, & instrumenta communia penes Fiscum manere debent, l. *Senatus*, §. *Senatus censu*, ff. de *Iur. Fisc.* quia apud digniorem seruanda sunt, l. si. ff. de fid. instr. l. *Procurator sup.* de eden. Itē l. ilcus eligit portionem ad le spectantē in rebus eorū, qui se deterūt, nisi sit vxor defuncti, l. 1. infra de his, qui se defir. cui cōcordar lex huius Regni in (est, incip. *Præsēti*, in ti. de off. Sec. 9 circa fin. sic et cōflicatis bonis, q;

inter

inter alios sint diuidenda, Fiscus
facit partes, atq; diuidit, ita Bar. in
d. §. Senatus in fin. Ang. Aretin. in
tract. de malefic. in vers. dandis, &
foluendis, Iaso. & Gomes. in §. qua-
dam autem inst. de actio. Immò
in hoc Regno, quando Fiscus
foriudicato, seu bannito succe-
dit cum alijs filijs, cùm quibus
æqualiter ad successionem vo-
catur, ex Constitutione incipiente
Foriudicatorum bona, sub tit. de Fi-
fco succedente foriudicatis, ipse Fi-
scus eligit portionem, in qua
vult succedere, idq; ratione lux
dignitatis, vt ibi notant Isern.
exterique Interpretes ipsius Constitu-
tionis, idemq; Isern. & Affl. in c. i.
de fratr. de nou. benefi. inuest. Et li-
cet Andr. ià proximè citato loco
dicat, Fisci societatem, assimila-
ti societati Leoninæ, & Hypp. de
Marsil. in sing. 6. 55. velit, homi-
nem priuatum non debere se,
suaquè immiscere cum magno
viro, neq; cum Fisco, neq; cum
ingenti flumine, id tamen non
semper, & vbiq; procedit, nàm,
& multoties priuatus ex socie-
tate cum Fisco, alijsq; personis
priuilegiatis commodum con-
lequitur, insignis est ad hoc Tex-
tus in l. si communem, ff. quemad-
mod. seruit. amitt. ubi Paul. Iure-
consult. inquit: Si communem fun-
dum Ego, & pupillus haberemus, li-
cet ruerq; non rueretur, tamen
propter pupillum, & Ego riam re-
tineo. Inde fit, vt habens rem
communem cum Fisco, vel cù

Ecclesia, non patiatur, nisi can-
dem præscriptionem, quam Fi-
scus, & Ecclesia, vt hic ad hoc
propositum notat Nicol. de Nea-
pol. qui citat ad hoc Gugli. de Cun.
in l. 2, supr. commun. de rufucatio.
idemq; voluit Innoc. in cap. audi-
tis de præscript. & Abb. in cap. 11. de
rescript. Hinc quoq; nascitur,
quod tempus sex mensium, qđ
datur Ecclesiæ patronatum ha-
benti ad præsentandum, datur
etiam laico compatriono, glos. in
cap. 1. in final. verb. de Iur. patron.
lib. 6. & exequitio, quæ fit pro
debito communi cum Fisco, fit
seruata forma priuilegiorum
Fisci, vt infra dicetur, addantur
alia multa cumulata per Deci.
Ias. & alios in l. si emancipati sup.
de collatio. per Alex. in l. præcipimus
in §. eadem obserwando in Apostillis
supr. de appellatio. per Hypp. singul.
180. & per Lambert. in tractat. de
iur. patron. lib. 1. par. 1. quest. 1. art.
6. & per Couarr. pract. qq. cap. 34.
& Ill. Card. Tus. pract. concl. vol.
2. concl. 1. 58. quos nō transcribo.
His sic delibatis propriis ad
huius nostræ legis interpretatio-
nem accedendo. In primis sup-
pono, priuilegiū, quod in hoc
rescripto continetur, non esse
exorbitans, atquè graue, sed in
quadam æquitate fundatum, vt
scilicet Fisco, propter eius digni-
tatem, atq; utilitatem, liceat rem
communem distrahere, absquè
tamen socij damno, cui integrū
lux portionis pretium reserua-

19 tur. Immo, ante alienationem
requirendus est, ac ceteris pre-
ferendus. Ex quibus videtur, hoc
non esse odiosum priuilegium,
sed prærogatiuam quandam
ortam ab Epicheia, ac inducta
ex æquitate quadam, de qua in
l. in creditore, ff. de euictio. Hinc se-
quitur, non esse dispositionem
sex nostri, ut odiosam strictè in-
terpretandam, sed extendendam.
Suaderet etiam hoc verbum perti-
neat, quo Imperator usus est, latè
enim patet, ut egregie docuit
Iuriscons. in l. verbum illud, pertine-
re, de regul. iur. & obseruavit hic
Luc. de Penn. & Bal. latis aperte
ad rem propositam, in conf. 366.
vol. 5.

Ex hoc autem fonte plura deducuntur, & Primò, ut procedat
21 dispositio huius tex. quāmuis
minima pars rei ad Fiscū perti-
neat, ut apertis verbis Imperator
hic constituit, prout in simili
statuit Iustinianus Imperator in l.
1. sup. de commun. seru. manumiss.
in S. his itaq; ibi: Necessitatem
habentie socio partem suam rende-
re, quantam in seruo possidet, siue di-
midiam, siue tertiam, siue quan-
tacumq;. Secundò, ex prædi-
ctis, idem esse constitutum in
22 fauorem Fisci, siue res ipsa di-
uidua sit, siue non, quemadmo-
dum explosa Martini antiqui
iuris Interpretis sententia, vol-
uerunt hic Accur. Odofr. Bar. &
seriq; communiter, & Hypp. de Mar-
sil. sing. 655: Non autem si sit di-

uisa, tunc enim res communis
dici non potest, quia quælibet
pars de per se stat, ut corpus di-
uersum, l. si quis duas S. si quis par-
tem, ff. commun. præd. Item. & Ter-
tio, ex prædictis quoquè dicen-
dū videtur, hoc priuilegio gau-
dere Principem, non solum pro
23 bonis Regalibus, atquè Coronę
Regiæ, sed etiam pro bonis suis
particularibus, quam rei priua-
tæ rationem appellant, ut infr. in
Rub. de locat. præd. fisc. siue rei pri-
uate. Quorum bonorum admi-
nistratio, & cura demandara-
erat Comiti rerum priuatarū,
ut supra in tit. de Officio Comitis re-
rum priuatarum, & in alia rubrica,
que de Officio Comitis sacri patri-
monij inscribitur. Quod autem
dispositio huius legis vñdicet
sibi locum, etiam in his bonis
priuatis Principis, probat Tex.
in l. Fiscus cum in priuati, in fin. de
Iur. Fisci, ubi Vulpianus ait: Quod-
cumq; priuilegium Fisco competet,
hoc idem, & Cæsar is ratio habere
solet, & Auguste. Idemq; aperte
probatur ex Tex. in l. bene à Ze-
none, supra de quadr. prescript. Qua-
enam differentia, inquit Impera-
tor, introducitur: cum omnia Prin-
cipis esse intelligantur, siue ex sua
substantia, siue ex Fisci fuerit a-
liquid alienatum. Ex quibus Iu-
ribus Sribentes pro Regula tra-
24 diderunt, omnia priuilegia Fi-
sco competentia, competere
etiam pro bonis priuatae rationis,
ita Salyc. in l. fin. num 2 s. supr. de

pri-

priuileg. Fisci, Socci. Iun. conf. o o. nu.
149. in 3. vol. Peregr. de iur. fisc.
lib. s. tit. 2. nu. 40.

Nunc successiuè videndum
est, an alij, quām Fisco hoc pri-
uilegium, de quo in hoc rescri-
25 pro habetur, competit; & Ec-
clesiæ etiam competere affirma-
rūt hic *Io. de Plat.* & *Pyrrhus An-*
gebermannus, & *Petrus ab Exea* in c.
cum omnes num. 154. de constit. &
Ducñas in reg. 375. in 2. ampliat.
& *Nicol. Euerar.* in suis locis lega-
libus, in cap. de Fisco ad Ecclesiæ,
vbi in specie, relatis multis exē-
plis, in quibus Fiscus, & Ecclesia
cōmunicant sibi sua priuilegia,
inter alia hoc nostrum priuile-
gium recenset. Quæ tamen op-
nio poenes me magnam habet
difficultatem. Primo, quia ma-
gni nominis Authores volue-
26 runt, non rectè argui de Fisco
ad Ecclesiæ, nisi in casibus ex-
pressim à Iure æquiparatis, & *Al-*
ber. in l. 11. sup. quib. mod. pign. tacit.
contrah. Alex. in l. filia fam. §. si vir
in quinquennium, nu. s. solut. matr.
Curt. Seni. conf. 10. *Alber. Brun. in*
tract. de stat. quod stantib. mascul.
fem. in art. 8. nu. 110. *Peregr. de iur.*
Fisc. lib. 6. tit. 8. num. 2. Barbos. in d.
§. si vir in quinquennium, satis dif-
fusè à nu. 40. per alios plures, *Grego.*
Lopez ad l. 19. tit. 8. par. 5. in ver.
dos casos, *Fachin. controv. sur. lib. 8.*
cap. 3. *Sforzia Odd. in lib. de restitu.*
in integr. lib. 1. quest. 3. art. 13. nu.
84. & antè eos latè *Negusian.* in
tract. de pignor. p. 2. memb. 4. n. 122.

Et quamvis cōtraria in lenten-
tiā, quāmplures non minoris
authoritatis Scriptores sequuti
fuerint, animaduertendum est,
omnes se fundare super disposi-
tione *Tex. in l. fin. sup. de sacrosan.*
Eccles. ex quo huiusmodi gene-
ralis regula sumi non potest. In
eo enim respōso expressim Im-
perator, Ecclesiæ, & Fiscum,
quoad præscriptionem æquipa-
rauit, vndē ex casu speciali, &
expresso ad generales, & non
expressos non sit rectè extensio.
Immò, ut optimè aduertit *Greg.*
Lopez in proximè citato loco, ille
Tex. potius contrarium proba-
re videtur, dum inquit: *Non*
multum differt Fiscus ab Ecclesia,
ergò in aliquibus differt, nec in
omnibus æquiparantur. Præ-
rea, hæc opinio aperte confun-
ditur, ex eo, quia adsunt casus
indubij, in quibus hæc æquipa-
ratio non procedit, prout est in
28 ter alia, priuilegium tacitæ hy-
pothecæ, quod Fisco competit
in l. 2. supr. de priuil. Fisc. & in l. 2.
sup. in quib. casib. pign. tacit. contrah.
Ecclesiæ verò, illud nullo pacto
concedi extra controvæsiam
est. Accedat prædictis, me nun-
quam hoc vidisse, nec in Praxi
receptum. Immò, neq; institu-
tum de hoc fuisset iudicium, es-
setq; si reciparetur, res magni
exempli, ac præiudicij; cùm ex
legatis, ac pijs dispositionibus
defunctionum, in quāmpluribus
rebus Ecclesia habeat cum pri-

uaris communionem, & posset illas alienare in totum.

Quid autem dicendum esset
in casu, quo Fiscus cum Ecclesia rem communem haberet? esset ne locus aduersus Ecclesiā, huic priuilegio? Ego non inueni excitatam ab aliquo hanc difficultatē, nisi à Baiard. in Addit. ad Iul. Clar. in q. 9 s. n. 24. propè med. qui perperā dicit, hoc determinari à Io. de Plat. & Pyrrho, qui non loquuntur in hoc casu, sed solū tractant, ut supra videntur; quando Ecclesia habet cum priuato rem communem, an valeat uti hoc priuilegio. Sed ut meam proferam sententiā, opinor, cessare Fisci prærogatiuam in re præsenti contra Ecclesiam, idquè mihi suadetur ex inscriptione huius nostri Tituli, dūm agit de Venditione rerum cōmuniū Fisco, cum priuato, ergo, nō cum Ecclesia. Accedat, quod communiter voluerunt Omnes.
30 priuilegium legis, omnes, & l. beno à Zenone, locum aduersus Ecclesiam nō habere, sicut, nec pro Ecclesia, ut docuerūt glos. in cap. quicunq; militum, 12. q. 2. Abb. in cap. 2. nam. 6. ubi Imol. nu. 1. de reb. Eccles. non alien. F. elyn. in c. quæ in Ecclesiarum, de constitut. limite. 3. nu. 37. Alex. conf. 52. num. 8. vers. quarto respondetur volum. 7. 1af. in Auct. quas actiones nu. 5. supra de sacros. Eccles. 10. Faber in §. fin. de constitut. Socin. lun. conf. 6 y. n. 60. vol. 1. Affl. in proheno. Constitut.

quæst. i 4. & in decis. 361. nu. 4. 2. Jacob. in inuest. in ver. Princeps Pe demontium, Anton. Gabr. lib. 1. cōns. opin. tit. de acqu. poss. n. 1 8. in s. lim.

Præterea considerandum est, leges Regias Ecclesiæ non comprehendere, ex vulgatis iuribus, ac priuilegiatū cōtra aliū priuilegiatū suo priuilegio nō uti, verū si quis contraria sententiam sequi vellet, considerare posset, non benè argui de priuilegio legis beno à Zenone, ad hoc, de quo agimus, quia ibi tractatur de maximo præiudicio, cūm sola quadriennij præscriptione Dominus re sua in totum priuetur, hic autem integrum proprię rei pretium consequitur, nec in aliquo lēditur, nisi in modico voluntatis intēsse. Idq; iusta ex causa, immò cum aliqua etiam ipsius locij utilitate, nām sicut respectu Fisci versatur utilitas, pretiumquè augetur vendendo integrum rem, per iura superiùs adducta, ita, & respectu priuati erit pretium etiā auctum prò rata ad eum pertinente, dūm integravenditur, & licet leges Cælareæ 31 Ecclesiæ non præjudicent, limitant tamen hoc axioma Scribentes communiter in ijs, quæ sunt modici præiudicij ita Fede. Senen. conf. 8 s. col. fin. Domin. in c. fin. de immunit. Eccles. Deci. in c. Ecclesia Sancte Marie, de constis. col. 26. vers. 1.

Superest nunc, ut videamus,

pri-

32 quodnam ius habere debeat in ipsa re Fiscus, ad hoc, ut valeat de alterius parte disponere, & quidem, ut supra diximus vltus est in hoc rescripto Imperator, verbo *Pertinet*, quod amplè patet supra dictum est, ex ijs; quæ tradiunt *Iurecons. in prætitata l. verbum illud pertinere*, de reg. iur. vbi *Rebuff. Et Faly. in Rubr. de rescript. num. 7.* Dicitur enim res pertinere ratione dominij, siue iure quasi dominij, cap. *c. Abbate de re iud. lib. 6.* siue ex causa possessionis, cap. *benè*, & ibi *Bal. col. 2. de appell. Abbas in cap. 1. de sequest. possess. Et fruct. Faly. in d. rubr. de rescript. col. 3. num. 7. Alex. conf. 4 s. col 1. vol. 4. Franc. Marc. decif. 6 6. in 1. par.* siue etiam ratione aliquis iuris, quod Fiscus habeat super ipsa re, veluti si Fiscus re hypothecatam habeat, ut notat *DD.* per hunc nostrum *Tex. in l. si quis intentione ambigua, ff. de iudicijs.* Verum hæc omnia sunt separatim tractanda, ne error aliquis ex confusione Articulorum oboriatur.

Et quidem, quod attinet ad dominium, supponendum est, non tractari hic de yniuersali illo dominio, quod aliqui opinionati sunt, Imperatore, vel Principem supremum habere in omnibus bonis suorum subditorum. Nam, ut aduertit *Accurs. in probem. digestor. in r. ver. Sanctiōnem*, & post eum *Alber. Cagnol. Et alij adducentes* hunc *Tex.*

33 nostrum aduersus *Mariuni tentiam*, qui docuit, Principem esse Dominum omnium rerū particularium; evidentissimè prædicta opinio ex hac lege nostra cōfutatur. Quid enim opus esset, ut in re Fiscus partem habere debeat, ad hoc, ut vendere valeat, si totius rei Dominus esset? ita arguit *Bald. in d. L. 2. supra de commun. rer. alienat.* Dicendū est igitur agi hic de dominio particuli; quod quidem cum sit duplex, utile, ac directum, quod alio modo superiùs, & inferiùs appellatur (verbis inuenitis à recētioribus *Iureconsultis*) re-

34 uocari pot in dubium, an Princeps habens in re aliqua dominium directum, valeat ex huius legis priuilegio alienare utile dominium vassalli. Quod admittendum esse suaderi potest, ex eo, quod videatur societas quædam ipsius dominij inter ipsos intercedere. Ita tamen, ut si Dominus directus alienet utile dominium, tota utilitas referuetur utili Domino, cum ad utile dominium spectet semper omne commodium, quia licet *Innocen.* dixerit utile dominiū esse quasi quandam Chymeram: rectius tamen dici potest secundum *Isern. in cap. 1. de iuuest. de re alien. fac. num. 3.* utile dominium fructui, directum florí comparari, quia hic sapit, ille nutrit. Et ne predictis deficit authoritas, hoc expressè affirmare videtur *Barthol. de*

Capua in Cōſti. huius Regni Neapol. quæ incipit, *Post mortem, sub Rubr. de morte Baronis nuncianda.* Cauetur enim illa *Constitutio-*ne, quod si moriatur feudatarius, qui ab alio Barone feudū teneat, concessum tamen cum Regis consensu, quod feudi genus *Nostrates* quaternatum secundum quid appellant, ut docuit *Isern.* in cap. 1. *de controu. feud.* apud pár. terminanda, *¶* in c. 1. *de nat. succe. feud.* col. 7. *¶* in *Const.* Regni, & *de successionibus*, & latè declarat *Camerar.* in *repetitione l.* *Imperialens* fol. 69. lit. A. cum seqq. Nunciata morte feudatarij prædicti, supremum, ac directum Dominum, qui est Princeps, feudum huiusmodi posse, cui ipse velit concedere, tenendum tamen à Barone, hoc est à subalterno Domino, cui omnes utilitates, ac commoditates releuij, intraturæ, ac feruitij reseruantur, prout latè declarat *Iser.* in c. 1. *de capitulis Corrad.* in §. *Præterea* 3, in *voluma Addit.* in fin. Dispositio autē illius *Constitutionis* fundatam esse in hoc nostro *Tex.* dixit ibi *Barthol. Capuanus*, idēq; hic annotauit *Luc. de Penn.* inquietus, quod sicut socius recipit hic integrum partis suę pretium, ita utilis dominij percipit, ut latè declarauit acutissimus *Camerarius* in *pracit. repetit.* à pag. 69. per aliam sequentem, *¶* *Affl.* in *Comment.* ad *dictam Constit.* num. 6. Confirmantur præ-

dicta ex alia *Decisione* eiusdem *Affl.* in *repet. cap. Imperialen* in 12. 36 notabili, num. 21. ubi voluit, in alienatione feudi prædicti quaternati secundum quid, in qua vtriusq; Domini, & directi, & subalterni cōsensus requiritur, posse solūm Dominum directum, tām suo, quām immedia- ti, & utilis Domini nomine assensum præstare; quod ex *Tex.* nostro deducit. Ex quibus apparet, prædictos omnes *Scriben- tes* intelligere hunc nostrum *Tex.* etiam, quando Filius solū directum dominium habet. Deniq; pro hac opinione affer- tur solemanis doctrina *Bald.* in c. 1. *de controu. inuest.* §. cū autem n. 2. qui hæc verba dicit, *Et nota hic,* quod *Dominus potest accipere à vassallo utile dominium*, *¶* dare in alia re directum, *¶* sic permutare directum cum utili, quod tene menti, ex qua *Bald.* doctrina clare colligitur, posse directum Dominum disponere de utili dominio vassalli sui, da- to eidem æquivalenti ex cam- bio. Mihi autem hæc opinio, quam nunquam in Praxi admissam memini, vel legi nō sa- tisfacit, ex infrascriptis. Primo, quia utile, & directum domi- nium sunt inter se diuersa, ita docuit *Bar.* in l. si quis vti, §. differ- entia, ff. *de acquirend. possess.* neq; retinens sibi directum domi- nium, aliquid commune habet cum habente utile, ut eleganter

voluit Gregor. Lopez in comm. ad l. s. tit. s. p. 5. in ver. Communalmente, qui accedendo ad terminos, satis proximos huius nostræ Constitutionis, inquit, Quod stante lege municipali, quod habens rem cum alio cōmune in, alienante socio valeat retrahere, nō habebit retractus locum inter dominum directum, & socium dominium utile alienantem, & ideò nihil potest facere directus Dominus in eo, quod spectat ad utile, ita Curt. Iun. conf. 2. cū alijs cumulatis per D. Cardinalem Tuscum in suis cōclus. conclus. 601. vol. 2.

Immò si concurrunt utilis, & directus Dominus, in eo, quod respicit utilitatem, utilis præferatur directo, l. i. §. quod ait, ff. si ager rectig. vel emph. Præterea si Tex. hic (ut prædiximus) fundatur in eo, quod ex hac venditione socius paruum sentit incommodum, ideò, quod eius dispositio, tanquā modicum afferens præiudicium non strictè accipiatur, 38 sed extēditur, & dilatatur; certè prædictæ rationes non procederent, si ad propositum casū vellemus hanc eandem dispositionem adaptare. Ita q̄ directus Dominus, ratione sui directi domini valeret feudum huiusmodi quaternatum secundum quid, cui vellet concedere, tenendum tamen à subalterno Domino, nām quamvis directus omnes commoditates reserua-

ret utili Domino, haberet tamen subalternus alium vassallum, quām ipse elegisset, quod est sati magnū, ac considerabile interesse, vt inquit Andr. Isern. in cap. 1. §. præterea, de Capit. Corrad. num. 7. in fin. & in cap. 1. de eo, qui interfratrem dom. sui, per Tex. in l. final. ff. de usu, & habitat. 39 quod interesse voluntatis iuria feudalia magnopere considerarunt, vt notat Camer. in d. c. Imperiale fol. 4. col 4. Et quamuis idem interesse voluntatis, etiam aliquo pacto considerari posset in casu huius legis cū m socius contra eius voluntatem partem suam patitur vendi; nō tamen est ita magnum, sicut in casu proposito, quia hic postquam pretium suę portionis recipit, nihil amplius cum emptore ei restat tractandum; cum vassallo autem semper aliquid remanet agendum, ob seruitia, aliasq; præstationes, quæ ab uno melius, ac promptius, quām ab alio præstari solent. Item yni magis, quām alij fidem haberi contingit. Quibus consideratis Peregr. in d. opere de Iur. Fisc. preci. cap. 4 lib. 6. num. 23. tenet, quod quamvis Bald. in cons. superius ad ducto 336. vol. 5. in princ. voluerit, quod hic noster Tex. procedat, non solum in venditione, sed etiam in omni contrāetu translatiō domini, id tamen non procedat in infeudatione, Nec ea, quæ superius in contra-

rium

rium fuerunt adducta obstant .
 Primo nāmq; aduertendum
 40 est, illam *Constitutionem*, adeò
 iniquam visam fuisse, vt *Honor.*
Pont. Max. in ea conuentione,
 quam cum Regibus huius Re-
 gni inhijt, pro subleuandis gra-
 uaminibus, quæ ipsius Regni
 hominibus inferebantur (quam
 conuentionem , vulgò *Capitula*
Pape Honorij appellamus) ex-
 pressim abrogari, atq; tolli cura-
 uerit, cautumq; in dictis *Capitu-*
lis fuit, licere Baroni eligere per-
 sonam, cui feudum daret, dùm
 tamen ipsum electū Regi præ-
 sentaret, & ideò *Isern. in præcitat.*
cap. 1. §. præterea de Cap. Corrad.
num. 12. in fine , dixit, hodie per
Cap. Papa Honorij, confert feu-
 dum Baro, & licet in commen-
 to dictæ *Constitutionis* videatur
 tenere cōtrarium, scilicet, quod
 vigeat illa *Constitutio*, non obstante
cap. prædict. Dicit tamen non,
 quod sit, sed quod fieri deberet
 esse attendendum , idemq; ple-
 nius dixit *Camer. in d. cap. Imperialem*, fol. 70. Quod si illa *Constitutio* fundaretur in hoc nostro
 rescripto, atquè iuri communi
 consona esset, nō potuisset adeò
 iniqua videri , vt tanquam gra-
 uamen iniustè Regnicolis im-
 positum , *Pontifex* eam tollendā
 curaret, deò quod non ab re
Camerar. in præcis. loco , dubitauit
 Additionem illam, in dicta *Con-*
stitutio. quæ *Bartholom. de Capua*
 nomine circumfertur, minimè

ipſi esse adscribēdam, quod ſua-
 detur , quia dē ea nullam facit
 mentionem hic *Luc. Pennens.*
 qui, & eius scripta vidit , & de
 eius excellentia paulò post abū-
 dē testatur, & ideò benè dicit
Lucas , quod illa *Constitutio* est
 contra communem Regulam.
 Præterea, & secundo, conſide-
 ro, quod si *Constitutio* prædicta
 fundaretur in dispositione hu-
 ius *legis nostræ*, non ſolū locū
 haberet in confeſſione feudi
 quaternati ſecundum quid, ſed
 etiam in feudo plano , & de ta-
 bula, quod à solo Barone, non à
 Rege confeſſur, cùm etiā huius
 feudi directus Dñus ſit Prin-
 ceps. Vera igitur rō illius *Cōfīt.*
 fuit , quia aliàs feudum quater-
 natum ſecundum quid, de quo
 ibi, fuit Principis conſensu con-
 ceſſum , ac ſucceſſiuē deſcriptū
 in quaternionibus , in quibus
 feuda, quæ Rex concedit deſcri-
 buntur, vndē denominationem
 feudi quaternati deſumplerunt,
 quemadmodum *Isern. in præcitat.*
locis latè declarat. Dū, in verò Rex
 in prima confeſſione ſuum præ-
 ſtitit conſensum , ipſe viſus fuit
 quodammodo confeſſiſſe , l. ob-
 uenire, ff. de verb. ſignif. vndē non
 mirum, ſi aperto feudo ob mor-
 tem poffessoris, Princeps , qui
 aliàs conſentijt, concedat etiam
 de nouo, reſeruata tamen ſubal-
 térho Domino omni commo-
 ditate, Nām ſemel facta confeſſi-
 ſione cum Regis conſensu , ſem-

per

per eiusdem consensus requiri-
tur, ita considerat eleganter ad
hanc quæstionem propositam.
Camer. in præcit. loco, car. 69. lit. S.
Non est ergo effectus ille direc-
ti dominij, sed alterius iuris
quæsiti ex præstatione consen-
sus in alijs concessionibus. Nec
Affl. authoritas aliquid me mo-
uerit, dum voluit, directum do-
minum posse consentire pro se,
& pro utili Domino, nam hoc
intelligendum est, prout ipse
met intelligit, si eius verba be-
ne perpendantur, quando subal-
ternus Dominus nequit consen-
tire, veluti si sit minor, & cura-
torem, aut balium non habeat,
vel renuat, nulla existente legi-
tima causa dissentendi; quo ca-
su cum negando assensum iniuri-
am videatur facere, *l. i. §. per-*
mittitur, ff. de aqua quotid. & astiu-
non mirum si Princeps aditus,
præstat ipse consensum pro v-
troq; in contumaciam Domini
denegantis, quia tunc vice ipsius
vassalli assensum præstare vide-
tur, ex regula *l. si ob causā, de Eui-*
tion. Ita etiam potest in tali
casu repugnantiæ Princeps, vel
Iudex aditus decernere, ut hic
assensus habeatur pro præstito,
prout censuit Sacrum Neapoliti-
tanum Consilium in casu relato
per *D. de Franch. in decis. 310.* &
passim ita semper iudicauimus.
Baldi quoq; authoritas non facit
ad rem, nam ut *Aluarot.* notat
ibidem in *Impressione Fracfor-*

dienſi num. 3. id procedit, con-
currente volūtate ipsius vassalli,
quia *Tex.* ille ciuili modo est in-
telligendus, hæc de dominio di-
recto diximus.

Successiuè nunc videndum
42 est, quid iuris in usufructuari,
poterit nè Princeps, qui in tota
re, vel in parte vsumfructum
habet, in iusto proprietario rem
integralm distrahere, ac pretiū
dare proprietario? deduc̄ta, (vt
fieri solet) extimatione ipsius v-
susfructus? Hanc quæstionem
excitauit *Bald. in d.l. 2. de com. rer.*
alienat. n. 4. Et arguit pro vtraq;
parte acutissimis, & validissimis
rationibus, & pro parte affir-
mativa, scilicet, quod usufru-
ctarius hoc possit, adducit pri-
mo loco *Tex. in l. cum filius, §. Do-*
minus, de leg. 2. ibi: quoniam usuf-
fructus portionis instar obtinet. Se-
cundo arguit sic, omne, quod
separatur ab alio, pars illius rei
est, à qua separatur, sed usufru-
ctus separatur à pleno dominio,
cum ex usufructu, & proprie-
tate constet, ergo usufructus pars
dominij est. Ipse vero, non ob-
stantibus rationibus predictis,
contrariam sequitur sententiā,
quam post eum tenuerunt *Due-*
nas in reg. 375. in 1. limit. Peregr.
de iur. Fisc. lib. 6. tit. 4. n. 23. saepius
citat̄, *vers. & secundū Regulam,*
Baiard. in Add. ad Iul. Clar. q. 95.
nu. 24. Quam quidem opinione
ipse *Bal.* infrascriptis fundamē-
tis roborat, Dicit n. vsumfructū

esse ius, quod proprietati famu-
 43 latur, esseq; tanquam accidens
 quoddam, sicut, & reliquæ serui-
 tutes omnes, l. seruitutes, ff. de vſu-
 fruct. leg. l. quid aliud, de verb. signif.
 esseq; quandam formam corru-
 pibilem, & de facili reuerti ad
 proprietatem, §. finitur, institut. de
 vſufr. cū ſimi. & propterea abſur-
 dum videri, si proprietas ab vſu
 fructu traheretur, videretur n.
 ſubſtantiam ab accidēte abſor-
 beri. Si vſufructuarius poſſet de
 proprietate diſponere, Inſuper
 expendit verba Tex. in §. Domin⁹
 ſuperius citat. e legis cū filiis, de leg. 2.
 vbi Iurisconf. non dixit abſolute,
 vſumfructu m eſſe portionē rei,
 ſed adiecit verbū illud, ad instar
 portionis, que nota, improprietatē
 ſignificat. Demūm adducit pro
 ſua ſentētia Tex. in l. recte dicimus,
 ff. de ver. sign. Ex quo apertē pro-
 bari videtur, vſufructuarium
 non eſſe Dñum. Confirmantur
 prædicta ex ijs, que ſatis aptē ad
 propositum tradiderunt Gregor.
Lop. in l. 5 s. tit. 5 p. 5. in vers. cāno-
 palmente, et *Matiens.* in l. 1. 3. gl. 3.
 vers. limita 2. n. 1. 1. et. 1. li. 5. nouę
 recopil. vbi interpretando Hyſpani-
 nam illā Constitutionem, que ha-
 bentem rem cum alio commu-
 44 nem admittit ad retrahendum,
 dicūt, illam in vſufructuario nō
 45 eſſe admittendam, quia non eſt
 confors, nec ſocius in dominio,
 quod etiā voluit *Gom.* ad l. septua-
 geſimam *Tauri*, n. 32. qui afferūt
 ad eorū opinionem cōprobant.

dā optimum Tex. in l. 1. §. ſi verò
 gratias, ſup. comm. de manumiffion.
 vbi habetur, quod quāuis ſocius
 habens ſeruum communē va-
 leat ipsum manumittere, iuxta
 Tex. in l. 1. de cōm. ſeruo manumiff.
 Id tamen ſerui vſufructuarius
 facere non poeteſt, nec plenam
 conſequetur libertatē ſeruuſ ab
 vſufructario manumiffus, licet
 proprietario ſeruire non tenea-
 tur viuente vſufructario. Quid
 46 dicendum? Ego à *Bal.* opinio-
 ne, ob eius authoritatē in iu-
 dicando forſan nō diſcederem,
 idq; eò minus auderem, quod
 nullum adhuc viderim *Scriben-
 tem* ab eo diſſentientem, ſed di-
 ſputando facilē contraria opini-
 onem ſubſtinere poſſem. Et
 quidem ſupponendum eſt, ma-
 ximam eſſe cōtrouerſiam inter
Scribentes, an vſufructuarius di-
 eatur Dominus, magnamq; vi-
 deri antynomiā, preſertim inter
 Tex. in l. recte dicimus preſcrita, et
 Tex. in l. 4. ff. de vſufr. cū ſimi.
 cuius diſſicultas augetur ex eo,
 qđ vera mq; reponſum ſit eiusdē
Balii / recaſ. qui in l. recte dicimus,
 ait: *Recte dicimus eum fundū totum
 nostrū eſſe, et eius vſufructus alie-
 nus eſt, quia vſufructus nō dominij
 pars, ſed ſeruitus ſit, ut via, et iter,
 nec falſo dici totū meū eſſe, cuius non
 pars etiā pars dici alterius eſſe;* in l.
 vera 4. inquit: *Vſumfructum in
 multis caſib⁹ partē dominij eſt.*
 idēq; *Raul.* in l. qui vſumfructū. de
 vſr. obl. tradit, eū, qui vſufructū

ſtipula:ur

stipulatur videri partē fundi stipulari in his iuribus cōcordādis. *Scribentes* magnoperē laborarūt, & diuersimodē sunt loquuti, ac ita in plures opiniones se diuiserunt, vt satis aptē *Rebuff. in d. l. rectē dicimus*, relatis pluribus solutionibus, diuersisq; sentētijs, dixerit, posse in hac materia usurpari carmen illud:

Elige cui dicas, tu mihi sola places.

Nā *Accurs. Bar. Alex. ceteriq; cōster in d. l. qui vsumfructum, & Paul. Castr. in l. si quis, §. differentia, nu. 3. de acquir. poss. Ias. in l. 1. §. vsumfructum, n. 2. de noui oper. nunc. n. 2. Claud. Marmer. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 43. de acquir. poss. qui alios refert, voluerunt, vsumfructum formalem, idest à proprietate separatum, esse partem integralē pleni dominij, quod ex usufructu, ac nuda proprietate cōstat; idem Accurs. in d. l. 4. & in d. l. rectē dicimus, quē sequitur ibidem *Alciat. & latissime Pinell. de bon. mat. p. 3. nu. 4.* voluerunt, vsumfructum esse partem dominij, idest similitudinariē, ac impropriē, & in d. l. rectē dicimus, *Iureconsul. propriē, alijs autem in locis per similitudinem esse loquutum, Bartol. & verò in l. 1. ff. de usufruct. quem.**

47 multi sequuntur, dicit, usufructuarium dici Dominum, & nō dici Dominum diuersis respectibus, nām dicitur Dominus ipsius usufructus, & nō dicitur Dñus fundi. Quicquid autē sit;

siue usufructus sit pars integralis dominij, siue sit impropriē Dominus usufructuarius, siue dicatur Dominus ipsius usufructus, negari non potest, quin saltem largē usufructuario Domini nomen competit. Itā *Bar. ceteriq; communiter in l. in venditione, ff. de bon. auct. iud. possiden. Gom. in §. quæ, instit. de actio. in fin. Rub. Alexandr. in §. nihil commune, num. 100. & latè Pinell. in proximè citato loco, & Connan. in comment. iuris civilis l. 4. cap. 3. Immò Bal. in l. in rebus, supra, de iur. dot. col. 2. vers. ibi, dominio, quatuor recentier generā dominiorum, vide licet, vendicationis, dispositio- nis, plenæ possessionis, & frui- tionis, quem sequitur Boer. decis. 42. num. 4. ergò negari non po- test, habere usufructuariū hoc ultimum fruitionis dominium. Et cùm agamus hic de priuilegio Fisci non odioſo, & quod latius patere voluerunt *Scriben- tes etiam, vbi minima pars rei Fisco competat, vt hic dicitur, non esset absurdū, dominij verbum largius sumendo, extende- re hanc dispositionem ad usufructuarium, maximè cùm ea- dem utilitatis ratio hic fortius cōsiderari possit, vt per se patet.**

Præterea, si inter *Scribentes* omnes conuenit Fisco hoc priuilegium competere, etiam ratione iuris hypothecæ, vt inferius dicemus, nonnè maiori cū ratione usufructuario tribuen-

dum est? quem negare haud possumus habere ius in re, l. corū, ff. de dāmno infēctō, vt notarunt Imol. Alex. Ias. cæteriq; in l. 1. §. vſusfructus, ff. de nou. oper. nunc. Immō Roman. ibid. nu. 1 o. dicit, vſusfructuariū dici locum proprietarij in ipſa re, quod sequitur Lambertin. in tract. de iur. patr. lib. 1. par. 2. in 1 o. quæſt. princ. nu. 2 2. ex quibus apparet, ſdeposita Bal. authoritate, hanc quæſtionē eſſe valdē dubiam, ac rectē contrariam ſentētiā ſubſtineri poſſe in vſusfructuariō. Nām, quod attinget ad alias ſeruitutes, cum Baldō abſq; dubio tranſeundū puto, quia ſeruitutes prædictæ, neq; portiones rei ſunt, neq; ad instar portionum, l. Mānius, §. penult. de leg. 2. cum ſimil.

Deniq; vt totam materiā ſpectatē ad dominium abſoluamus, non eſt negligenda elegās Baldi traditio, dūm in l. 2. ſup. de 49 commun. rer. alien. inquit, quod si Fīſcus vendat integrā rem, & poſtea ex publicatione, vel alio titulo acquirat partis dominiū, erit locus priuilegio huius legis, ita vt venditio ſit valida, p Tex. in l. à Titio, ff. de rei uendic. ex beſſicio ſuperueniētis dominij, l. cum vir, de vſu cap. cum ſimil. ad quod videnda ſunt tradita à Scribent. in d. l. cum vir, @ in l. rem alienā, ff. de pigno, @ in l. ſi quis alienam, ff. de actio. empti, & latiflīmē per Boer. dec. 2 3. verſ. et quoad quariā quæſtion. Hęc de dominio.

Nunc autem dicendum eſt, 50 de Fīſco non Domino, ſed poſſore alienante, vtrum huius legis beneficio gaudeat, quod non eſſe admittendum puto, nā quamuis verbum hoc, Pertinet, quo vſus Imperator eſt, etiam ad poſſessionem referatur, vt ſuperius diximus, eſt tamen, vt benē hic aduertit Luc. Pennen. reſtrin-genda eius significatio ad terminos habiles, & ciuiles, vndē cūm agatur hic de tranſeren-do dominio per venditionem, Pertinet verbum ad ſolam poſſessionem non eſt dilatandum, quia materia nō patitur, & ideò ſi Princeps, non Dominus totā rem alienam, quam poſſidet, vendat, vel concedat, non tranſerit dominium, niſi vſu capien-di conditionem, ex beneficio l. omnes, @ l. benē à Zenone, C. de quadr. præscript. Quæ tantō magis procedent, ſi partem tantum rei poſſideat, ita post Accurs. in l. fin. ſupra ſi aduer. Fīſco. in integr. reſtit. poſtul. Bar. in l. fin. ſupr. ſi contra ius, vel util. publ. Ias. in Authent. quas actiones, C. de ſacros. Eccles. Bald. in l. 2. nu. 5. de hāred. vel actio. vendita, Eglyn. in cap. quæ in Ecclesiārū, de constit. nu. 5. 5. Balb. in tract. de præscript. in 2. par. 5. par. princ. in 8. quæſt. Affl. in cap. 1. quæ ſint regal. in verſ. @ bona, n. 5. 9. Jacob. in ſua inuictura, in verſ. Princeps, verſ. Secundo limito, cū ſexcentis alijs Authoritatib⁹, quas enumerate laboriosū potius, quā vtile foret.

Vltimō

Vltimò, verbum hoc, *perire*,
 § 2 non solum, vt dixi, ad dominium,
 & ad possessionem, sed etiā ad
 hypothecam refertur, adeo, vt
 locus sit etiam huic priuilegio
Fisci, si res sit ei obligata, ad qd
 affertur *Tex.* in l. res quæ, §. res au-
 tem, ff. de iur. *Fisc.* *Bal.* in d.l. 2. C. de
 here. vel actio, vend. colum. 2. *Bar.*
Luc. *Io.* de *Plat.* Et alij hic commu-
 niter, Et in d.l. 2. *Iac.* (alic. in opere,
 quod inscribitur *Margarita Fisci*,
 in 3. dubio nu. 5. in fin. *Pereg.* de iu-
 re *Fisc.* in præcit. lib. 6. tit. 4. nu. 23.
 circa med. *Dueñas* in reg. 375. in
 3. ampliat. & est communis opin-
 io. Ità tamen, quod ex pretio
 rei venditæ satisfiat creditoribus
 anterioribus, seu posterioribus, qui
 interim possunt insistere ipsi rei,
Bald. in conf. 171. vol. 1. Et *Deci.*
 in conf. 235. nu. 5. vt statuit *Tex.*
 in d. §. res quæ, sed libet inuesti-
 gare in proposita specie, in quo
 versetur priuilegium *Fisci*? si
 quidem si *Fiscus* habet obliga-
 tam partem rei, si illa est diuisa
 inter debitorem *Fisci*, & alium,
 clarum est, non esse locum di-
 spositioni huius legis, cū res di-
 uisa non possit dici communis,
 nec de alterius portione iam di-
 uisa, *Fiscus* disponere possit, vt
 § 3 supra ex *Io.* de *Plat.* diximus; si
 verò communiter pro indiuiso
 possidetur ius hypothecæ, tota
 rem afficit, etiam pro parte so-
 ciij, *Tex.* est in l. si consenserit, §. fin. ff.
 quib. mod. pignus, vel hypoth. solu. l.
 certia, §. fin. quis pot. in pign. hab. &

ideo videtur, qd creditor vnius
 ex socijs, possit totam rem ven-
 dere, postquā tota est ei hypo-
 thecata, nec in hoc *Fisco* aliqd
 ius speciale tribuatur.

Sed si rectè inspiciatur, ma-
 gnum est in hoc priuilegium
Fisci, nám aduersus particularē
 alienantem rem sibi obligatam
 ab uno ex socijs, plura consocio
 competunt remedia. Primo. n.
 Dominus alterius partis potest
 prouocare ad diuisionem, ac ea
 prævia reuendicare partem
 suam, potest etiam creditor al-
 terius socij, ipse quoq; diuisionem
 petere, quasi separationem
 bonorum, vt elt *Tex.* in l. in com-
 muni, §. si debitor, ff. commun. diuid.
 Et in l. 2. C. eod. tu. commun. diuid.
 & notant *Scribentes* in utroq; loco,
 Et in l. 1. sup. si communis res pign.
 data sit, Hæc autem omnia re-
 media cessabunt, *Fisco* venden-
 te rem sibi hypothecatam, vt
 latè prosequitur *Negus* in tracta.
 de pignor. in 2. par. prin. num. 36.
 cum seq, nám emptor erit secu-
 rus, & premium diuidetur, & si
 adsint creditores anteriores, vel
 potiores *Fisco*, illis satisfiet secu-
 dum formam traditam à d. §. res
 quæ.

Neq; solùm ratione iuris hy-
 pothecæ *Fiscus* totam rem di-
 strahit ratione partis, sed etiam
 iure publicæ vindictæ ei com-
 petentis, exemplum erit, si ob
 immanitatem alicuius criminis
 domus alicuius esset deuastan-

da, nām non obstante contradictione creditorū, ipsam diruit, & de pretio satisfaciet creditoribus, *Bald. in l. serui, supra, in quibus caus. ser. pro premio liber. accep. Iacob. de Aren. in l. 1. §. seruus, ff. ad Syllan.* vbi post alios *Igneus*, latē *Cyn.* in *l. pignus*, sup. de pignor. actio. *Capyc. dec. 1 30. nu. 37. Io. Anton. Nig.* in cap. Regni, quod est 1 33. in cap. Itē statuimus, quod si forte cōtingat n. 8. *@ Tibe. Decian. lib. 7. sui oper. criminalis in titul. de pēn. committen. crimi. laf. Maiest. num. 37. Clar. in tract. crimi. lib. 5. §. fin. cap. 8 2. stat. 8. qui respondent Bart. qui in d. l. 1. §. seruus*, videtur tenere contrarium. Dicunt enim *Bartolum*, ac eius Sectatores, intelligendos esse, si Fiscus nolit creditoribus satisfacete, & hæc procedunt respectu creditorum habentium obligata bona, ut liceat Fisco iu-
56 re publicæ vindictæ ea integræ deuastare, respectu verò socij habentis partem in domo communi pro indiuiso destruenda, propter delictum socij *DD. variarunt*, quid faciendum, nām alij dixerunt, faciendam diuisionem, si commodè fieri pos- sit, alij, quod si non sit locus diuisioni, sit commutanda pēna, & alij aliter distinxerunt, ut per *Cyn. Bart. Bal. @ alios in l. eti se- uerior, § fin. sup. ex quib. caus. inf. ir- rogat. per Cor. et. sing. incip. commu- nitas, per Canon. in c. super specula, de priuile. per Archidiac. in cap. Fælicis, de pēnis in 6. per Io. Andr. @ Spec.*

in tit. de pēn. Sunt tamen omnia prædicta intelligenda, quando Fiscus non vult soluere partem, nām eo volēte, tota destruetur, pretio soluto Condomino, ita concludit Alber. in tract. stat. lib. 3. q. 46. in fin. idq; minorem, seu potius nullam habebit difficultatem, si essemus in casu, in quo ultra pēnam deuastationis domus, sequeretur etiam confisca- tio bonorum, tunc enim Fiscus esset verè Dominus partis spē- ciantis ad delinquentem, & ac- cederemus propriùs ad terminos legis nostræ, & hæc dixisse sufficiat quoad explicationem hu- ius verbi Pertinet, quo Impera- tor usus est.

Nunc interpretemur illud
57 verbum *Distrahatur*, & quidem notandum est, hoc Fisci priuilegium competere non solùm, quando Fiscus vult distrahere rem, in qua habet partem, sed etiam, quando prò se vult retinere; exemplum erit in duobus fratribus inuestitis de feudo, nām uno ex eis absq; hærede in feudo deceperit, portio mor- tui ad Dominum defertur, qui si est Princeps Superiorem non recognoscens non diuidit, nec licitatur, sed vti Dominus pre- tium partis, si velit, dabit alteri fratri superstiti, & feendum totū sibi vendicabit, ita *Isern. Loffre. Affl. ceteriq; in c. 1. de duob fratri. de nou. benef. inuest. idemq; consuluit Cacher. in cons. 27. in fin.*

Suc-

Successiuē nunc quæritur, an § 8 hoc verbum *Distrahatur*, quo v-
sus est *Imperator*, trahi possit, nō
solūm ad venditionem, sed etiā
ad locationem. & quidem *Bald.*
conf. 332. lib. 5. *¶ clariūs in aliās*
citato conf. 336. eod. vol. tenuit, ha-
bere locum *Texum nostrum*, et
in locatione, mouetur, quia si
Fisco permittitur veditio, mul-
tò magis permittenda est loca-
tio, ex qua minus oritur socio
præjudicium, ex reg. *Tex. in l.* nō
aiebet, de reg. iur. & pro sua opinio-
ne citat *Accur. in Liubemus*, sup. de
sacros. Eccles. *¶ Bald* subscriserūt
Aegid. Bossi. in tit. de Fisc. et priuile-
gijs eius nu. 39. Baiard in praalleg.
quest. 9 s. circa medium, ¶ Card.
Tusc. in suis pract. concl. concl. 542.

§ 9 in ver. communis res. Vnde insi-
gnis Vir, nunquam satis lau-
datus *Annibal Moles Regens Col-*
lateralis Consilij huius Regni, in
quisib[us]dam suis annotationibus, *¶*
scriptis de iuribus Fiscalibus, que
manuscripta circumferuntur, in tit.
de Dohanis, quest. 12, dicit, ex hac
Baldi sententia, ortum fuisse il-
lud, quod quotidiè videmus ob-
seruari. Nām Fiscus, quando sua
vectigalia locat, cum eis locare
simul potest, & solet vectigalia,
quæ ex Regis concessione Ba-
rones possident; iusta constitu-
ta mercede, de cuius quantitate,
si cōtrouersia oriatur, taxari so-
let facta computatione trium
præcedentium annorum, iuxta
Tex. in l. ita tamen, ut Omnes, ff.

mandati. Addit prædictis etiā
aliās fuisse per Regiam Came-
ram prouisum die 4. Decēbris
1570. ipso Relatore in causa
Regij Fisci, cum Illustris. Mar-
chione Piscariæ super Dohana
Terræ Vasti, ad euitandam hāc
quæstionem, super quantitatē
mercedis, dandam esse admini-
strationem huius vectigalis Ba-
ronalis Conductorī Regiorum
vectigalium. Ita tamen, vt om-
nis vtilitas Baroni referuaretur.
Quod tamen (vt id obiter dicā)
Ego nullo pacto admitterem,
quia nimis onerosum, ac graue
esset Baroni suas res alienæ ad-
ministrationi committere, sine
aliqua certitudine, ac multa cū
suspitione fraudis; ad quod ad-
duci possunt notanda *Theodosij*
Imperatoris verba in *l. fin. supra*
de vectigal. vbi loquens de ma-
teria, de qua agimus, inquit,
Ve proprij compendij curam non
in alieno potius, quam in suo arbitrio
nouerint constitutam. Sed vt ad
propositam quæstionem redea-
mus, contra *Baldum*, alicsq; eius
Sectatores tenuit *Affl. in Constit.*
Regni Foriudicatorum, qui ait, ra-
tionem diuersitatis inter loca-
tionem, & venditionem traditā
fuisse à *Luc. Pennens. in commē-*
tario huius nostræ Constitutionis,
licet Ego apud eum nullam re-
periam hac de re mentionem.
Idem, quod *Affl.* voluit *Peregr. in*
loco sepius citato, ¶ Iacob. Galic. in
sua Marg. Fisc. 3. dubio, adducens

Tex.

Tex. in d.l.fin. sup. de vectigal. vbi datur Ciuitati licentia locandi sua auctoritate vectigal, quod habet cum Fisco cōmune, reddit etiam Galicius rationem, cur in venditione detur Fisco hoc priuilegium, & non in locatione, dicens, in venditione maius Fisci interesse considerari, cūm perpetuò maneat res alienata, quod non est in locatione, quæ modico tempore est duratura, & sequenti hanc opinionem negotium non faciet Glossæ auctoritas, quam citat Bal. in l. iubemus, de sacrof. Eccles. Quin immò ea contra Bal. vtetur, dicit enim ibi Accurs. quod si socius partē suam nolit locare, Ecclesia ad diuisiōnem prouocabit, ergò non totā locabit: quid dicendum? Ego considero duplē casum; Vnus enim casus est, quādo res est solita locari, ita vt ad illum usum destinata videatur, & tunc procul dubio existimarem, licere Fisco integrā rem communē locare, quia potest etiam priuatūs hoc facere, vtendo re cōmuni ad usum destinatum, vt infra dicemus, quando autem res nō esset solita locari, Ego etiam ab opinione Bal. non recederem, ac legis nostræ priuilegia locū habere censerem, nām licet re vera minus præjudicialis sit locatio, quām venditio, vt dicit Galicius, attamen in locatione, etiā totius rei integræ, considerabitur eadem utilitas pro rata, quā

considerauimus in venditione: id tamen non admitterem, quādo magnum incommodum socio nasceretur, veluti, si indigeret pecunia pro suis debitibus exoluendis, & vellet vendere, & Fiscus vellet locare. Priuaretur n. tunc iure suo cū magno danno, quod in specie nostra non est tolerandum, quia hoc re vera non est priuilegium, sed potius prærogatiua quædam in æquitate fundata, vt saepius diximus, & semper facienda est interpretatio, vt socij ius minus lædatur.

An autem locum habeat in 61 concessione in emphyteusim, & in feudum, Peregr. in loco nuper citato tenet, quod non, quamvis Bul. in consilijs supra alleg. contradicere videatur, Mihi autem Peregrini opinio satisfacit, per ea, quæ is aduertit, quæ non transcribo.

Illud etiam questionis est, an 62 in pignoris datione, locum habeat lex nostra, & quidem communis Scribentium opinio est, vt in pignoratione quoq; procedat, quia si licet vendere, ergò multò magis pignorare, quod est minus, vt tradit Accurs. in d.l. 7nica, si commun. res pignor. dat. sit, & post eum omnes Scribentes ibi, & in l. 2. de commun. rer. alien. & hic, Negus. in d. 3. memb. 2. par. Boff. in d. tract. de Fisco, & eius priuileg. n. 39. Greg. Lopez in l. s. 3. tit. 1. p. s. in verb. vender, & est communis

opinio

opinio, quod etiam suaderi potest, quia licet verbum *Distrahere*, propriè acceptum, venditio-
nem significet, *l. commun. diuindendo*, *in fin. ff. commun.* *diuid.*
Refertur etiam ad pignoratio-
nem, *l. i. supra de patr. qui fil. di-*
63 straxer. Econtrario autem *Rip.*
in l. i. ff. de pignor. num. 16. validis
rōnibus insurgit aduerlus hanc
communem opinionem, atquè
arbitratur, in pignoris datione
cessare huius *Constitutionis* pri-
uilegium. Primo, quia ratio, quæ
in venditione militat, videtur
cessare in pignoratione, nām res
minus iusto pretio vēditur pro
parte, quām tota, quæ ratio cef-
sat in hypotheca. Itēm, quia ita
demum est locus huic priuile-
gio, si Fiscus consortem requi-
rat, vt infra dicetur, tunc enim
si socius non vult emere partē
Fisci, causatiū cogitur suā por-
tionem vendere, quod non vi-
detur in pignoratione, conside-
randum siquidem non ita ē quū
est, socium cogi Fisco pecuniam
mutuare accepto pignore, sicut
emere pro eodem pretio. In
hac autem opinionum contro-
uersia Ego distinguendum pu-
tarem, nām aut pignus datur
pro eo pretio, quanti valeret si
venderetur, & tunc crederem.
65 Constitutionem hāc in huiusmo-
di pignore pcedere, esset enim
hoc casu potius venditio, quām
pignoratio, quia non adest spes
lutionis, per ea, quæ habētur in

l. qui habebut, cum simil. ff. de leg. 3.
¶ in legata suppellec̄tile, § fin. ff. de
suppell. leg. ¶ utrobiq. Bart. ceteriq.
Scribentes notant, cum alijs, quos re-
censet Negus. in tract. de pignor. 1.
membr. 3. par. nu. 28. ¶ Palatios
Ruuios in Rub. de donat. inter vir.
¶ uxor. §. 6. 9. nu. 8. Quando ve-
rō pro minori quātitate pigno-
ri daretur, veluti si res valens
centum, pignoraretur pro quin
quaginta, vt solet semper eue-
nire, Ego nō discederem à sen-
tentia *Ripe*, motus, non rationi-
bus per eum adductis, quibus fa-
cilius est responsio: sed ex eo so-
lūm, quia negari non potest, so-
cium ex pignoratione suæ par-
tis non percipere tantam utili-
tatem, quantam ex venditione,
cūm semper pignus detur pro
minorī quantitate, quā res ipsa
valet, & ideo non est facienda
extensio huius *Constitutionis* ad
calum: ex quo graue fieret socio
præjudicium.

Remanet nūnc, vt videamus,
66 quid dicendum sit in donatio-
ne? & quidē videtur magis es-
se, vt non sit locus nostræ *Con-*
stitutioni. Omnes enim *Scribentes*
hic, & in *d.l. 2. de commu. rerum*
alienat, conueniunt, cessare di-
spositionem legis nostræ, quādo
nulla adesset Fisci utilitas, alie-
nando rem integrām, nām vt
superius firmauimus, hāc no-
stra *Constitutio* in utilitate, ac cō-
modo Fisci fundata est, nē scili-
cet res minus venderetur pro
parte,

parte, quām integra, quæ locum habere non possunt in donatione, quia donare, perdere est, vulgariter iuribus, & nē desit particularis Authoritas, itā in specie obseruauit *Villalobos apud Olan.* in suo libello de *Antinomia*, qui differentiam specificè cōstituit inter ius Romanorum, & ius Hispanicum, quo permittitur Fisco, etiam per viam donationis de recomuni integrē disponere, vt in l. 13. ti. 5. par. s. ex quibus videtur indubitanter dicendum, non esse locum huic rescripto, quando agitur de donatione. Verūm hoc Ego non putarem itā faciliter admittendū, nām si ageretur de donatione remuneratoria, crederem *Constitutionis nostrae dispositionem*, admittendam citrā omnem dubitationem, nām satis ytile esset Fisco benemerito donare. Neq;

6, enim m̄ra est donatio, ex ijs, quæ latē more suo congerit *Tiratquell.* in repetu. L. si unquam, in ver. donatione largius, n. 1 r. cūseq.

Accedat prædictis, quod si pro remunerādis Militibus benemeritis licet rem propriam alterius capere, data eidem extimatione, iuxta notata in l. item si verberatum, ff. de reiudic. & in l. *Lucius*, in princ. decūctione, cum ijs, quæ latē cumulauit idem *Tiratraq.* in præc. loco, num. 40. & latē post eum *Ferdin.* *Vasq.* controuer. illust. cap. s. lib. 1. per totum: multò magis id licebit Principi in re.,

quam cum alio communem habet, soluto socio iusto pretio suę portionis, & hoc casu esse locū nostro priuilegio, etiam de iure communi conueniunt, & *Olan.* & *Greg. Lopez* in locis paulò ante citatis. Si verò tractatur de simplici donatione, in hoc tota difficultas videtur cōsistere, & hoc etiam in casu, forsan idem respondendum posset attentari, qā meminisse Nos oportet, hoc priuilegium inductum fuisse, non solum vtilitatis causa, sed etiam dignitatis, ac præminētiæ Fiscalis, vt à principio diximus. Item si *Tex.* in l. omnes, & l. *bene à Zenone*, qui angustioribus limitibus sunt restringendi, cūm verè priuilegium satis magnum, ac odiosum cum alterius magno damno contineant, tām in venditione, quām in donatione procedunt, vt apertissimè ex eorum verbis apparet, multò magis nostrum priuilegium, vt minus exorbitans, immò æquū, ac conueniens etiam ad calum donationis est extendendū. Nec dicatur ibi expreſsè dictū fuisse de donatione, hic tantum de venditione verba fieri, nām, vt à principio adnotauimus, hoc rescriptum non est illud, quod primū Fisco huiusmodi prærogatiuam tribuit, sed loquutus fuit hic *Imperator* de venditione, quia casus is se offerebat, vndē non est tantum ad hanc speciem restrictio facienda. Ad ta-

tur

tur prædictis, quia temper adest aliqua causa in donationibus huiusmodi, *l. neque adiecit, ff. pro socio.* Et quamvis nō ita vrgens, ac sufficiens, debet tamen pro idonea recipi, cùm agatur de re communi, & de alienando, soluta extimatione socio, maximè ob dignitatem Principis, in quo sufficit etiam ad maiora omnis naturalis ratio, mouens eius mentem ad ita faciendum, ex traditis per *Abb. in cap. fin. de consuet. col. 2.*, & latè per *Boss. in tract. de Princip. nu. 1 & 8, cum seq.*

Aduertendum tamen puto,
68 quod in permutatione, quāuis simillima sit emptioni, & venditioni, non est locus nostræ Constitutioni, nè socius rem pro re inuitus habere cogatur, quod satis esset absurdum, atq; alienum à mente huius legis. Quando enim pecuniam habet socius pro parte sua, omnem rem habere videtur, argumento *T. ex. in l. 1. ff. de contrah. empt.* Quod si in permutatione partim alias, partim pecunia interueniret, quod ex notissimis terminis esse potest, atquè locio pro eius parte non res, sed pecunia traheretur, proculdubio, esset idem quod in vera venditione constituendum.

His sic absolutis, non est prætermittendum, quod hæc venditio rei communis est facienda præsenti pecunia, nām non cogitur socius habere fidem de

pretio, ita in simili *Glos. in l. unica, supra, pro quibus caus. seru. pro prem. lib. accep. Tiraq. de retract. consang. §. 3. glo. 3. in princ.* Facit ad hoc, id quod aduertit notabiliter *Bart.* hic volens, venditionem istam, licet sit pro parte rei Fiscalis, esse tamen faciendam cū iisdem sollemitatibus, quibus fieret, si integra esset Fisci, est autem absolutum, fidem de pretio haberi non posse, quando venditur res Fiscalis, *l. si Procurator, ff. de iur. Fisc. l. 1. supra, de fide instr.*

Et deniq; obseruandum est de equitate, socium hunc requirendum à Fisco, si is velit emere, ac volentem alijs præferendum, vt tradidit *Bald. in d. l. 2. de comm. rer. alien.* & post eum omnes *Scribentes ibi, & in hac legge nostra, & Fælyn. in cap. que in Ecclesiistarum, 18. col. vers. sexto declaro, de Constit. Hippol. sing. 441.*

Illud autem aduertendum,
70 est, quod si Fiscus rem simpli citer, in qua portionem habet, vendat solam suam portionem, alienare cœletur. Ius enim, quod quis habet tantum transferre voluisse credendum est, *l. uxori patrui, supra, de legat. l. qui Tabernas. ff. de contrah. emptio. cum simil.* Ita in terminis satis proxima in specie voluit *Bald. in conf. 127. vol. 3. in fi. Bartholom. Soccin. cos. 4. 6. n. 24. vol. 4. & conf. 121. n. 25. cod. vol. Pereg. in d. tract. de iure Fisc. lib. 6. tit. 4. nu. 4. vers. sexto declarata, lo. Faker, & Aretin. in §. fin.*

instit.

instit. de *vñscap.* Anton. Gabrel.
commu. conclus.lib. 5. tit. de acquir.
vel amitt. poss. concl. 2. nu. 28. vers:
duodecimo limita. Quibus adst.
71 pulatur omnes illę Regulę, vi-
delicet, quod in dubio Princeps
pr̄sumitur nolle Tertium lēde-
re, ac velle ut priuati, & ab alte-
rius grauamine abstinere. Hęc
autem non procedunt, quando
aliud apparebit, vel ex quantita-
te pretij, vel ex pr̄cedenti tra-
ctatu, vel ex alijs coniecturis, de
quibus in *l. semper in stipulationi-
bus, ff de regul. iur. cūm ijs, quę la-
tē cumulat Menoch. de pr̄sumpti.
lib. 3. pr̄f. 49. & pr̄sumpti. 73.*

Aliud quoq; notant hic Scri-
72 bentes priuilegium Fisci, quod
integrum pretium exigit, & po-
stea soluit partem suam socio,
idquę non solum Fisci gratia
constitutum est, sed etiam pri-
uati, quia facilius pretium Fi-
scus exiget, priuilegio illo, quo
vtitur aduersus suos debitores.
omnes tamen cōueniunt, quod
si tempore solutionis comparet
socius, non solum poterit ei sol-
ui, sed ipse recte instabit, non Fi-
scus, sed ipsi solui partem pretij
competentem sibi, ad euitan-
dum circuitum, per *l. res quae, §.
1. ff. de iur. Fisci.* Ita Omnes com-
muniter concludunt hic, qui di-
73 cunt, locum pro recuperatione
pretij eius partis, aduersus Fiscū
actione negotiorum gestorum
agere posse, habendo ratam ven-
ditionem causatiuę, si pretium

recuperare velit; quibus tantum
illud addendum est, quod nota-
biliter hic aduertit solus *Luc. de
Penn.* dari etiam huic socio ad-
74 uersus Fiscum condictionem,
ex *lege ista*, si vero Fiscus, vel em-
ptor socio partem pretij nō sol-
ueret, daretur ei reiuendicatio
pro recuperatione partis suę; ita
Bald. in d. conf. 336. & vol. 5.

Insuper non est pr̄termittē-
75 dum id, quod *Bart.* sequutus ab
omnibus *Scribentibus* deduxit ex
hoc *Tex.* quod sicut totum pre-
tium Fiscus exigit, ita etiam si
ex statuto pœna aliqua sit sol-
uenda pro medietate Fisco, &
pro medietate parti, Fiscus tota
exiget, & cum parte communi-
cabit, idemquę tradidit *idem*
*Bart. in l. Senatus, alias citata, §. Se-
natus, ff. de iur. Fisc. Salye. in l. 3. C.
ad l. Cornel. de fal. vers. vleerius ab
extra, Ang. de malefic. in glo. dand.
& soluen. nu. 1. vbi August. de Ari-
min. Matt. Matthefil. sing. 70. Ias.
& Gomes. de action. in §. quædam
autem, *Bald in l. 1. ne Fiscus, rem
quam vendidit euincat, ante nu.
1. lib. 10. Angel. in l. lege, §. fin. ff.
ad Syllani, & in l. eum qui, § popu-
laribus, ff. de iure iur. Igneus in d. l.
lege, §. ex hoc edicto, n. 40. Farinac.
in tract. de varijs, & diuers. quest.
q. 100. cap. 1. nu. 53. Riminal. in l.
si quis maior, de transact. Peregr. de
iur. Fisci, lib. 4. cap. fin. n. 32. Immò
in hoc casu sententia concipiē-
da est in hęc verba: *Ad dandū,*
& soluendum Regio Fisco, siue Ca-
merario**

merario, ità Soccin. in cap. qualiter,
¶ quādo, de accus. quod est secū-
dum, num. 28 s. Angel. in loco pro-
ximè citato, quos communiter
Scribentes sequuntur, idq; in tan-
tum verum esse voluerunt Scri-
bentes, ut Hyppolit. in consil. suo
84. num. 16. cum seq. eleganter
76 voluerit, stante statuto, quo ap-
pellari prohibeatur à sententijs
latis in fauorem Fisci, si per Iu-
dicem fuerit declaratum, pœ-
nam deberi Fisco, & parti, non
esse locum appellationi, etiam
pro portione spectante ad par-
tem. De cuius tamen dicti veri-
tate satis dubitarem, sed non in-
sistō, nè diutiùs in hoc immo-
rer, cùm sit paulum à nostra
materia disiunctum, videnda
tamen sunt, quæ scripsi ad in-
terpretationem l. unica, infra,
Pœnis Fiscalibus creditores præfer-
ri.

Restringuntur autem supe-
77 riùs dicta, vt procedant solùm
in pœna legali à lege, vel Princi-
pe ità constituta, vt pars Fisco,
& pars alteri queratur, nō tamē
locum habebunt in pœna con-
ventionali, nàm quilibet pro
sua portione ager, quia vterquè
separatim acquirit, ità signanter
Berous in conf. 200. nu. 3. lib. 3. ¶
in conf. 206. eod. lib. in fin. sequitur
Octavian. Vulpell. in tract. de treg.
¶ pace, in tit. de promiss. de non of-
fen. quæst. 10 s. ¶ Baiard. ad Clar.
§. fin. quæst. 9 s. num. 23. Additquè
Octavian. aliud satis notandum,

quod etiā si pars negligat pro-
sequi portionem pœnæ sibi cō-
78 petentem, non poterit Fiscus re-
cuperare, nisi suam partē, quia
in contractibus non est locus
iuri accrescendi. Hæc autem nō
habent difficultatem, quando in
ista conuentionali pœna pars
stipulata est pro se, & Fisco,
quia tunc neq; partem suā pe-
tere Fiscus poterit, quia persona
priuata pro Fisco stipulari non
valet, ità docet Papinian. in l. ar-
biter infra certum, ff. de recept. arbit.
vbi egregiè id notat Bal. Verum
hæc Beroij opinio Nobis nō
placet, dūm inter pœnam con-
ventionalem, ac legalem con-
stituit differentiam. Supponen-
di enim sunt termini habiles,
videlicet, quod in conuentiona-
li pœna pro Fisco fuérit stipula-
ta persona legitima, putà Pro-
curator Fisci, vel Notarius pu-
blicus, ità quod actio ei fuerit
ritè quæsita, cùm per priuatam
personam, etiam Fisco non ac-
quiri certum est, vt ex Bal. supra
adnotauimus, nàm si actio Fi-
scu non quereretur pro sua
portione, frustrà esset disputan-
dum, si posset etiam exigere a-
lienam, cùm ipse nullam habe-
ret. Hoc igitur supposito con-
stituere differentiam inter pœ-
nam conuentionalem, ac lega-
lem non patitur rationis iden-
titas, quæ tām in uno casu, quā
in alio militat, quia duplex est
authoritas Fisci in exigendo in-

tegram summam, & commo-
dum partis propter priuilegia-
tam, & magis celerem exactio-
nem, vndē dicendum arbitror,
etiam integrā pœnam con-
ventionalem Fiscum exigere.
Non tamen negamus, quod si
pars nolit suam portionem re-
cuperare, quod in dubio nō est
credendum, quia nemo præsu-
mitur suum perdere, Fiscus non
poterit hoc casu integrā quā-
titatem exigere, quia non est in
istis locis iuri accrescendi, vt
benè *Vulpell*. loco paulò antè ci-
tato aduertit.

Denique videndum est de
79 quæstione, quæ frequenter ac-
cidere posset, illis in locis, in qui-
bus vectigal de venditione sol-
uendum esset; an de hac vendi-
tione partis alterius socij debe-
retur vectigal pro eius portio-
ne, cùm pro sua Fiscus sit im-
munis. *l. llicitatio*, *S. Fiscus, de publi-
ca*. & *vectigal*. & quidem huius
controversiæ resolutio ex illa
quæstione pendere videtur, qua
inter Doctores disceptatum est,
si ex necessaria venditione Ga-
bella soluenda sit. In quo arti-
culo communis *Scribentium* sen-
tentia est, ex necessaria vendi-
tione Gabellam soluendam nō
esse. Ità *Bar. Alber. Cuman. Imol.*
*Roman ceteriq. in l. Cæsar, ff. de pu-
bl.* & *vectig.* & in *l. fin. S. si proper
necessitatem, eod. tit. Bart.* & *ceteri
in l. i. infra, de naufrag.* *Iul. Ferret.*
in tract. de Gabell. num. 115. cum

seq. Gironda de Gabell. par. s. n. 51.
& par. 9. nu. 14. Auendan. respons.
13. num. 17. lo. Yan. Parlador. rer.
quotidia. cap. 3. §. 2. quæ commu-
nis sententia deducitur ex dicta
l. Cæsar, & d. §. si proper necessitatē,
suadeturquè ex eo, quod com-
muniter tradiderunt Scribentes,
eo ex necessaria venditione laude-
mium non deberi, vt constan-
ter concludunt Gulielm. de Cun.
& post eum Bar. Fulg. Paul. Cæst.
& ceteri in l. & ideo, ff. de condic.
furt. Ias in l. fin. num. 47. quæst. 7.
C. de iur. emph. Amad. de Pont. in
quæstio. Laudem. 25. & alij addu-
cti per Tiraquell. de retract. lignag.
§. 1. gloss. 14. nu. 10. Verùm Ignatius Lassartes in tractat. de Gabell.
cap. 19. nu. 100, & iterum in suis
Addit. ad locum predictum, hanc
receptam assertionem in du-
bium reuocare conatus est, &
dicit se ita respondisse, ac secun-
dum eius responsum fuisse iu-
dicatum, quod immò ex necel-
sario contractu Gabella debea-
tur. Pro qua opinione arguit
primo, quia is, qui cogitur ven-
dere, verè dicitur vendere, ex-
pedit ad hoc Tex. in l. i. in princ.
versic. & si plures sint socij, supra,
de commu. seru. manumiss. bi Ne-
cessitatem habere partes suas, quas
in seruo possident, vendere. Ecce,
inquit, quod vendere dicitur is,
qui coactus vendit, ergò cùm
ex omni venditione Gabella
debeat, ex huiusmodi quoquè
venditione necessaria debetur,

quia

quia vera venditio est. Secundo mouetur, eo, quod an sit necessaria, vel non ista venditio, nihil interest, quoad conductorem vestigium, cui sufficit, contractum, ex quacumque causa intercessisse, per ea, quæ latè ipse idem disputat in c. 14. eiusdem libri ferè per totum. Deniq; inquit, quod licet in huiusmodi venditione non adsit voluntas Domini, adeat tamen dispository legis, quæ vicem Domini supplet, citat ad hoc Tex. in l. 1. ff. de rer. permul. Vnde habetur, ac si vera, & spontanea venditio intercessisset. Respondet autem ad argumenta, atq; authoritates aduersæ partis satis subtiliter. Primo enim dicit, non obstare Tex. in l. Cæsar, quia quamuis communiter citetur ad probandum, necessitatem excusare à præstatione vestigialis, id tamen re vera non probat. Dicit enim tantum, quod si Cotes, quæ semel intra promissum locationis tempus à Portu fuerunt extræta, iterum vi tempestatis ad eundem Portum cum Naui redeant, non videri aliquid contra legē factum, si iterum euehantur. Propterea inquit Alfenus, Quod iam in initio euecta Cotes viderentur, cum ex Portu Naui profecta esset, ex quo ait Lassart. apparere illius legis decisionem non in tempestate, ac necessitate fundatam, sed in eo, quod alias tempore licto Cotes ex-

tractæ videantur, Ad Tex. verò in l. fin. §. si propter necessitatem, similiter respondet considerando *Iureconsultum* ibi nihil aliud statuere, quæ merces expositas vi tempestatis, non soluto portorio in commissum non incidisse, idq; summa cum ratione. Näm cum nulla culpa in coacto exponere ex necessitate considerari possit, iniquum era absque culpa merces amictere, non autem inquit Lassart. (dicit ibi) *Iureconsult.* portorium non esse soluendum, sufficit enim, quod pœnam commissi effugiat, non etiam quod à portorio sit immunis, ad Tex. verò in l. 1. infra, de naufrag. aliam dat responsionem dicendo, non posse ex eo Tex. argumentum sumi, cum speciale habeat rationem, nè Fiscus scilicet ex aliena calamitate sibi compendium querat, ideoq; ad alios casus extendendum non esse. Ultimò dicit, non obstare communem *Scribentium* sententiam, quod laudem ex contractibus necessarijs non debeatur, nam id procedit in laudem ijs non soluendis, ad quod sufficit, contractum non esse voluntarium ad tollendam suspicionem fraudis, fugiendum vitium litigiosi, aliaquæ huiuscemodi, quod nullo pacto ad quæstionem propositam adaptari possunt. Hæc Lassart. Quibus tamen non obstantibus à com-

inimi sententia *Scribentium* discedendum non puto, aliquibus tamen declarationibus, ac distinctionibus adhibitis; siquidem probatur opinio praedicta irrefragabiliter ex praedictis iuribus in d.l.Cœsar. & in l.fin. §. si propter necessitatem, quæ per Lassart. responsiones non tollantur, nām quamvis assignet *Iurisconsule*. rationem, quod alias Cotes extractæ fuerint, ea tamē sola non est. Negari enim non potest, quod vis illa ventorum, ac necessitas tempestatis in causa fuerit, quo minus de hac secunda extractione ratio non haberetur, pone enim, voluntate rediisse Dominum Nauis, nō nē in cōmissum rediissent Cotes, si iterum eas extraxisset, quamvis à principio licet euectae fuissent? ut in specie norat Alberic. in d.l.Cœsar. num. 10. idq; summa cum ratione, nām voluntariè redeundo legem ipsam contemnere videtur. Responso vero, quam Lassart. tradit ad §. si propter necessitatem, quis non videt diuinationem in se contineat? Nām nec in ea lege, neq; alibi habetur, portorium eo casu soluendum esse, idq; apercere repugnat communī Doctorum traditioni. Retenta igitur hac communī sententia, Ego in hac quæstione tres casus considerarem pro eius perfecta dilucidatione, nām quædam est necessitas, quæ ex voluntario

initio nascitur, quædam verò est necessitas præcisa alicuius vis maioris, quæ facti, usurpato frequenter apud nos vocabulo, denominari posset. Tertia est necessitas legalis. Prioris exemplum erit, si venditur res sub hasta, creditoribus cogentibus, & tunc apud Omnes in confessu est, Gabellam deberi, inspecto initio voluntario, quod spectatur per Texi. in l. 3. ff. de minor. & quamvis Bertach. in tractat. de Gabell. par. 8. membr. 3. num. 10. tenuerit, hoc casu non deberi Gabellam, in contrarium est communis opinio, ut per Bald. consil. 2 a. lib. 2. cum alijs cumulatis latissimè per Tiraquell. de retract. consanguin. §. 1. gloss. 14. num. 14. Quibus addes Auedan. respars. 15. num. 6. Mattienz. lib. 5. noua recopilat. lib. 6. tit. 11. gloss. 1. num. 6. Parlador. rerum quotidian. cap. 3. §. 2. num. 29. Gisclon. de Gabell. in superius citatis loxit. Secunda necessitas facti, ac vis maioris excusat à Gabella, & exemplum erit secundum DD. in d.l. Cœsar; & in d. §. si propter necessitatem, veluti tempestas, incursus latronum, ac huiusmodi, quæ violenter cogunt at aliquid faciendum, & in his terminis loquuntur DD. ac procedit communis ipsorum, recteptaq; traditio ex d.l. Cœsar, & Lassart: opinio non procedit. Tertius casus est in necessitate legali, cuius exēplū erit, quando

83 cogitur quis ad vendendum pro Ecclesiæ constructione, vel tempore caritatis, alijusc in casibus enumeratis per *Conarruu. var. resol. lib. 3. cap. 14.* & vectigal in his omnibus casibus deberi verius est, ut optimè resoluit *Laffar.* superius citatus pulcherrimis argumentis. Dicit enim, hanc necessitatem fauorabilem esse, cum fundetur in iusta causa, ac publica utilitate, qua attēta nemo Superioris mandatum expectare debebat, sed sponte aliquè alia iussione vendere; cum unusquisq; Ciuis sit pars Reipublicæ, cui, & non sibi solùm natū esse cogitare debeat. Quod si lubentes vendidissent vectigal, absq; dubio soluissent, vndè ad id etiam tenentur, quādo lege, vel Principe iubente hoc faciunt, nè commodum ex sua contumacia consequantur. Dicit etiā legem generaliter iubere, solui vectigal, ac venditionem huiusmodi verè esse venditionem, ut superius dictum est per *Tex. in l. 1. supra, de comm. seru. manumiss.* ergò cum expresse talis venditio non sit à lege excepta, neq; nos illam excipere debemus. Considerat etiam, & benè immensam quantitatem rerum, quæ ex huiusmodi necessitate venduntur, ac inconueniens, quod sequeretur, si omnes isti contractus à solutione vectigalis essent immunes. Verum aduentendum est, quod

venditio, de qua in hac nostra Constitutione tractamus, licet prima facie posset dici esse numerandam inter illas, quæ ex legis necessitate celebrantur, si tamē recte inspicimus, satis differt ab illis, atq; audacter ex huiusmodi venditione vectigal non deberi affirmarem. Non enim socius, sed Fiscus totam rem vendit, & Condominus nihil agit, sed patitur: & quamvis postea si vult conlequi pretium, ratam habere debeat venditionem, ut supra dictum est, ac per ratihabitionē videatur à principio contractū gestum à ratum habēte, ex vulgaris iuribus; hæc tamen non est vera ratihabitio, sed causatio ad aliud effectum, nè re, & pretio eodem tempore careat. Cum ergo Fiscus totam rem vēdat, sitq; is ab omni vectigalis præstatione immunis, *l. licitatio, §. Fiscus, ff. de public. & vectigal.* non potest de huiusmodi venditione vectigal aliquod deberi, vndè satis proximè accedendo ad quæstionem nostram, voluit *Peregr. lib. 6. de iur. Fisci, in sa- pè citato tit. 4. nu. 27.* utilitates Camerarijs debitas, veluti quinq; pro centenario, non deberi, nisi de pecunia fiscali, non autem de portione pretij ad socium spectante, nè socius integrum portionis pretium non consequatur; sicut etiam esset in casu nostro, si de sua portione solueretur Gabella, quod abhorret ab

huius *Constitutionis* sentu, in qua semper prouisum fuit socij indemnitat, faciunt ad prædicta, ea, quæ satis eleganter scripta reliquit *Laffart.* in d. cap. 19. n. 107.

85 dum voluit, Gabellam non deberi, quando Princeps alicui priuato rem aufert ex causa publicæ utilitatis, dato æquivalenti pretio, iuxta notata in l. item si reverteratur, ff. de rei uendicat, tunc enim licet Princeps det premium non est venditio, sed satisfactio rei sibi ablatæ, si vero Fiscus videret rem sibi hypothecatam, iuxta terminos l. res que, in §. res que, de iur. Fisc. superius citata, esset, ni fallor, Gabella soluenda, quia vera venditio necessaria est, sed habens initium voluntarium, quod est spectandum, ut supra dictum est.

Vltimò videndum est, an alij casus dentur, in quibus circumscripto Fisci priuilegio, valeat socius integrè de socij etiā portione disponere, & quidem non nulli à Scribentibus recensentur, & primus erit ille, qui satis ele-

86 ganter traditus fuit à Guid. Pap. dec. 602. vbi iudicatum refert, eum, qui medietatem omnium suorum bonorum alteri donasset, posse de aliqua re ex donatis integrè disponere, quamvis donarius in ea medietatem habeat, dummodo ex alijs bonis reficiat ipsis tantudem. Quæ quidem insignis, & solemnis est decisio, summa in æquitate funda-

ta, ac sumpta ex dispositione Tex. in l. non amplius, §. cum bonorum, ff. de legat. 1.

Secundus est casus fauore Religionis, siquidē socius pōt in tolo cōdi Ecclesiam ædificare, inuito socio, soluta eidem partis suæ iusta extimatione, ita Bal. & post eū Rip. in l. serui electione, §. Labeo ait, de leg. 1. Quod suadetur euidenti, ac pulcherrima ratione. Cur enim non licebit socio in re communi, quod pro cōstructione, aut ampliatione Templi permititur in re prorsus aliena? Vera enim est communis Scribentium sententia, non solū pro amplianda, sed etiam pro construenda noua Ecclesia cogi aliquem posse ad vendendū solum suum, ita Gulielm. de Cuneo, in l. decernimus, supra, de sacros. Eccles. Angel. in l. 1. ff. solut. matri. in fin. Flori, in l. si quis sepulchrum, ff. de relig. & sumpt. fune. C. poll. de seru. urb. præd. cap. 82. Innocent. & Abb. in cap. de his, per illum Text. de Eccles. edific. Ioann. de Anan. in cap. Apostolica, de donat. Isern. in probem. Constitut. vbi etiam Affl. in quest. 3. num. 10. Couarr. var. resolut. lib. 3. cap. 14. num. 7. Anton. Gomes. ad l. 46. Thauri, n. 9. Domi. Anton. de Padill. in l. altius, C. de seruitut. & aqu. num. 21. Soccia. in reg. 435. fallent. 9. Gramm. dec. 75. Vinc. de Franch. dec. 223. num. 5. nouissimè Gizzarell. decisio. 38. Giurb. decis. 86. & alij, quos congerit Nouar. qq. forens. lib. 1. q. 32.

antè

ante n. 2. quia in re non est omit-
tendum elegans dictum Cæsar.
Lambèr. qui lib. 1. par. 1. q. 3. art. 3.
num. 5. dicit, quod consocius in
hoc casu tenetur vendere, & si
spontè vendit, omnes socij erūt
patroni, alias si inuitus vendat,
patronatum non habebit, citat
ad hoc Firmi. in tract. de Episcop.
lib. 4. par. 4. quest. 31. quod tamen
an sit verum, non libet hic in-
uestigare, nè extra materiam
immoremur.

Tertius est casus, libertatis
 90 causa, ex qua socius potest fer-
 rum communem manumittere, inuito socio, ut habetur latè
 in l. 1. *supra, de comm. ser. manum.*

Quartus autem casus recen-
 91 seri potest propter conserua-
 tionem ipsius rei communis,
 vnde sit, ut cōmunem Turrim
 valeat socius munire, aduersus
 hostium incursum, inuito Con-
 domino, *Alberi. in l. in tantum, §.*
Religiosum, ff. de rer. diuis. nu. 2. Bal.
conf. 210. num. 2. ver. nām si duo
sunt, lib. 1. & conf. 382. n. 14. lib. 5.
 Item poterit commune molen-
 dinum, vel puteum reficere, &
 si socius in expensis intra qua-
 tuor menses non contribuit, in-
 tegrum addicitur reficiendi, ut
 egregiè tradit *Cremens. sing. 98.*
Cæpoll. de seruit. urb. prædior. in tit.
de refect. Cotta in memor. in ver. pu-
teus, Bartol. & Ias. in l. quo minus,
ff. de flumi. Angel. in l. quidam Hy-
berus, ff. de seru. urb. præd.

Sequitur, & alter casus, qui

92 erit quintus in rebus venalibus,
 tunc enim socius illas integrè
 vēdet, ac dominium transferet,
 ex tacito præsumpto mandato,
Bart. Bald. ceteriq. post eos, in rubr.
supra, pro socio, Specul. in tit. de præ-
script. n. 10. vers. quod si is, per
Tex. in l. de pupillo, §. si plurimum, ff.
de nou. oper. nunc. vbi Alexan. Ias.
& alij, Roma. in l. Stipulationes non
diuiduntur, vbi latè Gagliar. nu. 2.
ff. de verb. oblig. Rota Iannae. in dec.
14. nu. 61.

Sextus est in socio volente uti
 93 re communi ad usum destinata-
 tum, nām etiam reluctante Cō-
 domino poterit, ita *Accurs.* &
 post eum *Omnis in l. Sabinus, ff.*
comm. diuid. vnde, & rem solitam
locare locabit integrum, in quo
Omnis cōlent iunt, Bal. in l. prima,
supra, qui testam. facer. poss. vbi Ias.
nu. 25. Bart. Paul. & alij in l. &
hæc distinctio. §. cum fundus, ff. loc.
Bald. in cap. cum omnes, de constit.
& int cap. 1. §. si quis demanso, Si de
inuestit. contr. fucr. Caualc. decis. 1.
num. 29. par. 1. qui dicit, hanc es-
se communem opinionem, itē
poterit integrum domum com-
munem habitare, Paul. de Castr.
in d. 1. supra, qui testam. facer. poss.
& ibi Ias. num. 27. Scribentes om-
nies in l. duo fratres, ff. de acquir. ha-
red. vbi optimè Aretin. Alexan. &
Ias in d. l. serui electione, §. Labeo, de
leg. 1. Et hæc opinio non habet
contradictorem, licet contro-
uersum satis fuisse inter DD. an
 94 inhabitando integrum domū
 teneatur

teneatur socius ad pensionem pro parte Cōdomini ? Ad cūius quæstionis decisionem videndi sunt Roman. conf. 167. nu. 7. Ias. in d. S. Labeo, num. 16. Corn. confil. 186. lib. 1. & 222. lib. 2. Petr. de Vbal. in tract. de duob. fratr. part. s. quæst. 9. Curt. Sen. conf. 7 1. Aretin. conf. 12 s. Mohed. decis. 13. in tit. de locat. & conduct. cū alijs cumulatis nouissimè per Card. Tusc. in suis practic. conclus. lit. C. concl. s 33. num. s. & 10. cum seq. & ex prædictis quoq; nalcitur , quod socius potest vti seruis , & anima libus communibus in solidum ad vsum destinatum , & non tenebitur nec ad solutionem mercedis , neq; ad partem pretij si pereunt , quia , qui non vtitur , sibi imputet . Ita Corn. conf. 186. in fin. lib. 1. Item vti poterit ad vsum destinatum re communi , etiam si Condomino noceat in alia re , Ias. conf. 98. lib. 1. Thessaur. qui multa , ac præclara ad materiā dicit in dec. Pedem. 4 1. dūmodò non sit damnum magnum , Bursat. conf. 57. & 58. lib. 1. Quod si ambo vti velint eodem tempore boni Viri , id est iudicis arbitrio vsum diuidetur , Ripa in l. quo minus , ff. de flumin. num. 137. 96 Sed & notandum est , quod si socius ad vsum non destinatum vti velit , poterit alter etiam propria autoritate prohibere , l. quemadmodum , S. 1. ff. ad l. Aquil. Bartol. in l. 1. § melioratio , ff. de nou. oper. nunc. Roman. conf. s 2. Marcus

dec. Delfin. 120. lib. 1. & si mille socij vellent vti ad non destina- 97 tum seruitum , & vnuis contradicat , melior erit vnius contradicentis conditio , Oldr. conf. 34. latè Fælyn. in cap. cùm omnes , de constit. num. 15. & bi Deci. num 5.

P O E N I S F I S C A L I B V S

Creditores præferri.

Tit. V I I.

I M P E R . A L E X A N D .

A. M A R C E L L O.

L E X P R I M A.

Rem suam persequen-
tibus , pœnæ exactio post-
ponitur . Sicut itaque in
fortis quâtitate Fisci per-
secutio potior est ; ita in
triplo , quod pœnæ no-
mine adiectum est , pro-
pria forma seruanda est .

S V M M A R I V M .

- 1 Lex ista ab ipsa Tituli inscriptione , lumen accipit .
- 2 Regula duæ à Scribentibus deducun-
tar ex hac lege , & quæ illæ sunt ,
nu. 3. & 4.
- 3 Discrimen inter pœnam , & mul-
etam .
- 6 Pœnæ Fiscales , quæ nàm illæ sint .
- 7 Pœna semper applicatur Fisco , si nō
sit

- si dictum cui venit applicanda,
quod declaratur num. 8. q. 11. &
12.
- 10 Pœna omnes cōventionales sunt Fisci
in ditionibus Summi Pontificis.
- 13 Lex post legatum, §. amictere, ff.
de his quibus, ut indign. concilia-
tur, cum l. Papiniarius, §. memi-
nisse, ff. de inoff. test.
- 14 Bertazzoli consilium 438. & Cæ-
phali s 73. recensetur, & elegans
questio proponitur.
- 15 Vsuras recipere, omni iure prohibi-
tum.
- 16 Pœna quæ, vel à lege, vel à Prin-
cipe Iudici applicatur, Fiscalis di-
citur.
- 17 Lege Hyspanica cauetur, non lice-
re Principi donare Iudici pœnas
perueniendas ex Iudicij, que co-
ram illo erunt terminanda.
- 18 Salarium, quad debetur Auditori-
bus Prouinciarum, non est soluen-
dum cum pœnis Fiscalibus.
- 19 Salarium soluendum Iudici, ex pro-
uictibus, si uno anno non fiunt
tot, que sufficiunt, supplendum
erit ex his, que fiunt anna sequen-
ti, Et quid si non sufficiunt cum
aliorum annorū refectio, nu. 20.
- 21 Pœna Fiscales dicuntur illæ, quas
Barones ex Principis concessione à
suis vassallis percipiunt.
- 22 Barones exigunt pœnas illas pecu-
niarias, que per mona edicta im-
ponuntur, etiam si de novo fieri de-
lictū, Quod quomodo intelligatur
nu. 23.
- 24 Fisco Regio, vel Baroni est appli-
canda pœna, quando Princeps
- prohibitionem fecit, sub tali pœna.
- 25 Pœna, que à Principe tempore steri-
latus imponitur, nè quis ven-
dat frumentum, nisi tanti, Fisco
Regio applicatur, et nō Baroni, cui
causa remissio demegatur, nu. 26.
- 27 Baro si ex Regis concessione habet
ius tractarum in sua ditione, ita
ut si quid inde extraheretur por-
torum sibi su soluendum, & si
vestigal quis fraudaret res, quæ
in commissum incidit ipsi Baroni
applicetur, num possit exigere pœ-
nam aduersos illum, qui frumen-
tum extraxit? contra Principis
iussionem, tempore penuria factam
Regia Camera decisio refertur.
- 28 Iudex Baronis si multat vassal-
lum, ac poenā aliquā pecuniariā
illi imponit, si ad Principem vaf-
falli ille appellat, & Iudicis infe-
rioris sententia confirmatur, cui
applicabitur pœna hæc?
- 29 Iudex à quo, vel Iudex ad quem
erit exequitor sententia confirma-
ta.
- 30 Ritus Magn. Cur. Vicariae xxxvij:
recensetur.
- 31 Barones, regnate Regina Ioanna nō
habebant cognitionem causarum
criminalium.
- 32 Pœna imposta tamè appellanti,
si à sententia Baronis provocetur;
ac ipsam Iudex Regius approbet,
Fisco Regio applicatur.
- 33 Barones, licet loco Fisci subrogentur,
non eam habebunt in multarū
exactione ea: privilegia, que Fi-
sco Regio competunt.
- 34 Exactores pœnarum Baronialium

frau-

- fraudantes, nō puniuntur illa pœna, qua veniunt puniendi Collectores pecuniarum Fiscalium, similiter fraudantes.
- 35 *Cassaneus in Consuetud. Burgund. in tit. de confiscat. bonor. rub. 2. in princ. col. 3. reprobatur.*
- 36 *Pœna pecuniaria, qua pro causa criminali exigenda est, cui applicanda? Baroni habēti iurisdictiōnem ciuilēm, vel illi habenti criminalē?*
- 37 *Capycij decisio 27. recensetur, Et declaratur num. 38.*
Et D. Auctoris sententia refertur in questione proposita, nu. 39.
- 40 *Iurisdictiō criminalis ad tres tantum casus rēstricta, Et quid de iure communi, nu. 41.*
- 42 *Confiscatio omnium bonorum spectat ad Baronem, Quod declaratur, nu. 43. @ 45.*
- 44 *Imponere de nouo pœnam publicanis bonorum, in casibus, in quibus non est imposta, ad solos Principes supremos spectat.*
- 46 *Publicatio bonorum usurarij, Baroni commodo cedet; Et decisio S. Conf. refertur.*
- 47 *Episcopus an dicatur habere Fiscū.*
- 48 *Episcopus habet bursam Fiscalem, ut habent Barones.*
- 49 *Episcopus in eius Diocesi, in causis ad eum spectantibus est de maioribus Magistratibus, @ babet merum, @ mixtum Imperium.*
- 50 *Delinquens nullus periremescit culparum, quam numeris redimere sperat.*
- 51 *Pœna, qua ab Episcopis exiguntur,*
- pijs locis applicanda, Quod declaratur nu. 52.
- 53 *Casus duo connumerantur, in quibus ex condemnatione facta à Iudice Ecclesiastico, poena applicatur Domino temporali.*
- 54 *Bona, que poena nomine auferuntur ab herede laico indigno, instituto à Clerico testatore, cui Fisco erunt addicenda, Ecclesiastico, an Temporali?*
- 55 *Ratio refertur, propter quam inductum est, Fiscū in poenarum prosequitione, ceteris omnibus creditoribus postponi.*
- 56 *Creditores non modo hypothecarij, sed etiam qui sunt in actione personali, Fisco agenti, pro poena preferuntur.*
- 57 *Cumani intellectus ad l. non puto, ff. de iure Fisci, refertur.*
- 58 *Lex. Nec damnosa, supra de præcib. Imper. offer. que prohibet, concessiones damnosas Principi, quomodo procedit?*
- 59 *Insinuatio non requiritur in remittendis poenis, etiam si excedunt summam quingentorum aureorum: requiriatur tamen decretum, quando Vniuersitas, vel minor eas remittere vellet, nu. 60.*
- 61 *Discrimen inter decretum, @ insinuationem adducitur.*
- 62 *Dominus vassallorum, plures habens creditores, potest creditoribus contradicentibus, pecuniarias poenas vassallis remittere.*
- 63 *Debitor in querendis, potest prædicare suis creditoribus.*
- 64 *Fiscus agens ex causa penalí, @ sic lu-*

- 65 Sic lucrativa non postponuntur creditoribus agentibus ex causa lucrativa. Et quid quando bona debitoris non sint tata, ut sufficere possint @ Fisco, @ creditoribus, an Fiscus in pari causa præferatur, num. 65.
- 66 Creditor, qui ex causa poenali iudicium intentauit pro recuperatione pecuniae, ad utilitatem Fisci, qui ei præferendus venit, recuperat omnes expensas per eum factas.
- 67 Pœna pecuniaria non veniunt in liquidatione introituum.
- 68 Relatum, quod tenetur soluere successor in feudo de medietate fructuum illius anni, quo feudatarius decessit, non soluitur pro pœnis pecuniariis, @ nu. 70.
- 69 Prouentus, qui exiguntur per Baronies, conuertuntur in satisfactionem salary Officialibus præstandi, aliarumq; expensarum pro iustitia administrationis.
- 70 Pœna remissa, qua lucrum est, non censetur remissum damnum.
- 71 Pœna commissi, @ fraudati vel eligatis donata ex generali abolitione, non censentur remissa ius portorum, @ dirictus, qui erant soluendi.
- 72 Venditor frumenti tempore penurie, ultra taxam à Principe factam, quod proinde incidit in pœnam, si fuerit gratiatus, tenetur superfluum premium exactum emptoribus restituere.
- 73 Lex ista cessat, quando pœna sunt apposita pro damno, @ loco interesse passi.
- 75 Pœna conuentionalis non debetur, nisi quatenus cum interesse concurredit, secùs in pœnis legalibus, num. 76.
- 77 Pœna pecuniariam, in quam quis ex delicto incidit, tam in foro fori, quam in foro conscientiae, non tenetur soluere ante condemnationem, secùs si pœna illa in dani cōpensationem constituta fuerit, nu. 78.
- 79 Fiscus non tenetur superuenientibus creditoribus, qui prius non insteterunt, ex pœna satisfacere, ubi liquidatio.
- 80 Creditores Fisco postponuntur, si de corporali poena agitur, Quod limitatur num. 81.
- 82 Creditor, an Fisco preferatur in pœna, si de credito non constat, nisi ex confessione Fiscalis debitoris ex causa pœnali.
- 83 Fisci causa in pœna exigenda, aduersus creditores, an sit summario, vel ordinario Iudicio tractanda?
- 84 Fideiussor de præsentando, si soluet pœnam fideiussionis, si bona postea illius rei ex delicto confiscantur, tenetur Fiscus pœnam à fideiussore solutam illi restituere.
- 85 Restitutio in integrum, non competit Fisco, in poenarum petitione.
- 86 Princeps, an possit ex causa publicae letitiae, vel alia simili remittere pœnas pecuniarias Baroni à vasallis debitas, @ num. 87.
- Vbi quid de potestate ordinaria, nu.
88. Resolutio, num. 105.
- 89 Rex non presumitur velle aliud, quam id, quod iuris est.

- 90 Rex, concessa iurisdictione Baroni, non potest se amplius in ea intro-
miere, siue directe, siue indirecte,
Ratio, num. 91.
- 92 Fructus iurisdictionis, ad eius Do-
minum spectant.
- 93 Princeps in contractibus sua poter-
tate non extitit.
- 94 Vassalli Baronum, an propriè vo-
cari possint subditi Regij?
- 95 Jurisdictione Baroni concessa, non
veniunt ea, quæ supremam Re-
gis iurisdictionem respiciunt.
- 96 Abolitio generalis, est de reservatis
Principi.
- 97 Princeps abolitionem generalem co-
cedens, tollit etiam culpam, licet
sententia condemnatoria interces-
serit.
- 98 Ius condendi edictum coniuersa-
le, non venit sub concessione facta
Baroni, quantumuis ampla.
- 99 Princeps, quando aliquid statuit, le-
gem condendo, potest praividicare
iuri Tertiij, maxime, quando hoc
sit per Indulgentiam generalem,
num. 100.
- 101 Doctores allegantur, qui tenuerunt
Principem, ex causa publica lati-
tia, posse praividicare Baronibus
Regni per Indulcum generalem.
- 102 Princeps tollendo pœnas pecunia-
rias Baronibus, non potest verè
dici, quod inferat damnum, nisi
effente incorporata.
- 103 Princeps etiam sine causa de pote-
tate absoluta potest iuri Tertiij
praividicare. Et cum causa de po-
tentia ordinaria, nu. 104.
- 106 Fiscus an in pœna hypothecam
habeat, latè discutitur. Conciliatur
opiniones, nu. 107.
Et decisio Collateralis Consilij ad-
uersa refertur, nu. 108.
- 109 Fiscus an in expensis factis, in
persequendo delinquentem criminis
lesa Maiestatis damnatum, cre-
ditoribus präferatur, si bona non
sufficiant.
- 110 Regula, qua se habet, Fiscum de
bonis ad eum peruenientis tenetis sa-
tisfacere creditoribus illius, cuius
bona ipse sibi vendicauit, decla-
ratur.
- 111 Fiscus an facultatem habeat cer-
cis modis creditoribus soluendi?
- 112 Fiscus pro rata pœna creditoribus
tenetur satisfacere.
- 113 Creditor sub conditione, an Fisco
präferatur, Conditione postea puri-
ficata ratio subtilis, num. 114.
Distinzione de potestatiua, &c alijs
conditionibus, an sit vera, n. 115.
- 116 Fiscus ex una causa creditor,
bona debitoris alia ex causa ca-
piens, sibi soluisse censem, ita ut
reliquum in confiscatione veniat.
- 117 Fiscus tenetur etiam soluere debi-
ta, ad quæ naturaliter tantum de-
linquens obligatus erat.
- 118 Fiscus non tenetur creditoribus sa-
tisfacere, si reus ad pœnam solum,
non vero ad bona restituatur.
- 119 Quarta, ex Authen. Præterea de-
betur uxori à Fisco de bonis sui
viri confiscatis.
- 120 Maritus etiam volens, non po-
test uxorem quare beneficio pru-
nare.
- 121 Fiscus tenetur soluere uxori vi-
ri, qui

- ri, qui publicationem passus est, etiam si virorum rebellerum sequatur. Et quid in dote confessata, num. 122.
- 123 Dotes Filiabus Rebellis, an constituta sint à Fisco, patris bonis publicatis? Cfr num. 124.
- 125 Fiscus an teneatur soluere legata, et fideicommissa eius; qui post testamentum crimen patravit, ac bona publicantur? Quatuor casus constituuntur, num. 126. 127.
- 128 Cfr 129.
- 130 Fiscus bona vacanta occupans, an ad relictam teneatur, latissime differunt, ubi plures constituantur casus, nu. 131. 132. Cfr 133.
- 134 Fiscus in bonis vacantibus, an ut heres succedat, late examinatur, num. 135. 136. Cfr 137. Vbi Tex. d. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. refertur. Resolutio questionis, 138.
- 139 Fiscus ex suo privilegio heredis personam assumit.
- 140 Donationes, an sint à Fisco praestanda, bonis publicatis, ubi aliqui distinguuntur casus.
- 141 Donatio inter virum, et uxorem maritali affectu facta, an morte, et publicatione bonorum secuta confirmetur, ne à Fisco sit praestanda.
- 142 Lex cum hic status, §. si maritus, ff. de donation. inter vir. et ux. Et lex res uxoris, C. cod. explicantur, et Authoris opinio refertur, nu. 143.
- 144 Fructus donationis à viro uxori facta, eo vivente percepit, etiam à Fisco præstantur.
- 145 Feudum, si ob lineam finitam, vel culpa feudatarij ad Dominū perveniat, absq; onere reddit ex ipsa contractus resolutione, quod latè differit. Et quid in fructibus, num. 151.
- 146 Feudi onera transiunt in Dominum.
- 147 Dominus directus tenetur, etiam respectu onerum impositorum per feudatarium cum assensu.
- 148 Dominus directus tenetur de fructibus feudi, qui ad defunctū spectabunt pro rata creditoribus satisfacere, siue in reali, siue in personali actione, etiam si ex causa lucrativa veniant.
- 149 Tex. in c. i. §. his consequenter, in it. hic finitur lex, quando locū habeat. Et an habeat locum in fructibus industrialibus tantū, vel et quoad fructus naturales, n. 150.
- 150 Meliorationes per feudi possessore factae, eo ad Dominum ob culpā devolutio, creditoribus tantum, non autem Domino referuntur.
- 151 Creditores, quando possint impedi re Fiscū, quo minus bona capiat, et sibi incorporet.
- 152 Cap. Reg. Dudum, alias presumtivose, refertur.
- 153 Possessio sola non sufficit ad impedendum sequestrum inducit ex Cap. Regni Dudum in beneficium Fisci, nisi cum possessione ad sit Tius, vel Regius assensus.
- 154 Fiscus bona sibi delata, alecri concedēs, liberatur ab onerū solutione.
- 155 Fiscus, inuentario non confecto, bo-

- nis deficientibus ultra vires hereditatis non tenetur. Et quid in Principe bona alicuius cui priuato capiente, 158.
- 159 Repudatio Fisco concedatur, bonis semel agnitis, & incorporatis, etiam si creditoribus soluere ceperit.
- 160 Vsuræ non debent à Fisco soluti, cù bona alicuius capit.
- 161 Fiscus tenetur creditoribus satisfacere, bonis delinquentis publicatis in rebus, que in eius ditione existunt, Quod latè examinatur num. 162. 163. & 164.
- 165 Creditores à Fisco citati per proclamata, si intra terminum statutum non comparuerunt, amplius non audiuntur, Quod quomodo procedat, num. 166.
- 167 Edicta generalia respectu compariotionis creditorum, non nocent his, qui extra Provinciam sunt. Et competit restitutio in integrum.
- 168 Edicti verba sunt inspicienda, ad hoc, ut si, vel nè præjudicari possit creditoribus per proclamata ad Fisci instantiam vocatis, ipsis non comparentibus.
- 169 Debitor à Principe restituens, non potest molestari, actione sublata.
- 170 Edicti forma à Scribebus tradita, quando agitur de bonorum vacantium incorporatione.
- 171 Creditor defuncti potest suo arbitrio defuncti possessorem contineire, etiam Fisco non excusso.

A T I S obscura esset Constitutio ista, nisi ab alijs locis lumen acciperet, & præsertim ab ipsa huius Tituli inscriptione, quæ paucis verbis mentem ipsius aperit, & totam in breue compendium redigit in hunc modum: *Poenis Fiscalibus Creditores Prafferri*. Quod antea pari breuitate feliciter expresserat Modest. in l. in summa, ff. de Iur. Fisc. cuius verba sunt haec: *In summa sciendum est, omnium Fiscalium poenarum petitionem creditoribus postponi*.

2. Dux autem ex hac nostra lege regulae à Scribebus deducuntur. Prima, creditores omnes esse potiores Fisco agentes ad cōsecutionem poenæ, & exemplū ab Accurs. & alijs ponitur ex ijs, quæ habentur in l. 1. supra, de his, qui ex publicationib. mut. pecun. accip. quibus ea Constitutione quadruplici poena imponitur, in quo quadruplo, cùm in sicut simplus pecunia Fiscalis, si Fiscus cum alijs huius condemnati creditoribus concurret, pro simple, quod est ipsa Fiscalis pecunia, coeteris omnibus præferetur, pro triplo, idest, pro poena creditors Fiscum superabunt. Simile etiam exemplum deducitur ex l. qui contractibus, supra, de iur. Fisc. Vbi interius Fiscalium iurium, quadrupli etiam poena mulctatur, ac eadem for-

ma

ma prælationis eit feruanda ; idq; erit perpetuum in omni bus illis casibus , in quibus , vel iura communia, vel municipalia tripli, quadrupli , vel nonupli, vt in hoc Regno, aliquando poenam imponunt . Altera , 4 quæ traditur regula est , quod quando Fiscus alicuius bona, iure dominico , ac suprema authoritate Regia occupat, omnibus creditoribus illius satisfacere tenetur, & reliquum, si quod superest, suis commodis cedere debet, l. 2. supra, solu. matr. l. si marito, in princ. ff. eod. tit. l. 2. supra, ad l. Iul. de vi publ. l. 1. §. an bona, l. non possunt, ff. de iur. Fisc. cum simil. De vtraq; autem separatim (quia distincta, ac diuersam vnaquæq; ex eis materiam continet) per tractandum esse opereprætium duximus .

Et insistendo in prima, omit tam transcribere ea, quæ passim à Doctoribus tradita sunt de differentijs inter poenas , ac multas . Satis enim erit indicare tresdecim enumeratas fuisse curiosè, ac eleganter à Rebuff. in commentario ad l. si qua pæna, & ad l. aliud est fraus, §. inter multam , ff. de verb. signific. Non tamen 6 ab re fore arbitror. inspicere , quæ nām sint istæ poenæ Fiscales . Et quidem Fiscales poenæ dicentur illæ , quæ Fisco sive ex conuentione , sive ex legali dispositione , sive ex facto iudicis debentur ; sic enim illas in tres

species distinguit Molin. in tractat. de iustit. & iur. tract. 2. disput. 317. in princ. Omnes autem pœnæ pecuniariæ, sunt Fisci, l. multarum, supra, de mo. multarum. sunt enim de regalibus, cap. 1. in ver. multarum, quæ sint regal. Ideo 7 quæ si non sit dictum, cui poena applicari debeat , Filco debebitur, ita Gloss. in l. iubemus nulli, §. his quoq; Iudicibus, supra, de sacrof. Eccl. Bart. in l. agraria lege, quam fecit Cæsar, de term. moto , latè Salyc. in d.l. multarum. Roman. in l. legis Cornelie, num. 2. ad Syllan. Abbas, Fælyn. & optimè Ripa in rub. de iudic. Aret. las. & alij, in §. fin. inst. de act. DD. in l. si quis id, quad, ff. de iurisdict. omn. Iudic. Afflict. in Constitut. Regni Violentijs, quest. 3. nu. 6. cum alijs cumulatis per Antoni. Gabriel. lib. 7. commun. conclus. in tit. de malefic. quibus addendi sunt Marant. de ordi. Iudic. par. 4. num. 3 2. & Aules in cap. Prætor. cap. 2. in verbo Camera.

Hæc autem generalis proposicio non est palliū, & indistinctè recipienda ; nām aliquibus in casibus restringitur . Et primus erit , quando Lex imponit poenam pro aliquo factu, & pro eodem facto parti tribuit actionem; quia tunc non Fisco , sed parti poena quæretur , secundum distinctionem traditam à Bart. in d.l. agraria lege, quæ communiter à Scribentibus est recepta; 9 idem (& erit hic Secundus causus) dicendum erit in poena

conuentionali, quæ in dubio parti debetbitur, ex traditis per eundem Bartol. in l. si quis maior, supra, de transact. cum alijs, quos, (nè transcribam) recenset Farinac, de cvarijs, & diuirs. crim. questio, 107. par. 1. art. 8. num. 25.

10 Qui tamen aduertit, hoc non seruari in ditione Summi Pontificis, in qua omnes poenæ conuentionales sunt Fisci; quod etiam refert Baiardus ad Iulium Clar. in Addit. ad Caput 8o, nu. 6.

11 Tertio loco limitatur regula, supra tradita, quādo poena imposta est per verba multiplicatiua, veluti dupli, tripli, vel quadrupli; tunc enim si simplum, parti debetur, eidem, & non Fisco illud duplum, vel triplum, poenæ nomine appositum debetbitur; quia uti accessoriū regulabitur à simpto tanquam principali; ita docuerunt Ripa, Aret. & Felyn. in rub. de iudicijs, Anania in cap. Statuimus, de maledic. Aretin. in § fin. instit. de actio.

12 Quarto restringitur prædicta regula in poenis appositis in recompensam damni, quod aliquis passus fuit; tunc enim non ad Fiscum, sed ad eum, qui dānum passus est in dubio pertinebunt, ut voluerunt Scribentes in l. penult. ff. de in ius voc. per il-

lum Tex. ac etiam per Tex. in l. post legatum, §. amittere, ff. de his quib. ut indign. Quibus iuribus licet aduertari videatur Tex. in l. Papinianus, §. meminisse, ff. de

inofficioſ. testament. Recte tamen conciliari videntur ex notanda distinctione, quam tradidit Dyn. cui subscriptis Bild. in l. proximè, ff. de his, que in testam. delen. & Alexand. in Addit. ad Bar. in d. §. meminisse, vbi etiam Castrenſ. & Fulgos. Nām quando aliquid auferitur non in poenā delicti, sed ob alicuius fauorem, tunc hoc totum cedet commendo partis, cuius contemplatione fuit poena apposita, & ita procedet Tex. in §. amittere, vbi legatum, quod auferitur ei, qui tutelam secundum Testatoris voluntatem suscipere reculauit, hæredi applicatur; quia non recipere tutelam, non est delictū, & legatum illud, hæredis contemplatione factum censetur, ut ad suscipiendum administrationis onus Legatarius fieret propensior; unde ipsius hæredis emolumento cedet. Quando autem auferitur aliquid ob delictum, tunc poena erit Fisci, & hic est calus in d. §. meminisse, vbi legatum auferitur ab eo, qui nullum testamentū dixerat ob vitiū, ac delictū ingratitudinis; & sic nō alicuius fauor, sed odiū tantum legatarij inspicitur. Et ex his explicata remanet quæstio illa, quando Fisco, & quando parti poena (si nihil sit dictū) debetur.

Ex quibus elicetur vera resolutio elegatis dubitationis propositæ à Bertazz. conf. suo 435. &

à Cy-

à Cephal. cōf. 5 i 3. cui subscripti ple-
runt *Valla*, *Decianus*, & *Menoch.*
quæ talis est. Cauetur municipali lege Mantuanæ Ciuitatis
vñrarum. (contractu irrito, ac
annullato) puniendum esse pœna
restitutionis vñrarum in
beneficium eius, qui vñras sol-
uit, additq; lex huiusmodi ver-
ba: *& oltre sotto pena di perder la
forte, & altre tanto, quanto impor-
ca la forte, & la vñra insieme da
applicarsi all' Accusatore, & à luoghi
pij.* Dubitatum fuit, an parti,
ultra restitutionem vñrarum,
sors etiam principalis esset red-
denda, duplum verò vñrarum,
& sortis Accusatori, ac locis
pijs, quæ Fisci personam repre-
sentant deberetur? an verò sola
vñrarum restitutio, sors verò
principalis, ac reliquum omne
delatori, ac Religiosis locis con-
cederetur? & *Berizzol.* & alij,
quos supra recensuimus, volue-
runt, forte, ac vñras parti, du-
plum cœteris applicari. Hæc
autem opinio minimè placuit
*Peregrino in opere de iur. Fisco lib. 4.
tit. 8. num. 9. vers. limita secundo;*
Cuius sententia mihi magis pro-
batur; suadent hoc primo loco
verba ipsa legis, dum posita pœna
restitutionis vñrarū facien-
da parti; subdit: *& oltre;* nám
illa verba: *& oltre;* coniungunt
varia, & diuersa per iura vulga-
ria. Præterea opinio illorum
Consulentium aduersatur ijs, quæ
diximus superius, dum firma-

uimus, pœnam ex delicto debi-
tam, semper in dubio Fisco cen-
seri quælitam. Et licet alias apud
antiquiores *Scribentes* dubitatū
fuerit, an actento iure cuius vñ-
ras recipere, esset delictum,
hoc tamen hodie extra contro-
uersiam videtur, quia receptum
est, non solum iure Pontificio,
sed etiam Cœsareo, hoc esse in-
terdictum, ut firmarunt *Jacob.*
Burrig. in l. improbum foenus, supr.a,
ex quibus caus. infam. irrog. lo. And.
Archid. Domin. & alij in cap. 1. de
vñr. li. 6. *Signorol.* cons. 2 9. *Corn.*
cons. 1 9. vol. 3. cum quampluri-
mis alijs cumulatis à *Didaco* lib.
3. variar. resol. cap. 1. num. 5. & 6.
& per *Osast.* dec. *Pedem.* 1 3 7. nu.
8. & seqq. & per *Menoch.* de ar-
bitr. *Jud. casu* 3 9 6. Et ideo dicitur
esse crimē mixti fori, ut latè fir-
mat *Decian.* lib. 4. cap. 27. num. 3.
cum seq. Vndè sequitur, quod in
casu proposito restitutio vñra-
rum parti, tanquam suæ rei sie-
ri debeat, reliquum verò, tan-
quam pœna ex delicto descen-
dens, à Fisco vendicabitur, ac
sufficiet parti non esse in dam-
no; & proindè non videtur esse
tutam consultationem illam,
(quamvis grauissimorū Autho-
rum) tanquam veris legū prin-
cipijs contradicentem, ac repu-
gnantem:

Denique, ut materiam hanc
totam pœnarum Fiscalium ab-
soluamus, adnotare libet, pœnas,
quæ vel à lege municipali, vel à

Principe Iudici applicantur (vt in multis casibus scimus esse diversis in locis, ac Prouincijs constitutum) esse verè poenas Fiscales; quia eo calu Fisci locum. Iudex subingreditur, vt eleganter aduertit *Aued. in tract. de exequend. mand. cap. 4. post num. 22.* Sed non est prætereundum, rectæ Reipublicæ administratio ni minimè conuenire huiusmodi poenas in totum, vel in partem iusdicenti applicari, nè ob lucri cupiditatem à recto iudicandi cursu deflectat. Vnde *17 sanctissimè Hyspanica lege cauetur, non licere Principi donare Iudici poenas perueniendas ex Iudicijs, quæ coram illo erunt terminanda, vt habetur in l. 14. iii. 1 o. lib. 5. nouæ recopilat. & adnotauit Redin. de maiestate Principis, in verbo Maiestatem, num. 199.* qua etiam ratione, cùm in hoc Regno Neapolitano fuisse or dinatū, salaryum Iudicum Provincialium, quos Auditores appellamus, de pœnis istis Fiscalibus esse soluendum, consulimus Suæ Maiestati, id esse abrogandum, prout abrogatum fuit pro recto iustitiae cultu, & iuslum, vt ex Aerario solueretur.

Circa quod non puto omittenda duo, quæ eleganter Claperius ad hanc materiam tradidit *causa 11. q. 2. quorum primum est illud, quod si Iudici 19 est salariū ex prouentibus soluendum, & uno anno non fiant*

tot, quod sufficiant, supplendū erit ex ijs, quæ fient anno sequenti. Secundum est, quod si nullo pacto sufficiunt prouentus, etiam cum aliorum annorum refectione, non erit solutio facienda ex alia pecunia Fiscali, cuius tamen vltimi dicti contrarium, & melius tenuit *Capyc. in sua inuestit. in verb. feudum, de camera, & Intrigl. de feud. centur. 1. q. 9. num. 1 24. per ea, quæ docuit Isern. in cap. Imperialem, §. illud, in fine, de prohib. feud. alienat. per Federic.*

Vterius autem progrediēdo, *21 pœnæ etiam Fiscales dicentur illæ, quas Barones ex Principis concessionē à suis vassallis percipiunt, Isern. in cap. 1. §. heredes, nu. 1. & §. quicunq; in vers. hereditatem, nu. 1 2. de pace tenend. ubi Aluarot. Afflct. coeteriq; feudorum Interpretes notant, idemq; Isern. in Const. Regni. Post mortem, col. 1. Jacobin. in sua inuestit. in ver. Marchio, col. 3. Deci. cons. 4. col. 2. Capyc. decis. 18 s. post principium, & in sua inuestit. in vers. cùm multarum, pœnarumq; compendijs, ubi inquit, facultatem exigēdi pœnas, Baronib; non censerit concessam; nisi fuerit expressè dictum, quod non est incautè accipiendum; nàm eo ipso, quod iuridictio est concessa, veniunt in consequentiam ipsæ pœnæ, vt inquit Isern. in d. §. quicunq; in vers. hereditatem, & declarat Frecc. lib. 2. de subfeud. in 13. auth.*

quia

quia fructus iurisdictionis sunt, ut post Bart. notant omnes Scribentes, in l. diuortio, §. si fundum, & in l. fin. ff. solut. matrim. alijq; citati à Guelph. de Benedict. ad cap. Raynatus, in vers. cetera bona, nu. 36. à Palat. Rub. in repet. rubrica, de donat. inter vir. & uxor. §. 6 2. n. 11. à Tiraq. de retract. conuent. §. 5. glo. 4. num. 18. & à Molin. de primog. Hispan. lib. 1. cap. 25. num. 21. Et ideo per quæcunq; verba concedatur iurisdiction, per eadem quoq; pœnarum exactio permittitur; veluti si Princeps concedat alicui Castrum cum iustitijs, Bertran. conf. 27 6. las. conf. 4 s. vol. 1. ad quod omnino vendendus est Bald. in l. fin. in 1. lectura, vers. item noto, ff. de Constitut. Princip. Et pœna istæ, si plures sint iurisdictionis Condomini, prò rata inter eos diuidentur; ad instar aliorum fructuum, Bald. in l. si seruus communis, ff. de stipul. seruor. Iacobi. de Roid. col. 4. vers. c. cludite.

Debetur etiam Baroni pœna illæ pecuniariæ, quæ per noua edicia imponuntur, etiam si de novo fiat delictum id, quod antea non erat; ut eleganter opinatus est Bossi. in tit. de pœn. nu. 25. & Amod. de Pone, in sua lucer. laudemiorum, quest. 24. D. Presid. de Franch. decis. 434. & Thessaur. decisio. 132. vbi in Additionibus Thessaur. filius eruditū impressit consilium à se in hac quæstione editum, secundum quod iudi-

catum fuisse retent, explosa sententia lo. Petri Surdi, qui in consil. 125. lib. 2. contrarium fuit amplexus, cui plures subscripserunt. Sed acte numero Scribentium, ac auctoritate illorum pensata, verior, & frequentior videtur opinio Bossi. quæ hoc in Regno viu recepta est. Ea tamen duplarem (nisi fallor) restrictionem patitur. Prima erit, si Princeps, quando prohibet aliquid, quod antea delictum non erat, expresse sibi, & non alijs eius cognitionem reseruat; quia tunc Barro non cognoscet de eiusmodi criminis, nec pœnas exiget, quævis amplissimis verbis sibi iurisdictionis concessio facta fuerit; potuit enim Rex legem dicere in re ex eius arbitrio pendente, quam voluit, vulgata l. in re mandata, supra, mandati, & hoc in specie firmauit Panciroli. in consil. 60 s. num. 1 x. inter consil. Menoch. Et hic casus extra omnem difficultatem mihi videatur.

Illud tamen quæstionis est, 24 an Princeps sibi cognitionem, ac perceptionem pœnarum reseruisse videatur, si quādo prohibitionem fecit, dixit: Sub pœna ducatorum mille (exempli causa) Fisco nostro, vel Fisco Regio applicanda; nam in specie consultus Marcus Antonius Nata consil. 34. num. 9. lib. 2. & rursus consil. 346. num. 9. Respondit Baronis Fisco poenam deberi,

quia

quia subrogatur loco Fisci Regij, ut etiam voluit Roland. cons.
2 r. num. 23. vol. 4. @ Amodaeus de Pote in præc. quest. 24. col. 5. in fi.

Contrarium autem voluit Foller. in comment. ad Pragmaticas humanas Regni, in tit. de Administr. Univers. num. 7. Mihi Nactæ sententia magis placet, & Follerius insuis ultimis verbis videtur se restringere, quando Baro fuit negligens, adducens ad id auctoritatem Felyn. in cap. Pastoralis, num. 6. de off. ordin. Quod non solum in proposita specie, sed in omni casu est verum; nam data negligentia Baronis, Princeps, & causam sibi auocat, & poenas exigit, ut eleganter scriptū reliquerunt Aules in cap. Praetorū, cap. 18. num. 2. lib. 1. c. Azeued. ad l. primam, tit. 1. lib. 4. noua recopil. nu. 33. @ Bouadill. in sua politica lib. 2. cap. 16. num. 112. in fin. & recte Thess. decif. 250. vers. Quarto facit. Secunda erit restrictio opinonis Bassij, ac aliorum supra relatae, quando ex Principis concessione Baro minimè capax esset cognitionis illius criminis, quod noua Constitutione prohibetur; tunc enim iurisdictionis cognitio, ac ipsius poenæ exactio ad Principem pertinebit; exemplum erit, quando Rex, ac Dominus supremus, alicuius rei extractiō nem à sua Provincia prohibet, sub poena; vel tempore caritatis, ac sterilitatis, frumenta certo pretio vendi iubet, certa con-

stituta poena, tunc, cum huiusmodi prohibitiones fiant supremi Imperij vi, ac potestate, quæ à Principis persona nullo pacto potest separari, nec in alterum quibuscumq; verbis, ac clausulis, etiam amplissimis transferri, Barones de his, qui in hanc legē committunt, nec cognoscunt, nec mulctas exigent, quia eorum persona summi Imperij capax non est; ita pulchre consuluit Etuditus Presidēs Menoch. in suo cons. 604. & post eum Panciro. subscribens in seq. cons. qui ait ita censuisse Senatum Mediolanensem, & refert ita seruari in hoc Regno Neapolitano, quod verum est; nam nunquam hoc casu delinquentium remissio ad Barones fuit facta, & ipsemet Amodaeus de Ponte, qui Bassij sententiam fuit secutus, fatetur in hoc casu, Principem cognoscere debere, in prædictata quest. 24. Hoc idem in magis dubitabili questione voluit Regens Moles in suo accurato, & docto opusculo manuscripto, in tit. de iure tractarū, in cap. incipiēte Quando aliquis Baro: Nam Illustris Dux Amalphiæ habebat ex Regis concessione ius tractarum in tota sua ditione, ita ut si quid inde extraheretur, portorium sibi solueretur, & si quis vextigal illud fraudabat, res, quæ in commissum incidebant, ipsi Duci applicabantur. Euenit, quod Princeps ex causa iussit à Regno, vi-

num,

num, vel frumentum non esse extrahendum, nè suis subditis deficeret, ex regula Tex. in l. Preses, supra, de seruit. & aqua, cum alijs, quæ Affl. posuit in decis. sua 190. num. 9. Si quis contra hanc 27 Principis iussionem aliquid extraxerit, poenam non Duci, sed Regi deberi affirmavit, atq; ita refert iudicasse Regiam Cartarā ex rationibus per ipsum adductis; nām cū Princeps prohibitionem illam fecerit ob bonum publicum, cuius procuratio ad ipsum, non ad alium spectat. quia ius illud supremi dominij respicit, nō erat Dux capax huiusmodi summæ iurisdictionis, quæ illi per quæcumq; verba, etiam amplissima, nec concessa censebatur, nec concedi poterat. Ex quibus remanet absoluta questio proposita, quādo possit Baro cognoscere, ac poenas percipere ex delicto nouiter factō, quod antea delictū non erat.

Nunc videndum est, quid iuris erit, si Iudex Baronis mulctet vassallum, ac pœnam aliquam pecuniariam illi imponat, isq; ad Principem, vel Regios Iudices prouocet, ac Iudex appellationis sententiam confirmet, cui nām applicabitur poena hæc? Baroni. qui primam tuli sententiam, vel Fisco Regio, postquam à Regijs Iudicibus fuit confirmata? Et magis est, ut Baroni debeatur; nām

licet latius controuersum sit, an Iudex, à quo appellatum fuit, vel Iudex ad quem sit executor sententiæ confirmatæ, & videatur cōmuniter approbata sententia illorum, qui voluerunt, eā à Iudice confirmante esse executioni demandandam, pro ut voluit Bart. in l. à Duo Pio, de re iud. vbi e Alexand. in Additionibus testatur hanc esse communem, Bald. in Auhen. Si quis litigium, supra, de Epis. audi. lateq; prolequitur Falyn. in c. Pastoralis, §. preterea, col. 1. de offic. deleg. & Gutierrez pract. quest. q. 97. per totam, & Dom. Praesid. de Franch. dec. 335. & in hoc Regno videotur hoc minimè controuerti posse per Ritum Magnæ Curiae Vicariae, qui est 262. secundum numerationem Caravite. Quo cauetur, sententiam fore exequendam semper per Iudicem ad quem, siue reuocetur, siue reformetur in totum, siue in partem: attamen in casu proposito, nec recitatæ Scribenium authoritates, nec Ritus ipse Magnæ Curiae locū habere possunt, siquidem illi locuti sunt, quando tām Iudex à quo, quām Iudex ad quem, iurisdictionem habent concessam ab eodem in officium; sed quando tractamus de iurisdictione in proprietatem concessa, pro ut est illa, quæ Baronibus tributa est in sūos vassallos; tunc Iudex confirmans remittere debet execu-

tionem

tionem faciendam à Iudice primo; ità optimè declarat hoc, ac distinguuit Dom. Præsid. de Franchis dec. s 1 o. n. 14. cum seq. & ante eum Molin. de primogen. Hyspan. lib. 3. cap. 11. n. 24. & eleganter Thessaur. in insigni decis. 266. nu. 7. & Ludou. Molin. in tomo tertio, de iust. & iur. tract. 2. disput. 635. in fin. Est enim magna differentia inter has species iurisdictionis, per ea, quæ cumulat idem Præsid. decis. sua 370. & ipse Dominus de Franch. in præci. dec. 335. locutus est, quando vterq; Iudex erat eiusdem Tribunalis, & à Principe in officium iurisdictionem habebat. Insuper etiam est aduertendum, illam non esse decisionem Sacri Consilij, sed ipsius Præsidis tantū, cuius tamen authoritas apud Me non minor est, quam totius Senatus. Nec in hoc Regno negotium faciet Ritus Magnæ Curiae, quia vsu non receptus est, ut ibi optimè aduertit Carauta, & rationem notandam assignat Dom. de Franch. in d. dec. s 1 o. nu. 14. Ritum prædictum minimè

31 loqui potuisse de Baronibus, qui regnante Regina Ioanna II. quo tempore Ritus ille fuit conditus, non habebant cognitionem causarum criminalium, quæ eis à Rege Alfonso I. per concessionem meri, ac mixti Imperij fuit communicata. Erit tamen pulcher casus, in quo, (etiam retēta hac sententia, quā

supra firmauimus) poena non primo Iudici, sed secundo, qui sententiam confirmauit debetur. Fac per legem municipia 32 palem (qualis multis in locis esse solet) poenam impositam esse temerè appellanti, si à sententia Baronis prouocetur, ac ipsam Iudex Regius approbet; multa Fisco Regio est soluenda, quia non debetur ex sententia, sed ex ipsa appellatione; ità notanter tenuit Senat. Pedemont. in decis. Thesauri, 250.

Est autem supponendum, 33 quod licet Barones loco Fisci (vt supra dictum est) subrogentur, non tamen habebunt in multarum exactione ea priuilegia, quæ Fisco Regio competunt, quia illa debentur ratione superioris dominij non concessibilis, & sic adnotauit Auiles in cap. Prætorum, d. cap. 2. in vers. Camera, num. 5. in fin. & Bouadill. in sua Polst. lib. 5. cap. 6. num. 30. & antè eum Auendan. de exequend. mand. cap. 7. par. 1. nu. 19. ex traditis per Petrum Iacobum in sua Praxi, in tit. de condic. ex lege, col. 3. & per Guid. Pap. dec. 76. incipiēte Si in Terra alicuius bannareti. Unde vana fuit dubitatio Capyc. in sua inuest. in præcit. versic. Multarumq; compendijs. Si Exacto-

34 res poenarum Baronaliū fraudantes tenerentur eadem poena, qua cæteri Fiscalium pecuniariū Colletores; nām ex prædictis appetet, non esse æquali-

ter

35 ter p̄ficiendos. Cauendum tamen est à Cassaneo ad Consuetudines Burgund. in tit. de confis. bonorum, rub. 2. in princ. col. 3. Dū voluit, Fiscum habentem aliquam bona, vel ex confisicatione, vel ex successione, quoad illa uti iure priuati, ac Receptores poenarū prouenientium ex illis bonis non habere illa priuilegia, quæ habent coeteri Perceptores Regij, motus auctoritate Joannis Saxonis, quod verum non puto, nām si loquitur de bonis priuatis ipius Principis, illis omnia priuilegia Filii communicata esse firmavimus in Comment. ad legem vniuersitatis, supra de vendit. bonor. Fisc. cum prim. Si verò tractamus, prout ipse tractat, de bonis obuentis, vel ex confisicatione, vel uti vacantia, nescio quomodo ab alijs bonis Fiscaleibus ipsa separare valeat, cùm illa capiat iure Regali, ac ratione supremi dominij, cap. 1. vers. & bona, in tit. que sint regalia, ideoq; omnia Filii priuilegia nanciscuntur.

Venio nunc ad elegantem
36 quæstionem in hac poenarum materia, quam tamen non satis accuratè tractatā inuenio. Duo sunt vnius Castri Domini, alter iurisdictionis Criminalis, alter Ciuilis (prout sunt in hoc Regno Neapolitano quamplures) si prò causa criminali imponatur poena pecuniaria, ad quem spectabit? ad Dominum ciuilis,

vel criminalis? Et quidem Frecc. lib. 2. de feud. in 13. anchor. excitat hanc quæstionem, & pluribus hinc indè delibatis, dicit, eam fuisse determinatam à Serenissimo Rege Catholico in anno 1516. in causa Illustris. Duci Sancti Petri in Galatina, cum Monachis Cœnobij Sanctæ Catherinæ Ordinis Oliue-tani illius Terræ, quam sententiam, nec Ego inueni, nec alium vidi, qui de ea mentionem faceret. Sed tamen reperio sententiam inter partes predictas latram fuisse, declarando, quæ causæ ad Ciuilem, & quæ ad Criminalem iurisdictionem spectaret, quæ declaratio cùm processerit per viam legis condendæ, relata est inter Pragmaticas huius Regni sub Tit. de iurisdictionibus non turbatis, sub die 15. Decembris 1515. in qua nihil omnino dictum fuit de proposita quæstione; vndè arbitror, Frecciam deceptum fuisse, idq; rātò magis mihi suadetur, quod nec ipse posuerit, quid fuerit decisus, nec Capicium, qui ex professō tractauit difficultatem illam, de ea determinatione mentionem fecerit. Et credendum est, illum, qui paulò post scripsit, non fuisse oblitum tam solemnis declarationis, quæ si extitisset, illa disputatione opus non fuisset, nec in ea frustra laborasset. Capicium ergò in sua dec. 27.
37 num. 12. post multa, quæ pro

vtraq;

vtraq; parte titubando adducit, dicit tandem conelusum fuisse; quod si poena de corporali in pecuniariam commutata fuerit voluntariè à Domino iurisdictionis Criminalis (quod in hoc Regno licet Baronibus ex forma suorum priuilegiorum, ut notatur in Cap. Regni, incipiente Ad peruersorum, quod est 222.) ad eundem commodum pecuniarium spectabit; sin autem commutatio predicta fiat ex necessitate, veluti quando ob multitudinem delinqüentium, vel aetatem, aut sexum iura municipalia poenam pecuniariam loco corporalis substituerunt, eo casu, cum principaliter subrogatio non fiat ab homine, sed à lege, spectabit ad Dominum iurisdictionis Civilis. Quæquidem distinctio est satis notanda, & in Regno recepta videtur, cum illam sequatur Campagn. in comment. ad Pragmaticam prædictam, de iurisdictione non turban. quā interpretatur post Capitulū Regni, quod incipit, et delatas. Idēq; in cap. ad peruersorum, sub Rubr. de composit. & commutat. panar. n. 22. & Carauit. Ritu. 222. num. 8.

38 Verum quoad ultimum hoc membrum distinctionis à Capycio traditæ, Ego subsisterem, & forsan in contrariam sententiam inclinarem, ac indistinctè, poenam hanc pecuniariam. Domino Criminalis iurisdictionis deberi existimarem, ex infra-

39 scriptis. Primo, quia poena hæc pecuniaria subrogatur in locū corporalis, vndē naturā assumit eius, in cuius locū substituitur, & solet, ff. de iurisdict. omn. Iudic. Nec video differentiam (quācumad hoc attinet) inter subrogationem necessariam factā à lege, & voluntariam factam ab homine. Secundo, quia incoveniens esse videtur, ut unus Iudex, scilicet causarum criminalium, sententiam proferat, alter poenitus diuersus causarum civilium mulctam capiat, vt perbellè considerauit Hostiens. in cap. 2. de maledic. Faciunt ea, quæ adducit Claper. in decis. suis causa 1. l. quæst. 1. Et si poenæ sunt fructus ipsius iurisdictionis (ut supra firmatum est) absurdum esset, ut Dominus varius iurisdictionis colligat fructus alterius. Terrio, in concernentibus iurisdictionem initium inspicitur, l. cum quadam puerilla, §. quoties, ff. de iurisdict. omn. Ind. Et in calu emolumenterum iurisdictionalium à primordio tertiū posterior formatur eventus, Alberi. in Rub. 1. de ruf. col. 2. vers. Item tale ius, & ita arguit Thessaur. in decis. 2. 5 a. nu. 3. Ex quibus videatur in dubium posse hanc Capycij traditionem reuocari, & verè ipse non omnipotens firmat; Vndē cum casus acciderit, amplius cogitandum ceseo. Est autem adiectum, quæstionem hanc in hoc Regno tam

tum esse dubiam , cùm iurisdi-
ctio criminalis ex declaratione,
(quam supra retulimus) facta à
40 Serenissimo Rege Ferdinando
Catholico, ad tres casus tantum
sit restricta , mortis scilicet na-
turalis, vel ciuilis, vel mutilatio-
nis membrorum . De iure verò
41 communi ad criminalem iu-
risdictionem spectabunt omnes
causæ, non solum, ex quibus im-
ponenda poena corporalis ve-
nit, sed etiam illæ, ex quibus pœ-
na pecuniaria debetur, quando
descendit ex delicto, & Fisco ap-
plicatur, secundum opinionem
magis receptam per Scribentes
in Iæpiùs citatal. *Agraria lege, ff.*
de termino moto, & in Rubr. extra
de iudicijs, alijsq; in locis, quos cu-
mulat Io. Anton.de Nigr. in com-
mentario dictæ prag. de iurisdict.
non turb. Deniq; notandum est,
42 non solum mulætas , ac poenas
pecuniarias, sed etiam confisca-
tionem omnium bonorum spe-
ctare ad Barones . In quo arti-
43 culo, quia aliqui variarunt , re-
solvendo difficultatem per ve-
ras, ac magis communes conclu-
siones, dico, quod imponere de
44 nouo pœnam publicationis bo-
norum in casibus, in quibus nō
est imposta , ad solos Principes
supremos, superiorem non re-
cognoscentes pertinet ; & ita
procedit illa prohibitio, de qua
in toto titulo, supra , nè sine ins-
tu Principis . Et Barones ex qua-
cunq; forma, etiam amplissima

priuilegioru n, huius turis, quia
est de maioribus regalibus affi-
xis ossibus Regis de Corona (vt
aliás diximus) sunt incapaces, &
hoc à nemine video esse in du-
45 bium reuocatum . Quando ve-
rò poena prædicta confisca-
tionis est iam imposta, vel à iure
communi, vel à lege aliqua mu-
nicipali , tunc emolumentum
omne huiusmodi confiscactionis
erit Baronis habentis merum ,
& mixtum imperiū , ac cogni-
tionem illas delicti , in cuius
consequentiam venit poena
confiscactionis ; ita docuit Isern.
in cap. 1. §. heredes , de pac. tenen.
Azo Accurs. Odofred. Bal. Salyc. An-
gel. & alij, in l. 1. nè sine iussu. Oldr.
conf. 1. niam. 1 o. Afflict. in Const.
Regn. que incip. pœnam eorum , &
in d. §. heredes , vbi etiam Præpos.
Aluarot. & alij, Luc. de Penn. in l.
twica, infr. de priuil. scholar. Io. de
Plat. in l. 1. infra, de bona. twacant.
Paris in tract. de sindicis. in ver. de
excess. Baronum. 1 o. Prob. in Add.
ad Ioannem Monac. in cap. cum se-
cundum, de heret. lib. 6. Capyc. decis.
13. Boer. decis. 264. Caffan. in Con-
suetud. Burg. rubr. 2. §. 1. in. verf. a-
partenent, Guid. Pap. decis. sua 26.
& alij, quos nè transcribam. cu-
mulat Menoc. de arb. Iud. casu 93.
& illustris. Card. Tusc. in suis pra-
et. conclus. conclus. 7. 1 s.

Et ex prædictis Sacrum Nea-
politanum Consilium, maxi ma-
adhibita cognitione , iunctis Cō-
siliarijs trium Aularum iudica-

uit, Baronem cognoscere posse
 46 de crimine ysuarum in hoc
 Regno, ac publicationē bonorū
 ysuarij, quæ iure peculiari, ac
 municipali inducta est, cedere
 debere commodo ipsius Baro-
 nis, in causa inter Regium Fi-
 scum, & Comitem Montellæ,
 de qua memor fuit *Vnius in de-
 cis. sua 237.nu. 4.* & antea obser-
 uauerat *Liparul. in Additon. ad
 Iser. in d. §. hæredes, & nouissi-
 mè doctiss. Consiliarius Rouit. in
 comment pragmaticæ 1. de v'sura-
 rijs, num. 2. o.* Sunt autem prædi-
 cta restringenda ad ea criminia
 tantum, quorum cognitionem
 habet Baro, non autem in reser-
 uatis Principi, veluti est crimen
 læsæ Maiestatis, falsæ monetæ,
 ac huius generis, per ea, quæ su-
 perius alias adnotauimus.

Hæc autem, quæ de Baroni-
 47 bus diximus, extendenda sunt
 etiam ad Episcopum, respectu
 suorum subditorum; etenim,
 quamvis admodum controuer-
 sum furerit, an Episcopus dica-
 tur habere Fiscum, de quo latè
 per *Gloss. in cap. quia diuersitatem,*
de concess. præben. vbi Butr. Imol. cæ-
teriq. Scribentes, & per Abb. in c. 2.
de success. ab intest. & in cap. ius, de
pénis, per Cardin. in clem. 2. §. 1. de
hæret. per Bal. in Rub. supra, de pri-
uil. Fisc. & per eundem in Authent.
bona damnatorum, supra, de bon.
damnat. & per Angel. in Authent.
vñ nulli iud. Oldr. cons. 17. Ausfr.
in decisio. Capellæ Tholosanae 274.

Boer. dec. 263.col. 2. lo. Lup. in rubr.
de donat. inter vir. & vxor. § 39.
Cou. var. ref. c. 9. n. 11. Iul. Clar. in
§. fi q. 8 o. n. 5. Pereg. de iur. Fisc. li. 1.
ti. 2 n. 104. Car. Tu/c. in pract. cōcl.
lit. C. concl. 722. De facto tamen
 48 in confessio est, Episcopum ha-
 bere burlam Fiscalem, vti habet
 Barones; quia, vt dixit *Bald. in l.*
sue pars, supra, de dilation. Epi-
 49 scopus in eius Dioecesi in cau-
 sis ad eum spectantibus est de
 maioribus Magistratibus, & ha-
 bet merum, & mixtum Imper-
 rium, tanquam Præses; quod re-
 fert, & sequitur *Wilhelm de Perno.*
cons. s. in fin. Cancer. in quest. crimi-
nali. q. t o. n. 6. qui tamen ad hoc
 nihil allegat; faciunt ea, quæ
 tradiunt *Anchar. consil. 142. & Deci.*
cons. 49. Vnde poenas pecunia-
 rias ab ijs, qui eius iurisdictioni
 subsunt, exigere poterit, licet
 id satis parcet, ac maxima cum
 prudentia facere debeat, nè au-
 ritiæ notæ subeat, & iustitia cō-
 tenatur; quia nullā delinquens
 pertimescit culpā, quā nūmis re-
 dimere sperat; ita docet oēs *Scri-*
betes. in c. irrefragabili, §. cæterū, vbi
pleniū, quā alij Felyn. n. 5. & 9.
de off. ord. ac in c. vñ Clericorum, de
vñ. & vñ bon. Cler. cū alijs, quos re-
cēlet Couar. d. c. 9. var. ref. lib. 2. &
Clar. in d. q. 8 o. vbi videndus est
Batar. in Addit. ad qst. prædictā, Fol-
ler. in practi. canon. p. 2. c. 5. n. 14. &
p. vñ. c. 37. n. 16. Caballin. ad Cōst.
Aegidian. li. 3. ti. 13. in gl. in lit. C. Io.
Segur. in Direct. Jud. Eccl. forens. p. 2.

c. 10. nu. 3. Bernard. Diaz. in *Praxi canon. cap. 142.* Paul. Fusc. in tract. de visitat. Ecclesiast. lib. 1. cap. 32. & in singul. 25. Antoni. Scap. de iure non script. lib. 5. cap. 209. Aluar. Pelag. de planct. Eccles. cap. 20. vers. an Prelatis. Michael Timoth. de Eccles. visit. lib. 2. tract. 1 o.c. 3.
 § 1 & ideo santissimè cauit Triden-
tinum Concilium de reformat. seff.
25. cap. 5. huiusmodi pœnas ad
vitandam avaritiæ suspicionem
pijs locis, in Diœcesi existenti-
bus, esse à Prelatis applicandas,
quod alias à Coloniensi Concilio
statutum fuerat, vt refert Felyn.
in d. §. cœterum, & Couarr. in loco
paulò ante citato, Qui tamen hoc,
 § 2 & benè restringunt, quando
Prelatus esset pauper, quia tunc
huiusmodi mulctas sibi retine-
re posset. Quomodo autem fiat
hæc exactio, nè diutiùs immo-
rer, remitto me ad ea, quæ latè
de hoc scripsit Couarr. pract. qq.
cap. 10. per totum, & ante eum lo.
Lopez, in cap. per vestras, fol. 181.
num. 81. in cap. incipiente Sed est
pulchra, & Clar. in quest. 37. vbi
Baiard. in addit. & Bernard. Diaz
in sua Praxi Canonica, cap. 142.
 § 3 In duobus casibus tamen com-
modum pecuniarium ex con-
demnatione facta ab Episcopo,
vel alio Iudice Ecclesiastico,
spectabit ad Dominum Tem-
poralis iurisdictionis. Primus,
est in casu, cap. cum secundum, de
heret. in 6. iuxta tradita per Go-
mes. in tit. de crim. lœf. Maiest. n. 1.

vers. item etiam, Menoch. de arbitr.
 - Iud. lib. 2. casu 374. nu. 4. Clarus
in practi. in §. hæresis, vers. item bo-
na, cum alijs quampluribus,
quod practicatum fuit in hoc
Regno in anno 1566. Secun-
dus casus erit, ex cap. 2. de male-
dicis, secundum opinionem
Goffred. & Abbatis ibi, & in d. cap.
licet, de pœnis, quamuis hoc adeò
dubium sit, vt in hoc tres diuer-
sæ recenseantur Scribentium sen-
tentiæ, de quarum veritate di-
sputare non licet, nè nimium
ab instituto diuertamus.
 Quid autem dicendum erit
 § 4 de illis bonis, quæ pœnæ nomi-
ne auferuntur ab hærede laico
indigno instituto à Clerico te-
statore? Cui Fisco erunt addic-
enda, Ecclesiastico, an Tem-
porali? Et attenta persona testa-
toris, Abb. in cap. 2. de successione
ab intest. responderet pro Fisco
Ecclesiastico, quia habenda est
ratio personæ instituentis, nám
ipse delinquit, per ea, quæ is ad-
ducit, & Abbatii se subscripsit
Menchaca de success. creat. lib. 3. §.
26. limit. 31. num. 61. volum. 1.
contrarium docuit Bald. in L si
quis Presbyter, supra, de Episc. &
Cleric. cuius sententiam multis
firmauit Palac. in Rubr. de donat.
inter vir. & uxor. §. 39. num. 9.
vers. ista Abbatis dicta, & Conar.
in 4. decret. §. 5. cap. 8. & ante eum
Cassan. in Consuet. Burg. rub. 8. §. 5.
num. 4. Hæc autem dixisse suf-
ficiat pro cognitione, ac expli-

catione totius huius materiae
poenarum Fiscalium.

Nunc autem ad interpretationem praesentis Constitutionis accedendo, pro fundamento eorum, quae dicturi sumus, supponendum est, veram rationem, propter quam inductum est, Fiscum in poenarum prosecutio-
ne, coeteris omnibus creditori-
bus postponi, esse illam, qua-
creditores agunt de vitando dano, Fiscus de lucro querendo.
Et hanc causam assignant vna-
nimi consensu omnes Interpret-
tes, licet aliqui, inter quos Odo-
fr. hic addant etiam odium poe-
narum, sed prima est magis ef-
ficax, ne sit peioris conditionis,
qui damnum vitare intendit,
qua ille, qui lucrum capit, l. ve-
rum, §. item queritur, ff. de minor.
cum simil. non enim par ratio est
amittere debita, & lucra non
capere, l. fin. in fin. supra, de codicill.
& alibi Iureconsul. in l. Proculus,
ff. de damno infest. inquit, non es-
se parem causam lucri, & dam-
ni: vnde absens causa Reipubli-
cae restituitur contra pariter ab-
sentem ex eadem causa, si de dano
ille, hic de lucro certet, l. fina.
ff. ex quib. caus. maiores, & Ecclesia
contra Ecclesiam agentem ex
lucratiua cedula, cap. auditis in fin.
de in integr. restitut. Dari similia
possunt exempla quamplura,
quae cumulat glos. in cap. dilecti fi-
lii, in fin. de except. & Accurs. in l.
eleganter, §. qui reprobos, ff. de pignor.

aetio. & Bar. in Auth. quas actiones, supra, de sacros. Eccl. Bald. in Authen. perpetua, eod. tit. Abb. in c. in præsentia, de probat. colum f. & ibi-
dem Deci. col. 26. & idem Deci.
in l. non debet, §. irre obscura, vbi
etiam Cagnol. de regul. iur. Ale-
xand. consil. 59. in fin. libr. primo,
Ancharan. consil. 49. Couarruu.
in relect. cap. possessor, par. 2. §. 2. n. 4.
cum seq. Tiraq. de retract. p. 1. §. 35.
glos. 2. num. 7. Sfor. Odd. de restitu. in
integr. p. 1. q. 4. art. 8. & 9. & latè
Dom. Card. Tusc. in pract. conclus. in
lit. D. conclus. 14. quæ quidem
etiam procedunt si damnu, de
quo vitando agitur sit modicu;
Cæph. cōf. 104. Areti. cōf. 12. Gozad.
cons. 74. Ruinus conf. 81. n. 4. lib. 1.

His sic constitutis ex ratione
superius data domini, ac lucri,
multa notatu digna deriuantur.
Et primo, inde deducitur
non solum creditores hypothecam
habentes, sed etiam eos, qui
sunt in actione personali Fisco
agenti pro poena, & sic pro lu-
cro esse præferendos; cum utri-
que agant de damno vitando, &
sic Omnes interpretantur hanc
legem; quamuis in principio
verba illa, Rem suam persequen-
tibus, contrariū innuere videan-
tur, quæ tamen nullo pacto ad
solos Dominos, vel hypothecā
habentes referri debent; tūm
quia rationis identitas hoc sua
det, tūm etiam, quia alias hæc
lex nullam dubitandi rationem
contineret, & tandem, quia non

bene

benè quadraret ipsi *Rubrice*, quæ generaliter de omnibus creditoribus loquitur, & cùm ipsa inscriptio perfectam habet orationem, tanquam lex ad duci potest ad ipsius materiæ declarationem, ut post *Accurs.* notant *Bal.* Cæterique, in l. i. *supra*, nè liceat tert. prouo. cum simil.

Secundo, ex eisdem principijs sumitur validum, ac stringens argumentum contra insignem intellectum ad l. no puto, ff. de iure Fisc. traditum à *Cum.* in l. i. ff. foliis. matrim. num. i i. vbi voluit, responsum illud *Tureconsulti* intelligendum esse in poenalibus, in quibus in dubio sit contra Fiscum iudicandum, & exemplum sumit ex hac nostra *lege*, & etiam ex l. in summa, de iur. Fisci, & *Cumani* interpretationem securi sunt ibidem *Ias.* num. 37. *Crotus* num. i 8. *Zaf.* nu. 4 i. *Bolog.* num. i 2. *Gomes* super institut. in princ. de actio. num. i o. *Negus.* de pignor. 4. memb. par. 2. nu. i i 8. *Fælyn.* in c. *Pastoralis*, de rescript. *Bald.* *Nouell.* de dor. par. 9. priu. i. nu. 3. & ipsam communiter recepta esse dixerunt *Cagnol.* in l. i. n. 6 6. *supra*, de edend. & *Couarr.* variar. resol. lib. i. cap. i 6. nu. i. Arguitur enim contra hunc intellectum, ex ratione superius assignata, hoc modo; Si Fiscus, quando tractat de lucro, semper postponit alijs, qui certant de damno vitando, sequitur, quod si *Tex.* in l. non puto, intelligeretur,

quando Fiscus agit de pœna, & sic de lucro, non in dubio, sed semper in omni statu contra Fiscum esset iudicandum, quia semper potior est causa illius, qui damnum intendit vitare; & ita ex hoc nostro *Tex.* aduersus prædictum *Cumani* intellectum arguit *Alex. Turaminus* in repetit. ad d. l. non puto.

Tertio principaliter ex prædictis deducitur *Tex.* in l. nec *damnoſa*, *supra*, de precib. *Imperat.* offer. qui prohibet concessiones damnoſas Principi, non procedere, quando quis impetrat à Principe condonationem pœnæ pecuniariæ, quia cùm pœnā acquirere sit lucrum, non dicitur Princeps esse in damno, pœnam, hoc est lucrum, remittendo. l. *liberto octuaginta*, ff. de bon. libert. idquè in specie ex nostro *Tex.* adnotauit *Bald.* & post eum *Ias.* in d. l. nec *damnoſa*, in princip. Secus tamen si iam exacta esset mulcta, quia lucrum iam quæſitum amictere est damnum pati, vt benè aduertit *Accurs.* in l. i. §. si quis propter, ff. de itin. actuq; priu. & in l. non amplius, vbi *Bal.* *Angel.* *Insol.* cæteriq; de legat. i. *Paul.* *Castr.* & *Alex.* in l. 2. §. cum lege, ff. qui satisd. cog. Indè fit, vt cùm Nos Regentes Collateralis Consilij indulgemus pœnas pecuniarias (in totum, si modicæ sunt, sin autem maioris quantitatis, pro medietate) semper adjicimus clausulam, dummodo non

sint soluta, nec execute. Et in Indulgentia generali concessa in anno 1600. per Serenissimum Regem nostrum Philippum, ob eius felicem successionem, ac faustas nuptias cum mihi (in supremo Italiae Consilio tunc deseruienti) cura demandata fuisset illius formam conficiendi, consulto, fuerunt posita verba illa: *Dummodo pena, vel multa, vel condemnatio realiter exacta, incorporata, assignata, accepta, vel composita non sit, aut aliter Fisco nostra pro ea cautum fuerit.* & sub eisdem verbis concessus fuit, etiam nouissime hic Indulcitus in anno 1605. ob nativitatē Principis Domini nostri,

Quarto, ex praedictis colligitur, quod in remittendis pœnis, quamvis summam excedent quingentorum aureorum, non requiritur insinuatio, quia non est donare, quod suum est, sed nolle acquirere; ita bellè docuit Bald. in l. 1. supra, si Rector Provincia, & cons. 261. circa fin. lib. 1. vbi dicit, quod remissio pœnae nō est donatio, sed omisso lucri, & Bald. sequitur Alex. in l. mulier, ff. de condit, ob caus. Imol. in l. Aquilius, ff. de donat. Roman. in l. Modestinus. num. 13. de donatio. latè Tiraq. qui plura suo more, cumulat, in repetu. l. si unquam, in verbo donatione largitus, nu. 148. cum seq. in tit. de reuocand. donat.

Quinto notandum est, quod

60 licet in remittendis pœnis non requiratur insinuatio (vt prædictum est) requiretur tamen iudicis decretum, quando Vniuersitas, vel minor eas remittere vellere, ita in specie Bald. in l. Praeses, supra, de transact. n. 3. & Lanfranc. de Orian. in tract. de arb. in sectione principali 3. nu. 10. per notata in Lambitiosa, de decret. ob ord. facien. Et quidem magna est 61 differentia inter decretum, & insinuationem; adeò, vt non sine causa decretum requiratur, & non insinuatio, quæ cum inventa sit, nè homines ex clandestinis donationibus fraudentur, vt per Bar. in l. Modestinus, ff. de donatio. & in l. donationes, supra, codem tit. & in l. in hac, & in l. in donationibus ibidem, in donatione lucri adhuc non quesiti, nec incorporati nulla fraus considerari poterit, cum adhuc pœna illæ querendæ non sint cum ceteris bonis immixtæ. At decretum supplet impedimentum, ac defectum personarum, quæ ad hoc vt donare, vel remittere possint, etiam ius querendum, oportet, vt sint integræ, & habiles ad donandum.

Sexto, non est prætermittendum dum (inspectis supra firmatis) quod si quis Dominus vassallorum plures habeat creditores, etiam hypothecam habentes, poterit (creditoribus contradictoribus) pecuniarias pœnas suis vassallis remittere; ita in spe-

63 Specie consultus respondit Jacob. Mandell. Alba in cons. 451. & 452.nu.32. Illa ratione, quia debitor in quærendis, etiam creditoribus hypothecarijs præiudicare potest, ut multis exēplis per Tex. in l. qui autem, ff. de his, qui in fraud. credit. firmauit Dominus Praesidens de Franch. in dec. 101. Videnda sunt tamen ea, quæ ad hoc propositum scripsit Peregrin. de iur. Fisc.lib. s. in tit. 1. nu. 190.

64 Septimo, colligitur ex regula damni, & lucri superius constituta, quod si creditores, qui cū Fisco agente ex causa pœnali, & lucrativa concurrunt, sint etiā ex causa lucrativa, Fiscus illis nō postponetur, & in hoc omnes Scribentes conueniunt, nec habet hæc opinio contradictionem.

65 Sed illud maximè controuersum est, an si debitoris bona non sint tanta, ut sufficere possint, & Fisco, & creditoribus, concurrere debeant utrīq; ita ut vnicuiq; satisfiat per æs, & libram, an Fiscus in pari causa præferatur? Et non esse præferendum, sed æqualiter concurrere debere, tenuit Ioannes Gallus q. 130. qui refert ita fuisse in Senatu Parisiensi decisum, cuius sententiam sequitur Peregrin.de iur.Fisc.lib.4.tit.8.num. 12.eamq; fundat ea ratione, quod quando credita nascitur ex eodem fonte, eademq; causa, prælatio non datur, sed seruanda est disposi-

tio Tex. in l. reos, §. cum in Tabulis, ff. de duobus reis, & in l. 1. supra, si plures una sententia, quæ latè notat Tiraq. de retract. sangu. §. 31. gl. 1..

Contrariam verò sententiam prò Fisco amplexati sunt Authores, numero, & autoritate maiores; siquidem potiora iura Fiscalia hac in specie esse voluerunt Gulielm. de Cun. Jac. Butrig. Bald. Alex. cæteriq; in l. scriptum, ff. de pact. Negusian. de pignor.par. 2. membr. 4. nu. 111. Cuarr. var. resolut.lib. 1. cap. 16. n. 8. Bonadilla in sua Politica lib. 5. cap. 6. nu. 7. Awil. in cap. Prætor. cap. 11. in vers. auenencia, circa finem, Azeued. ad leg. 38. tit. 6. lib. 3. noua recopilationis, nu. 6. Iul. Clar. quest. crim. 78. Menach. lib. 2. præsumptio. cap. 72. nu. 10. & Io. Guttier. canon. quest. lib. 2. cap. 5. nu. 57. Verùm aduertendum est (actenta hac communi sententia) prælationē istam Fisco Principis tantum dari, non autem Exactoribus pœnarum Baronialium, qui cū, (ut prædictum est) Fisci priuilegia non habeant, eandem cum cœteris creditoribus fortunam.

66 patientur. Est etiam notandum, quod si iste creditor ex causa pœnali iudicium intentauerit prò recuperatione pecunia ad utilitatem Fisci, qui ei preferendus venit, recuperabit omnes expensas per eum factas, l. mulier, quæ in opus Salinarū, ff. qui pot. in pign. hab. Bald. in l. 1. in princ. in final. verb. ff. de iusti. & iure, Fran-

cis.

cis. Aret. in l. si qui testium, col. 3. de testib. Io. Lopez in cap. per vestras, §. 40. & Affl. in vers. & bona committentium, num. 119. in tit. quæ sint regalæ. & Pereg. in præcit. lib. 5. cap. 1. nu. 193, licet contrarium, & forsitan non malè tenuerit *Gigas* in tract. de crim. laf. Maiest. in 11. quest. vli.

Oëtauo, prædictis non incon-
67 gruè subnectitur id, quod ele-
ganter fuit per Regiam Came-
ram Superioribus annis decisū,
facta relatione in Collaterali
Consilio, in causa Regij Fisci,
cum D. Garsia de Toledo, pœnas
huiusmodi pecuniarias (quas
prouentus, vulgo, in hoc Regno
appellamus) non venire in li-
quidatione introituum, & pro-
indè facta venditione, vel con-
cessione ad certam rationem
pretio constituto (exempli cau-
sa) centum aureorum in singu-
los quatuor aureos introituum,
non esse habendam rationem
istarum pœnarum, vt retulit
Dom. Regens Moles in erudito, ac
docto suo libello, quem de iuri-
bus regalibus huius Regni conscri-
psit in tit. de iure relevij, in 10. quest.
& ita vnu postea receptum est.

Nono, erit etiam obseruandū,
68 quod in præstatione relevij,
quam nouus successor tenetur
facere Domino de medietate
fructū illius anni, quò feudatarii
decessit ex conluetudine,
de qua per *Isern.* in cap. 1. §. sed, &
res, per quos fiat inuest. & in cap. 1.

§. similiter, de Cap. Corradi, nō ha-
betur ratio de istis pœnis, prout
diximus superiùs in liquidatio-
ne introituum, ita docuit Frecc.
de subfeud. in 3. authoritat. in final.
verb. & licet Frecc. videatur lo-
qui, quando Baro soluit salariū
Potestati (quē Capitaneum Nos,
Hispani Corregidorem appellant)

69 quo casu videtur, prouentus
istos esse compensandos cum
salario prædicto, alijsq; expensis,
quas pro administratione iusti-
tiæ Baro facit de suo, veluti pro
custodia carcerum, vel salario
seruientium Curiæ ; attamen
idem esse etiam, quando Baro
70 non soluit salaryum prædictum,
nec facit illas expensas, quæ ali-
quibus in locis fiunt ab ipsis V-
niuersitatibus, voluit idem Re-
gens *Moles* in supracit. cap. 10. Re-
ferens geminas Regiæ Cameræ,
ac Collateralis Consilij decisio-
nes, idq; summa cum ratione ;
siquidem, licet (vt superiùs dixi-
mus) hæ pœnæ, ac condemna-
tiones pecuniariæ sint fructus
iurisdictionis, ac quodam mo-
do, si non in specie, attamen in
genere renasci videantur, vt sa-
tis appositè adnotauit eruditissi-
mus *Barbosa* in l. diuortio, §. si
vir, num. 41. in fin. sol. matrimon.
re tñ vera non sunt sicut coeteri
fructus, certi, ac naturales; vndè
potius prouentus, & obuentio-
nes vocantur, vt benè aduertit
Frecc. in loco superiùs adducto,
quæ verba cùm latè pateant se-

cun-

cundum ea, quæ tradit *Cassan.* in
Consuetud.Burgund. in rub. 4. §. 17.
 in verb. & facere fructus suos, nu-
 19. cum sequen. comprehendunt
 omnia quocunq; modo obue-
 nientia, non tantum veros fru-
 ctus: ideoq; *Bal.* (qui fuit diuini
 Vir ingenij, ac omnia dixit) in-
 d. l. diuorio, §. si vir, inquit, quod
 banna possunt quodammodo
 dici fructus iurisdictionis, adie-
 cta illa nota improprietatis, &
 bene propter incertitudinem;
 eius namq; finis in Iudicis po-
 testate, ac motu situs est, l. qui ex-
 plicandi, supra, de accus. cum simil.
 adductis per *Gnid. Pap.* in decis.
 131. & quæpendent ex Iudicis
 sententia casui fortuito assimili-
 lantur, vt eleganter inquit *Bald.*
 in *Lquod debetur, ff. de pecul.* Vndè
 non sunt in consideratione si-
 cut alijs fructus, qui quolibet an-
 no certè renascuntur; & ita ser-
 uatur quotidiè in huiusmodi li-
 quidationibus releviorum, quic
 quid dixerit *Affl.* in d. c. 1. §. sed,
 & res, per quos fiat inuest. nu. 26,
 in fin.

Decimò super ijsdem funda-
 71 mentis innititur aliud pulcher-
 rimum, atq; elegans axioma;
 remissa scilicet poena, quæ lu-
 crum est, non censi remissum
 damnum. Hinc concessis abo-
 72 litionibus generalibus, vt in
 anno 1571. ob insignem illam
 victoriam contra Turchas, &
 postea in anno 1600. & demū
 anno 1605. quatum beneficio

omnes poenæ pecuniariæ con-
 donatæ fuerunt, iudicauit Re-
 gia Camera Summariaæ (& be-
 nè) remissas censi poenas cō-
 missi, ac fraudati vectigalis, sed
 non ius portorij, ac dirictus, qui
 erant soluendi. Ita expressè de-
 clararunt *Seuerus*, & *Antonin.*
Casares in l. 3. supra, de vectig. &
 commiss. nàm recensendo priui-
 legium Militibus concessum.
 ne teneantur poena fraudati ve-
 ctigalis, rescribūt ingenuo Mi-
 liti, in hac verba: *Proinde depo-*
sito hoc metu, si quæ portoria debere
te apparuerit, exolute. Dispar enim
 ratio est, quia in vno de lucro,
 in altero de Fisci damno agitur,
 quem *Tex.* vti celebrem in hac
 materia extollunt ibidem *Bald.*
Salyc. & alij. Insuper, & omnes
 illi, qui accusati erant, quod fru-
 menta cariori pretio, quam à le-
 ge huius Regni lata in anno
 magnæ penuria constituto vē-
 didissent, poena soluti fuerunt,
 sed iussi, emporibus restituere
 pretium superfluè exactum, vti
 iudicatum səpiùs refert *Regens*
Annibal Moles in suo præcitatō ope-
 re, in tit. de iure Dohana, quast. 25.
 Vndecimo mihi noto, quod
 74 ea, quæ dicta sunt de poenis, in-
 telliguntur, quando poenæ non
 sunt appositæ pro damno, & lo-
 co interesse passi, veluti si Fiscus
 ageret pro damno dato in fun-
 do Fiscali; tunc enim non dice-
 tur lucrum sectari, sed rem suā
 prosequi, & cessabit huius legis

noltræ

nolstræ dispositio. Ita in specie *Bald. Alex. Ias. Cæteriq; commu-*
niter in l. rescriptum, in princ. ff. de
pact. & notat lo. de Plat. hic nu. 3.
in fin. Quod etiam respectu poe-
næ priuatis in damni emendam
debitæ procedet: & ita iudica-
tum fuisse in Parisiensi Parla-
mento refert lo. Pap. li. 24. tit. 16.
Aresto 1. Clar. quest. 78. in fin. Pe-
regr. de iur. Fisci, lib. 4. citato tit. 8. n.
13. & Guttier. canon. quest. lib. 2.
cap. 5. num. 58. Azeued ad l. 2. tit.
15. lib. o. Etiaui, nouæ recopilation. &
in l. 9. tit. 7. lib. tertij, vbi benè de-
clarat, vt si (exempli causa) fur-
tum passo condemnandus sit
fur, ex lege municipali in qua-
drium teneatur, ita vt duplū
parti, duplum Fisco tribuatur,
prò simplo præferetur pars Fi-
sco, prò duplo verò postpone-
tur.

Duodecimo ex his, quæ dixi-
7.5 mus, sequitur, quod cùm poenæ
 conuentionales non debeantur,
 nisi quatenus cum interesse co-
 currunt, vt receptum esse docuit
Afflict. in decis. 135. non sapient
 huiusmodi poenæ naturam lu-
 cri, & propterea tanquam verū
 creditum erunt extimandæ, &
 cùm de eis agitur, non procedit
 dispositio huius rescripti, quæ
 in poenis, ac lucris quærendis,
 non in interesse, ac damno vi-
 tando locum habet, vt sèpiùs in-
 culcatum est: dixi autem, poe-
 nas conuentionales non deberi,
 nisi ratione interesse, eo quod a-

76 liæ poenæ legales, etiam si non
 interfit Fisci, integrè debentur
 ob delictum, & contumaciam,
 per Tex. in l. in omnibus Magistra-
 tibus, §. iudicium, ff. si quis ius dic.
 non obtemp. quod firmauit idem
Affl. in c. 1. de duob. fratr. à Capit.
inuest. in 75. priu. Fiscal.

Tertiodecimo, ex his, quæ di-
77 ximus, deducitur, quod quam-
 uis poenâ pecuniariam, in quâ
 quis ex aliquo delicto incidit, nō
 antea soluere teneatur, quâm à
 Iudice fuerit condemnatus, &
 non secuta damnatione, licet
 etiam in animæ, ac diuini fori
 iudicio sibi retinere valeat, etiā
 si fuerit dictum, quod ipso iu-
 re, ipsoq; facto in poenam in-
 currat, iuxta tradita per *Gloss.*
 communiter approbatam in c.
Fraternitas, 12. q. 2. cum ijs, quæ
 cumulat *Couarr. in Epit. ad 4. de-*
cretal. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 10.
Iac. Sim. de Cath. inst. tit. 9. à num.
157. quam opinionem commu-
 nem apud Theologos, & Iuri-
 stas dixerunt *Molin de iustit. &*
iur. tract. 2. disput. 9's. vers. contra
sententiam, & lo. Guttier. canon. c.
quest. lib. 2. cap. 5. num. 14. Si ta-
78 men fuerit ea poena in damni
 illati recompensam constituta,
 nulla damnatione expectata, il-
 lam soluere debet, eademq; le-
 ge, qua ad alienæ rei, etiam ne-
 mine interpellante, obligatur;
 quia non est poena ex parte re-
 cipientis, licet sit ex parte dantis
 damnum, *DD. in c. commissa, de*

elect.

elect.in 6. Anch. in reg. peccatum,
nu. 10. vers. ego credo, Ucci. in c. 1.
de constit. in 1. lect. nu. 73. vers. 4.
Felyn. ibidem, n. 43. Couarr. in d. 4.
decreet. p. 2. cap. 6. §. 8. nu. 14. & Go-
mes. var. resol. tom. 3. cap. 14. nu. 3.
in fin.

Quartodecimo obseruandum
79 est, ita demum Fiscum ceteris
creditoribus postponi, si re in-
tegra concurrant; sed si Fiscus
iam sibi de poena satisficerit,
creditoribus alijs non instanti-
bus, non tenebitur postea Fiscus
superuenientibus creditoribus
id, quod exegerit, quamuis ex
poenali causa, restituere l. sed an
hic, ff. quod cum eo, l. ex facto ff. de
pecul. l. deferre, §. fin. ff. de iur. Fisci,
l. pecuniam, supra, de priuil. Fisci. se-
cundum opinionem receptam
in hoc Regno, ut per Affl. in dec.
190. per totam, & per Gram. q. 1.
Quod etiam in creditore secun-
do ex causa lucrativa procede-
re voluit Couarr. pract. question.
cap. 29. qui dicit Affl. opinionem
esse veriorem, quam etiam se-
quitur Peregr. de iure Fisci, lib. 6. iit.
6. per totum. Et hodie in hoc Re-
gno de hoc amplius non dubi-
tatur. Hæc tamen ita demum
procedunt, si Fiscus ex causa poe-
næ aliquam pecuniæ quantita-
tem recuperauerit, secus si vel
ex delicto per confiscationem,
vel tanquam bona vacantia al-
terius bona vendicauerit; quia
tunc creditoribus venientibus
semper tenebitur, vñq; ad valorē

bonorum confiscatorum, quæ
dicuntur, deducto ære alieno, vt
infra dicetur.

Decimoquinto subne^ctitur
80 predictis alia non inelegans cō-
sideratio, quod ita demum Fi-
scus agens ad poenam alijs om-
nibus creditoribus postponitur,
si tractat de poena pecunia^{ri}a,
secūs si de poena corporali, quia
tunc præferetur; & insignis in-
ter virumq; calum ratio diffe-
rentiæ constituitur; nām, quan-
do solum de lucro tractatur ad
fugiendam auaritiæ notam, hu-
ius nostræ Constitutionis, ac simi-
lium Authores Fiscum priuatis
cedere voluerunt; quando verò
de publica vindicta, ac criminū
punitione pro Reipublicæ bo-
no agitur, illum omnibus cre-
ditoribus anteposuerunt; ita ad
huius Tex. restrictionem, ac de-
clarationem eleganter docuit
Dom. Praesid. de Franch. dec. 317.
dicens, quod si creditores debi-
torē suum carceribus adstrictū
tenant, si delictum aliquod per-
petrauerit, ob quod poena ali-
qua graui veniat plectendus,
puta relegationis, aut triremiū,
instante Fisco, ad obseruandam
poenam corporalem compelli-
tur, & transmittitur, prestita per
eundem debitorem cautione,
de redeundo finito tempore cō-
demnationis ad carceres; quod
si fideiussores non habeat, præ-
stabit iuroriam cautionem,
idq; apud Nos passim est vñ re-

ceptum

ceptū . Hinc videlicet potest, quod vana, ac deridenda sit cautela illa, quam ad differendam poenam capitum, ex *Tex. in l. i. supra, de bon. proscript. tradidit Angel.* ad illum *Text.* & sequitur *Cæpolia caue. 2. num. 3.* vt scilicet conueniatur reus ad reddendam rationem alicuius administratio- nis per eum factæ; hoc enim non admitti, nisi breuis sit dilatio, & ea, quæ diximus suadent, & ipsis met *Tex. in d. l. aperte disponit, dū ibi Imperat. Antoninus.* inquit, meminisse Dominum oportebit in stare, ut id celerius fiat, ut pæna 8*1* sua reddi possit . Hoc autem celabunt in egregio calu, quem posuit *Iureconsultus in l. mulier, que in opus Salinarum, ff. de capt. Et postlim. reuers.* Vbi capta à latrunculis muliere damnata in opus Salinarum, ac redempta ab aliquo, reddit quidem in causam suam; redimenti tamen pretium ex Fisco reddendum est; patet ergo in proposita spe cie, creditorem Fisco preferri, etiam in casu imponendæ poenæ corporalis . Causa autem diuersitatis in promptu est, siquidem si iste non redimisset, Fiscus poenæ castigationem non habuisset. Unde specialem causam hic rationem in se contine- re videtur, ob quam priuatus Fisco preferatur.

Decimo sexto aduertendum,

8*2* puto ad egregium dictum *Bal. in conf. 476. incipiente testamento*

lib. 6. qui loquens ad interpretationē præsentis *Constitutionis*, illam intelligit, etiam si de credito non constet aliundè, quām ex confessione ipsius debitoris Fiscalis ex causa pœnali. Si quis enim confiteatur aliquid usurari nomine cœpisse, & pro exoneranda eius conscientia, relinquit eius debitori, quicquid ab eo usurarum nomine extorserit; si sequatur postea condemnatio rei ad poenam capitum, & ad bonorum amissionem, præferetur creditor Fisco; quia non præsumetur ille damnatus mori proximus immemor salutis æternæ, quod tamen Ego non facile admitterem, nisi aliundè de credito, sicut per efficaces, ac validas coniecturas constaret, per ea, quæ communiter traduntur in *l. si quis in grani, §. si quis moriens, ff. ad Syllania.* Quod si non ex delicto Fiscus, sed ut bona vacantia sibi applicauerit, extra omnem difficultatem erit obseruanda *Bal. sententia*; etenim nulla adesse poterit fraudis suspicio, quia is, cuius bona ad Fiscū vacantia deferuntur sim- pliciter, & non per quæsitionem colorem, aut simulationem do- nare potuisset, *l. i. supra, de donat. inter vir. & ux. ac de omnibus suis bonis, etiam per fideicom- missum disponere, l. filius famili. in fin. principij, de leg. 1. ut inferius latius dicetur.*

Decimo septimo loco, non in-

con-

83 congruè prædictis continuatur aliud non contemnendæ utilitatis, & est quod cùm Fiscus de lucro, creditores, certent de dāno, nè creditores vexentur, eisdē à Fisco satis est faciendum sumario, non ordinario iudicio, *l. si quis post hac, supra, de bon. proscripto.* qui *Tex.* licet loquatur de muliere agente ad suarum dotium restitutionem, *Bar.* tamen in *l. res qua, §. res autem. ff. de iur. Fisci,* eius dispositionē ad quoscunq; creditores extendit, & *Bar.* sententiam fecutus est *Ang.* *¶ Salyc. in d. l. si quis post hac, & Alex. in l. si marito, ff. solut. matri.* *Cassan. in Consuet. Burgun. fol. mihi 138. Roman.* verò in *l. 1. §. 1. de verbor. obligat.* impugnat hanc *Bart.* opinionem, illamq; in solo casu restitutionis dotium, nō autem generaliter admittit; mo uetur autem, satis coloratis, ac apparentibus rationibus. Inquit etiam, verba *Tex. in d. l. si quis post hac,* non probare *Bar.* opinionē sunt enim huiusmodi: *Si quis post hac stylum (quod absū) proscriptioñis exceperit: uxor eius res proprias, ex quocunq; titulo sibi quæstas, veluti manu iniecta mox vindicet, aut ceriè quoquo modo occupatas statim recipiat.* Quamuis ergò vñus *Imperator* fuerit geminatis illis verbis, *Mox, ac statim,* non sequitur necessariò, quod iudicium debeat esse summarium; nàm (hoc attento) omnia iudicia deberent esse talia, quia alibi

Tex. in cap. iurgantium, de sententia, ¶ re iud. indefinitè iubet, omnes controversias celeri sententia esse terminandas, & tamen non omnes sunt summariaz. Ulterius arguit, quod ex vulnerata iuris regula, actor, & reus ad imparia non sunt iudicandi, sed Fiscus, quando est actor ordinariè suam actionem instituere debet, per *Tex.* notandum in *l. unica, infra, de conductorib. ¶ procur. lib. 11.* ergò idem iuris esse debet, quando Fiscus est conuentus: & ex his reprobata *Bar.* sententia, ipse in ea residet, quod Cœsareum illud rescriptū in citata *l. si quis post hac,* non sit ad alias casus extendendum, sed in muliere tantum pro eius do te agente procedat. Verùm non difficilè est omnibus *Romani* argumentis satisfaccere: siquidem si verba illa *mox, ¶ statim* non probant iudicium esse debere summarium, certè nequè hoc probabunt quoad iudiciū mulieris pro dotis restitutione; non enim quoad vnum casum tantum possunt hoc importare, & quoad alios non, quia vel ad omnes casus trahi possunt, vel neq; ad dotium restitutionem summarie faciendam adaptantur. Nec est vera consequentia, quod ex *cap. iurgantium* omnes lites essent summarim cognoscendæ; nàm est illud Pontificis Maximi rescriptū intelligendū, iuxta subiectā materiā, vt cele-

riter causę omnes terminari debeant, secundum tamen earum naturam, ut latè prosequitur *Tiraq. in l. si unquam, vers. reueratur, num. 109. de revocand. donation.* similiter *Tex. in d. l. unica,* minimè stringit, quia nō omnes causæ Fiscales ordinario iudicio procedunt, sed summarie tractantur, *l. nisi opinatores, infra, de exactor. tributorum, Bald. in l. 1. supra, de hered. vel act. ven.* Potest autem *Bar. ac Rom.* opinio cōciliari, vt si ius mulieris, ac alteri⁹ cuiuslibet creditoris sit liquidū, nec altiore rem requirat indaginē, tūc summatim cognito de hoc, erit à Fisco eisdem satisfacendum, prout *Bar.* opinatus fuit. Si verò aliqua controversia, vel dubitatio oriri posset, tunc *Rom.* sentētia obtineat, & hæc distinctio videtur elici ex mente eiusdem *Bar.* qui loquitur in creditore producente instrumenta sui crediti, & sic de habente ius liquidum, & expeditum.

Decimo octavo, colligitur ex 84 supra constitutis, quod si quis fideiubeat pro reo de ipsum presentando, ac eo non præsentato, fideiussor soluat Fisco pœnā fideiussionis; si bona postea illius Rei ex delicto cōfiscantur; quia Fiscus de lucro, fideiussor træstat de damno, tenebitur Fiscus ad reficiendum fideiussori dānum, ex causa prædicta passum; & si pœnam fortalsè non exegrit, non poterit inquietari fide-

iussor, tutus exceptione cedēdārum actionum, ita *Cuman. conf. 32. Mars. in Rub. de fideiuss. n. 346.* & *Bertaz. conf. 57.*

Decimonono, Fiscus in pœnā 85 narū petitione, ac cōsecutione, (quia tractatur de lucro) nō habet in integrū restitutionē, *Ang. in l. 1. ff. si quis test. lib. esse iussus fuerit, Cremenf. sing. 23. Thob. Nonius cōf. 105. n. 2. Handed. conf. 42. nu. 34. Sfort. Odd. de in integr. rest. q. 89. art. 3. nu. 24.* & communem hāc sententiam dicit *c. Anton. Gabriel. lib. 7. concl. 13.* Immò Handedeus loquitur in fortiori casu, quando scilicet Fiscus per confiscationem succedit minori, cui ius petendā in integrum restitutio- nis competebat, quod (si est ve- rum) est satis notandum, quia Fiscus etiam ad lucrum resti- tuitur, ad instar minoris, *Afflict. in dec. 340. nu. 1.* Sed ut bene ad- uertit *Cæph. conf. 605. num. 54.* tunc Fisco restitutio datur ad lucrum, quando est lucrum in- trinsecum, proueniens ex re Fi- sci, vel minoris, secūs ad lucrū hoc extrinsecum, vel alio modo, vt idē *Cæph.* ibidē distinguit; Fi- scus restituitur ad lucrū, quod non est cum alterius iactura, si- cuti est pœnæ prosecutio, quæ alteri damnum infert.

Vigesimo, meminisse oportet, hoc lucrū pœnale, adeò esse paruę considerationis, vt volue- rent quamplures *Scribentes* posse Principē dñm directū ex cā pu-

bli-

Igitur, vel aliā similiē remittere, & indulgere huiusmodi pœnas, etiam pecuniarias debitas Baronī vtili Domino à suis vassal-lis. Et quoniam quæstio hæc su-perioribus annis accurate fuit in hoc Regno tractata iunctis Iudicibus omnium Tribuna-lium, ut refert *Dominus Regens Moles*, (qui fuit vñus ex Iudicâ-tibus) in eius opere sapientia, de Regalibus Regni Neapolitani, in quæst. 27. sub tit. An indulgentia generalis comprehendat vassallos Baronis; & nè grauissimi Viri memoria intercidat, cùm eius scripta non sint adhuc impref-sa, non pigebit eadem ipsa transcribere; sunt autem hæc.

8.7 **A** Dhuc maiorem difficultatem habuimus in hac materia indulgentiae generalis, que incidenter hic subiectitur, quia ma-ximum fuit dubium; si vassalli Baronum huius Regni comprehen-debantur sub indulgentia predicta. Super qua decisione fuciēda, illustrissimus, & Reverendissimus Cardi-nalis de Granuela Locumtenens Ge-neralis in hoc Regno, mandauit con-gregari omnes Officiales huius fidelis-sima Ciuitatis Neapolis, etiam in-cluis Iudicibus Criminalibus Ma-gnae Curie Vicarie, in quo Tribu-nali dubium inciderat; & cum es-semus cōgregati vigintiduo Officia-les Die 1. Iulij 1573. fuit per qua-tuor, aut quinq; horas discussa cau-sa, in qua fuerunt quatuor opinio-

nes, videlicet. Prima, quod vas-salli Baronum de iure non compre-hendebantur indistinctè. Secunda, quod vassalli comprehendebantur indistinctè. Tertia, quod respectu pœnarum corporalium comprehen-debantur in indultu, secùs respectu pecuniarum. Quarta, quod Regia Maiestas erat consulenda.

Ee respectu prime opinionis, fuit consideratum, quod Rex noluit cō-prehendere vassallos Baronum, quia hoc non dixit, & credendum est firmiter, quod si voluisset, expre-sè nominasset etiam vassallos Ba-ronum, postquam de illis poterat dubitari. Cui accedit, quod in ver-bis prædicti Indultus, nedum ex-prese non nominantur vassalli Ba-ronum, sed nec adjunt verba, qua-rollo modo nec tacitè, nec per indire-ctum videantur ipsos vassallos Baronum comprehendere, cùm verba sint directa ad Officiales Regios tantum. Accedit his, quod viso Indultu generali Status Mediolani similiter, & eodem tempore expe-dito, ibi expreſe nominantur vas-salli, tam mediate, quam imme-diate subiecti Regiae Maiestati. Ap-paret ergò, quod ubi voluit Rex dixit. Nec mirum est, quod in Status Mediolanensi hoc fuerit di-ctum, quia ibi Barones non habent cognitionem Causarum Crimina-lium.

Secundo principaliter, pro ista parte fuit consideratum, quod Rex 8.8 noluerit hos vassallos Baronum comprehendere; quia si voluisset de

potestate ordinaria non potuerit, & per consequens non est presumendum, quod voluerit id, quod non potuerit, Bal. in cap. 1. de iuram. column. & talis debet presumi voluntas Regis, qualis esse debet, Bald. in l. 1. column. §. de sacros. Eccles. Alex. conf. 54. vol. 4. col. 5. Nec 49 presumendum est, quod Rex aliud voluerit, quam id, quod iuris est, §. omnes Iudices, Authent. de Iud. Ias. in l. ex facto, nu. 5. de vulg. & pupill. Dec. conf. 64. nu. 7.

Et quod Rex de potestate ordinaria non potuerit hoc facere, patet, quia Rex, concessa iurisdictione Baronii, non potest se amplius in illa iurisdictione intrromittere directe, nec indirecte, ut consuluit Nacta in conf. 580. num. 4. 3. vol. & ratio est, quia Baro habet iura vtilia, que preferuntur iuribus directis; ideo ista opinionem, quod Rex non possit se intrromettere in iurisdictione Baronii, firmavit Bal. in l. 1. q. 43. ff. de rer. diuis. Praeposit. in c. 1. in fin. de controu. inter vassall. & Epis. & in praelud. feud. col. 6. nu. 17. Martin. Laud. in tract. de Princ. quæst. 145. Albert. Bru. conf. 3 1.

21 Quæ procedunt ex eo, quia Baro non habet iurisdictionem in officium, seu in exercitium, sed in proprietatem, & dominium; ideo dixit Io. Faber in l. & si leuerior, C. ex quibus caul. infam. irro. quod Baro habet proprietatem iustitiae, & verè est Dominus illius iurisdictionis, ut dixit Angel. in Auth. ut nulli Iud. col. 1. ver. an autem, diciturq; etiā

Procurator Regis in rem suum, Cum man, conf. 262. Idem dixerunt alij Doctor. quamplures, ut Antonius de Butr. in cap. prudentiam, nu. 15 de offic. deleg. Feby. in cap. accedens, ut lit. non contest. & Cagnol. in rubr. C. qui admitti, Paris de synd. rubr. de officio Syndicatoris, cap. dicitur autem, nu. 13. Petr. Jacob, in sua practica, in tit. de confess. in re actio. Io. Faber in §. 1. institut. de Attiliano tutore.

Et ex his ergo patet, quod Rex non potest se intrromittere in iurisdictione Baronii, sicut nec in re alterius, aut in alijs rebus proprijs Baronii, quod faceret utiq; indulgendo vassallis Baronum, quia hoc est iurisdictionis ipsius Baronii: & sicut Rex non posse condemnare vnum ex vassallis ipsius Baronii, ita nec indulgere, quod est absoluere; quia hac in eadem specie iurisdictionis sunt, I. solent, ff. de off. Proconsul. Bald. in l. Imperium, col. 3. vers. citra tertium punctum, de iurisdict. omn. Iud. notat Bal. in d. l. solent, 2. not. per Tex. in l. nemo, ff. de reg. iur. Prejudicaret ergo Rex Baronibus, nedum intrrompendo se in iurisdictione propria ipsorum, sed etiā auferendo ipsis fructus, & emolumenta illius iurisdictionis, qui sunt prouentus, mulcta, & pena, que infliguntur delinquentibus, que ad Do 92 minum iurisdictionis spectant, Bar. Bal. Angel. & DD. in l. fin. solut. matr. Dec. conf. 4. Guid. Pap. dec. 413. Boer. dec. 5. Tiraq. de retr. con-

conuent. §. 5. glos. 4. num. 2 i. fol. mihi 740. & Andr. qui non allegatur per ipsum in c. 1. §. hereditatem, de pac. tenen. Capyc. in uest. in vers. feudorum clausule, ver. cum multarum pœnarū.

Augentur hec, quia iurisdictio illa concessa Baronī, intelligitur concessa illi priuatū ad Regem, tūm ex iuri's dispositione, vt per Abbatē in cap. ceterum, nu. 7. de iudic. ubi Deci. nu. 5. Felyn. in cap. Pastorali's, nu. 9. limit. 11. de offic. ordin. Tūm etiam ex verbis priuilegijs, que sunt ampla, quod priuatiū ad Regem habeant iurisdictiōnem, in tantum, quod nihil Regi intelligatur reseruatum. Remanet ergo Rex obligatus non præiudicare Baronibus in his ex suo pacto, quo casu de Regia potestate non est tractandum, quia in contractibus Prin⁹ 3 ceps nunquam vitetur sua potestate, nec suo privilegio, Deci. consil. 483. & consil. 528. nu. 6. & consil. 410. Bal. in l. ex imperfecto, C. de testam. Anchār. consil. 65. Barbat. consil. 20.

Et licet ad Regem spectet facultas remittendi pœnas, & indicendi generalem abolitionem, l. 1. ff. de Constitut. Princip. in fin. & quod per hoc dici possit, quod iure suo sit unus Rex, dum hoc fecit, tamen hoc non habet locum in præiudicium Terij, quia non potest remittere pœnam, que ad alium spectat, l. venia, & ibi glos. C. de in ius voc. ubi Fulgos. & alij Omnes, firmat Paris de synd. in vers. compositio, §.

quia pluries, nu. 11. & seq. vers. nā dixit notabiliter And. fol. mihi 4 i. à terg. & in specie in edictis generalibus Regis videtur hoc firmare Andr. quæ sint regalia, in cap. & bona committentium crimen læse Maie. post n. 75. ibi Afflict. num. 127. quod idem firmat Bald. in l. si docueris, C. de falsis, & ibi Angel. & Bald. in l. si domus, ff. de seru. verb. vers. item dicit Hostien.

His accedit, quod alias, quando Sua Maiestas concessit huic Regno aliam similem generalem Indulgentiam in anno 1554. quando primū adeptus est possessionem huius Regni, tūc ita fuit interpretatum, vt vasalli Baronum non includerentur; ita de hoc testatur Io. Thomas de Minadois in Commento per ipsum factō super Constitutione Regni, vt de successionibus, & testatus est etiā sè ita recordari Magnif. Io. Felix Scalaleo Regius Consiliarius, qui tunc erat Aduocatus. Vnde argendo, quia sic solitus est idem Serenissimus Rex noster alias facere, argendum erat omnino, quod talis etiā fuerit mens sua, etiā in praesenti Indulcu, argument. l. vel vniuersorum, C. de pignorat. actio. l. qui semisses, ff. de usur. Suadetur etiam, quod postquam ob publicam letitiam Sua Maiestas hanc abolitionem generalem indulxit, non est credendum, quod voluerit vniuersali merore suos proceres afficere, dum ipsos immodice latit, ne dum respēctu lucri, quo priuantur in exactione

pœnarum, & prouentium (ut supra est consideratum) sed etiam respectu honoris, & dignitatis ipsorum ; potest enim esse, quod aliquis si vassallus iam capitosus, & iam odiosus Baroni, quod nolit vlla pacto ipsi indulgere de delictis per ipsum commissis . & sequeretur inconueniens maxima considerationis, quod hodie, in iuncto Barone, eius vassallus capitosus inobediens, & inimicus moraretur in sua Terra cum impunitate suorum delictorum. Et hæc sūt, quæ fuerunt considerata pro ista parte, quibus fuit additum, quod postquam Sua Maiestas non vocavit, nec tacitè, nec expressè hos vassallos Baronum sub illa indulgentia, non est credendum, quod voluerit ipsos vocare, ne p̄iudicaret iuribus alterius ; etsi fecisset, quod non potuisse de potestate ordinaria (ut supra est dictum) nec est credendum, quod voluerit uti potestate absolute, cum quia in Indulitu predicto non adeat clausula ex certa scientia, nec clausula de plenitudine potestatis , quò casu est dicendum, Principem nolle uti plenitudine potestatis , Bart. in l. fin. C. de loc. prædio. ciuil. Roman. conf. 2 9 8. Tum etiā, quia in dubio non est credendum, quod voluerit uti ea potestate Innoc. in cap. innotuit, nu. 50. in fi. de electio. Bald. in prælud. feud. ver. aliqua, Fælyn. in cap. 1. n. 3. 1. de Conilit. sicut non debet Rex ea potestate sine causa uti, Andr. in cap. 1. de Capit. qui cur. vend. §. similiter, Ab. in cap. ad hæc, de

reliquit. nu. 7. ubi Dec. num. 5. Aymon. conf. 1 66. num 2. Curt. conf. 1 70. num. 9. Præterea tunc presumendum est Principem voluntasse cui plenitudine potestatis , quando alias actus non valeret, (quod non est in casu nostro) sūt possit subseineri circa suos vassallos, Fælyn. in c. super. de offic. deleg. Paul. de Castr. conf. 2 8 4.

Vleimò fuerunt ponderata verba Indultus ; ex quibus videtur expressè fuisse exclusos vassallos Baronum, primò verbum, ubi dicitur : Quatenus iustitia patitur, nam si includerentur vassalli predicti, hoc non esset ius suum unicuique tribuere, Secundo, ubi dicitur : Subditorum nostrorum, quia vassalli predicti Baronis non possunt proprio vocabulo dici subditi Regij, Glos. in l. de accessionib⁹, ff. de diuer. & tempor. præscr. gloss. fin. in c. legitur 8 1. distinct. 3. ibi, dum dicitur, Apud nostrum Regium Fiscum, quia Barones non habent Fiscum, Bald. in rubr. de priuileg. Fiscal. & in l. 1. C. de hæred. vel actio vend. & hæc considerauerunt illi Domini, qui tenuerunt primam partem, quod vassalli Baronum indistincte sint exclusi ab Indulitu.

Secunda opinio, fuit, quod vassalli Baronum indistincte comprehendatur, prò qua infra scripta fuerunt considerata . Primo, quod quantumuis Rex concedat iurisdictionem Baronibus, nō veniunt in concessione predicta ea, que concernunt supremum

dominium, & supremam iurisdi-
ctionem Regis, ut notat Andr. in
Constitut. Regni ea, quæ ad de-
cuss, & ibi Affl. etiam in Rubr.
& in Constitut. num. 73. & nu.
14. notat Paris de Put. in tractat.
de syndi. in tit. de excessibus Ba-
ronum, §. accedunt. fol. 5. firmat
Luc. de Penn. in l. contra publi-
cam, C. de re milit. ubi plus sub-
dit, quod sunt quadam reseruata ta-
liter Principi, quod ab ipso sunt in-
separabilia, & ibi enumerat casus,
& melius idem Lucas in l. 1. de-
privileg. scholarium, & in l. 1. C.
de Veteranis, & idem dixit in l.
quæcunq; de omni agro desert.
refert alios Couarruu. nouissimè in
lib. practicarum quæstionum,
quæst. 4. in princ. Alber. l. fin. C.
de iurisdiction. omn. Iud. Iacob. de
feud, in verb. de Castro, 1. col.
vers. dictiq; vassalli. Et inter alia
96 iura reseruata Principi, & quæ non
veniunt in concessione iurisdictionis
facta Baroni, quantumvis ampla,
est hoc ius remittendi delicta, & cō-
cedendi generalem abolitionem, per
Tex. in l. si ff. de Constitut. Princ.
in final. verb. notat Andr. quæ
sunt regalia, in verb. & bona
committentium crimen læsæ
Maiestatis, post num. 75. glof. in
l. abolitio, ff. ad Turpill. refert
Luc. inter illos casus, in locis supra
allegatis. Nec ius commutandi
pœnas, & indulgendi cōcessum Ba-
ronibus, quidquam commune habet
cum hoc iure Regali, soli Principi
reseruato, quia Baro potest tantum

indulgere, & pœnam remittere, non
autem abolitionem generalem conce-
dere, quæ facit, ut nemo possit accu-
sare, & qui accusatur, possit intra
septuaginta dies resiliere circa pœnam
Turpilliani, ut notat Angel. & Sa-
lyc. in l. 1. C. de abolitionibus,
Henricus Boyc in cap. licet, in
2. distinct. de accusat. Angel. de
malefic. sub tit. de Abolitionib.
Item, quando Princeps cōcedit in-
97 dulcum generale, ne dūm remittit
poenam criminis, sed tollit etiam cul-
pam, & ipsum delictum, etiā quan-
do fuerit lata sententia condemna-
tionis, quod non potest facere Baro,
licet habeat amplam iurisdictionem
per l. primam, §. si. ff. de quæstio.
l. Diui fratres, ff. de pœnis. Iacob.
in inuestig. in verb. cum mero,
in 2. col. nu. 8. Ad quæ accedant
notata per Luc. de Penn. in l. si
apparitor. C. de Cohortalibus,
col. pen. vers. sed quid, in quæst.
vetusta, & veriè contra.

Si ergò hoc ius indulgendi delicta
hoc modo est reseruatum Principi,
& non venit in concessione facta
Baroni, videtur, quod non possint
Barones ipsi de aliquo conqueri; cum
enim iure suo Rex utatur, nemini
facit iniuriam, & cessant omnia in
contrarium ponderata prò interesse
Baronum, cum ad hoc nullum ius
sit ipsis quæsum.

Præterea sub concessione facta Ba-
roni, quantumvis ampla, non ve-
nit ius concedendi edictum & uniuer-
sale; quia hoc est reseruatum ipsi
Principi soli, ut notauit Luc. in

locis supra allegatis, & Iacobi-nus, in d. §. cum mero, & mixto Imperio. Si ergo concedendo Rex edictum generale non contrauenit in aliquo concessionis facta Baronibus, ergo in aliquo conqueri non possunt.

Tertio, quando Princeps aliquid statuit, legem condendo, non est dubium, quod potest praejudicare iuri Tertiij, licet alias hoc non posset, & ultra generalia, quæ allegantur per DD. ut per Innoc. Foely. & alios, in cap. quæ in Ecclesiarum, extra de Constit: in Specie in materia indulgentie dicunt Doctores, quod, et si Rex non potest praejudicare iuri Tertiij, non procedit, quando hoc sit per indulgentiam generalem; ita Bald. in l. quicunq; C. de seruis fugitiuis, colu. fin. num. 27. verl. deinde nota, gloss. & ibi Apostill. in ver. per generale, quem etiam refert, & sequitur Paris de synd. in verl. compositio, nu. 11. fol. 41.

Et pro hac opinione, quod Rex per indulgenciam generalem, & ex causa publicæ letitiae, & ob nativitatem Principis, & victoriam partam potuerit praejudicare Baronibus Regni, fuerunt allegatae infra scriptæ decisiones Doctorum, qui videntur hanc opinionem tenere, videlicet Paris. in conf. 1. in 4. volum. Cal-san. in Consuetud. Burgund. in tit. des iustices, §. 5. nu. 19. & Ioan. Gallus in recollectione Arrestorum Cur. Parlamenti, quæstio. 284. & 381. Ruyn. conf. 60. vol. 5. Aegid. Boss. in tit. de remed. ex

sola clementia Principis, nu. 12. & seq. Petr. Rebuff. in pract. be-neficiali, in reg. de non tollend-ius quæstum, in glos. 6. nu. 23. verl. valer etiam, & in repetit. l. i. C. de sentent. quæ pro eo, quod interest, in præfatione num. 41. & nu. 46. ubi allegat etiam cons. Barbat. 10. num. 1. 4. vol. & 43. in 1. vol.

Vltimò etiam fuit consideratum, quod donec statutū Principis afferat Baronibus penas, non potest vere dici, quod inferat damnum, cum in ipsis habeant causam lucratuā, ut notabiliter dixit Bald. in l. nec damnosa, C. de precib. Imperat. offerend. Nisi penae essent iam in corporatae, quæ non intelliguntur remissa, nec quoad Regem, nec quoad Barones, quæ omnia maximè procedunt, dum agitur de præjudicio, quod fit Baroni, qui habet dominium illius rei de iure civili, non autem de iure gentium, ut est in vili domino, quod retinetur in feudo, per ea, quæ dixit Lucas in l. fin. C. de locat. prædior. ciuil. post glos. in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publ. Quibus accedant tradita per Aym. in tract. de antiquit. tempor. in princ. n. 38. cum multis sequen-tibus.

Quibusstantibus, videntur non obstat que sunt considerata in contrarium; & Primo non obstat, quod Rex expressè non vocauerit vas-sallos Baronum, quia (ut ex lectura ipsius apparet) semper Rex indefinite loquitur, dicendo: Omnes, & fin-

gu-

gulos in nostro citeriori Regno Siciliæ, tām nobis subditos, quā extraneos. Item subdit: Statuentes in Regno prædicto, vt omnes, & singulos processus, scripturas, &c. & ultimò subdit: Vniuersis, & singulis Officialibus, Iudicentibus, & Notarijs in eodem Regno nobis subditis, ad quos spectat, & spectabit. Loquitur etiam de exteris, ex quibus apparet, omnes personas voluisse comprehendere. Præterea causa Indulgencia, videlicet, Natunitas filij, & victoria parta, omnes attingit, ergo omnes debet comprehendere, & maxima fuisse iniuria hos vasallos Baronum excludere, & eos publico mærore afficere in tām insigni vniuerforum lētitia. Unde nullo modo est credēdum mentē Principis liberalissimi fuisse restringā ad suos immediate subditos, qui sunt pauci hodie in Regno, ex quo ex focularibus 48000. non reperiuntur 50000. qui sunt immediate Regis vasalli, nec Barones possunt multum conqueri, cūm ipsis vigore Indultus prædicti sint donati plusquam ducati 40000.

Nec dicatur, Regem (etiam quod 103 voluerit) non potuisse iuri Tertij praividicare, quia hac vana sunt, & fuit conclusum, non debere de hoc tractari, sicuti non fuit de hoc tractatum, ex quo de potestate absolta nemo est qui dubitet, quod possit ius alterius tollere, etiam sine causa legitima, Bald. in l. rescripta, C. de precib. Imper. offer. probat

Tex. in l. 2. & l. benè à Zénone, C. de quadrien. præscript. & l. qui solitum, §. 1. ff. de leg. 2. l. Luius, ff. de euict. l. item si verberatum, §. 1. ff. de reiuendic. ubi Angel. dicit, quod si quis tenet contrarium mentitur. Quibus accedant tradita per Brun. à cons. 1. vsq; ad cons. 11. inclusiue in consilijs 104 feudalibus, & de potestate ordinaria, nec est etiam dubium, quod Rex potest id facere cum causa, Bar. in prohem. Digestor. §. omnem, & notabiliter Fœlyn. in cap. quæ in Ecclesiarum, de Constit. in verbo tertia conclusio, & tenere contrarium, esset verè sacrilegium, ut latè And. in d. cap. 1. quæ sint regalia, ver. bona committentium, latè per totum, & licet sit credendum, mentem Principis fuisse ralem, quod noluerit praividicare iuri Tertij, hoc non habet locum in editio generali, & quod alias non posset substineri, nec habere suum effectum, nisi illato hoc praividicio, per supra in contrarium allegata.

Tertia fuit opinio, quod respectu pœnarum corporalium possent procedere allegata pro hac secunda opinione, respectu vero pœnarum pecuniariarum, quod procederent allegata pro Baronibus, quia respectu pœna corporalis videbatur non possedi ius aliquod qualiter Baronibus, secùs respectu pœnarum pecuniariarum; pro qua opinione fuerunt ponderata verba Indultus, ubi remittuntur omnes poena, etiam pecuniaria, que ad Regium Fiscū spe-

Eta-

Etarent, & sic expresse Rex respectu pœnarum pecuniariarum loquitur taxatione ad Fiscum, & per istam rationem, quando primo loco fuit votata præsens Causa, fuit retena hæc opinio, & resolutio pro maiori parte.

Quarta opinio fuit, quod in re tā dubia, stante etiam varietate tot opinionum, Regia Maiestas esset consulenda, per Tex. in l. ex facto, ff. de vulg. & pupill.

Sed pro maiori parte prævaluit 10 s secunda opinio, quod vassalli Baronum comprehendantur in distin- Etè, & sic reuocata sententia prima, quæ fuerat secundum tertiam opinione, licet vassalli non reclamauerint ab ea, sed tantum Barones: & pro ista secunda opinione, & sen- tentia fuerunt undecim vota. Pro terciâ opinione, prò qua fuerat iudi- catum per prius fuerunt sex vota. Pro prima opinione fuerunt tria vota, Et pro quarta opinione fuit vnu- nus tantu ex Dominis, & ita votatum die primo Iulij 1573.

Hucusq; Regens Moles.

Et ex his remanet explicata, ratio super qua fundata est præ- sens Constitutio, ac recollecta no- tanda quædam, quæ ex ipsa ra- tione, quasi ex quodam fonte, deriuant. Supereft nunc, ut de- claremus non modicam diffi- cultatem, quæ contra hunc no- 106 strum Textum excitari vide- tur ex Tex. in l. auferitur, §. Fiscus, ff. de iure Fisci, vbi Iurecons. Fiscū semper habere ius pignoris pro constanti affirmat, hoc est in-

omni calu; vnde in specie ad casum huius nostræ Constitu- tionis prædictam regulam tra- hi ex mente Azonis, voluit hic Accurs. in fine sui Commentarij quod si admitteretur, funditus subuerteretur dispositio huius legis, ac etiam l. in summa, l. quod placuit, de iur. Fisc. & similium. Si enim Fiscus prò pœnis hypo- thecam haberet, nō solùm om- nibus creditoribus in actione, personali præferendus esset, sed etiam hypothecarijs multis in casibus anteponeretur, iuxta tradita in l. i. supra, de iur. Fisci, alijsq; similibus in locis: itaque sentiens hanc contrarietatem, idem Accurs tam in d. §. Fiscus, quam in l. rescriptum, in princ. ff. de pactis, aperte contrariam senten- tiam secutus, voluit, nullam Fi- scum in pœnalibus habere hy- pothecam, & ex hac diuersitate Glosarum ingens orta fuit con- trouersia inter Sribentes in hoc articulo, quem Omnes tractarūt hic, & in d. §. Fiscus, in d. l. rescri- ptum, & in l. post contractum, de donat. & in l. si quis post hac, de bonis proscript. ac alijs in locis enu- meratis per Aug. Arim. in Addit. ad Angel. de malefic. in ver. dictum Sempronium, num. 11. per Negus. de pignor. in 4. memb. 2. par. n. 11 s. per Tiraq. in tract. de retract. con- uent. §. 5. Glos. 4. num. 22. per Aegi. Boss. in tract. de bonor. confisc. nus 81. per Iul. Clar. in tract. crimin. §. fin. quest. 78. in fin. per Peregr. in tract.

de

de iur. Fisci, lib. 6. cap. 1. num. 1. 2.
per Cardinal. Tusc. nouissimè in
suis pract. conclus. in lit. T. conclusio.
 386. & in omnibus his locis est
 satis laboratum ab ipsis *Scriben-*
tibus, ut diuersas *Accursij* senten-
 tias, & regulam huius nostræ
Constitutionis, cum alia tradita in
d. §. Fiscus, saltim distinctionis
 fœdere conciliarent. Vndè *Dyn.*
 in *d. §. Fiscus* dicit, ius hypothecæ
 competere quidem Fisco ad-
 uersus principalem debitorem
 poenæ, ac bona ipsius; quò verò
 ad creditores alios Fiscū actionem
 p̄iēdictam hypothecariam
 exercere non posse, *Cyn.* autem
 in *d. l. si quis post hac*, reprobat hāc
Dyni sententiam, quia frustra
 diceretur Fisco ius hypothecæ
 concessum, si illud inutile ha-
 beret; voluit autem *ipse*, quod
 si quis aduersus Fiscum delin-
 quit ex contractu, vel quasi suæ
 administrationis, tunc Fiscus
 vtatur hypothecæ tacitæ priui-
 legio, non autem alias; nisi post
 sententiam, per *d. l. post contractū*,
de donation. quæ procedit, quan-
 do quis non per cōtractum, sed
 delinquēdo Fisco obligatur pro
 poenā, *Willem. de Cun.* in *d. l. rescrip-*
tum, aliter hanc quæstionem
 tractauit; inquit enim, quod in
 confiscatione bonorum nun-
 quam Fisco competit hypotheca,
 nām antè sententiam nullū
 ius in bonis in Fiscum redigen-
 dis habet per *Tex.* in *l. ex iudicio-*
rum, *ff. de accusat.* post sententiā

verò nequaque, quia cū ip-
 forum bonorum dominium
 Fisco queratur, in re sua hypo-
 thecam minimè habere poterit,
l. neq. pignus, ff. de regul. iur. Bar. au-
 tem distinxit, quod aut loquitur
 antè sententiam, & nullam Fi-
 scus habeat hypothecā, aut post
 sententiam, & habeat, *Angel.*
 verò in *l. si quis post hac*, ius hy-
 pothecæ Fisco ex sola litis con-
 testatione competere voluit,
 quia in iudicio per litis conte-
 stationem quasi contrahitur, *l.*
2. §. fin. ff. de prætor. stipulat. Vndè
 appetat (in huiusmodi contra-
 rietate concordanda) quanta di-
 scordia sit inter *Scribentes*. Sed
 coniungendo plures opiniones
 simul resultat vera, & magis re-
 cepta cōclusio, ut in confisca-
 tionē bonorū nunquā hypotheca
 detur, iuxta sententiam *Willem. de*
Cuneo, per rationes per *eum* ad-
 ductas; in alijs verò poenis pe-
 cuniarijs obtineat *Bar.* senten-
 tia, quæ receptior est, ut distin-
 gui debeat antè sententiam, &
 post sententiam per *d. l. post con-*
tractū; quia per sententiam
 quasi cōtrahitur, *l. 3. §. idem scri-*
bit, ff. de pecul. non autem per litis
 contestationem, ut perperā
 voluit *Angel*, quia per litis con-
 testationem tantum quasi con-
 trahitur quoad ea, quæ per-
 tinent ad instantiam ipsam iu-
 dicij, ut benè aduertit *Alex. in d.*
l. rescriptum; ita tamen, ut post
 sententiam hypotheca nascatur

Fisco, respectu ipsius debitoris, atq; suorum bonorum, non respectu aliorum creditorum, & quoad hæc non erit inutilis, & Dyni opinio procedet, quam optimo medio roborat hic Lucas Pennens, circ. fin. dicendo, hoc non esse nouum in iure; nam & legatarius hypothecam habet pro legati consecutione, l. i. supra, commu. de legat. cum simil. & tamen respectu creditorum ēt in actione personali illam non exercet, l. fin. §. licentiam, supra, de iure dilibera. & hæc Dyni opinio omnino tenenda est, nam alias in eandem incideremus difficultatem; siquidem cùm poena exigi non possit, nisi post sententiam, si eo tempore Fisco hypotheca daretur, concederetur eidem prælatio (vt à principio dictum est) contra expressam regulam nostræ legis.

Sed prædictis omnibus ad 108 uersari videtur id, quod annis præteritis censuit Collaterale Consilium, ac Regia Camera, Summariae, in causa Gabrielis Capani, qui dūm accusaretur multis nominibus, quod malè gesserat officium Iustitiarij annonæ huius nostræ Ciuitatis, cui erat præfectus, fuit (inter cetera) damnatus soluere Fisco aureos decem mille, ac demūm, vendito officio prædicto, instatibus alijs creditoribus, qui pecuniam mutuauerant Gabrieli, in eam emptionem, Fiscus in-

pœna fuit omnibus prælatus, vt refert Dominus Regens de Ponte in decision. Collat. Conf. dec. 1. 8. in fi. qui causam decisionis reddit, licet non satis aperte, quod cùm ageretur de officio, quod obligari, vel hypothecæ subjici nullo modo potest, sine Regis consensu, Fiscus eo casu non dicebatur creditoribus præferri, quia prælatio considerari minimè potest in ijs bonis, in quibus creditores, assensu parentes non poterant concurrere, vt in d. decisione late fundatur, adeò quod Fiscus solus remanebat, qui assensu non indigebat, certi verò creditores reputabantur, ac si non essent. Quæ profecto ratio esset bene expendenda cùm aliis casus contingeret, & locum sibi vindicaret, nedūm, in officijs, sed etiam in feudis, quæ abiq; vlla controuersia, Domino non consentiente, obligari non possunt. Vnde posset attentari alia ratione (de qua in causa prædicta nullam inuenio mentionem habitam) posse sententiam prædictam substanieri. Si quidem in omni officiorum cōcessione ea apponitur expresse, vel si non apponatur subintelligitur, clausula, vt sub conditione fiat, donec is, cui cōcessio facta fuerit se bene gesserit, vt ibi considerat Dominus de Ponte, citans Domini de Franch. decif. 4. 5. 7. in fin. & proinde sicut secuta condemnatione ad pri-

ua-

uationem officij, creditores nullam super eo actionem habent; quasi resoluta concessione ex pacto, ita etiam in dicta multa, quae ex culpa male administrationis irrogata fuit, creditores postponendi sint. Id est, si de parte extimatis officij, quam si de toto ipso officio ageretur, ut eadem regula sit de toto quoad totum, quam de parte, quoad partem. Ego amplius cogitandum censeo, praesertim cum de illa decisione videatur dubitare ipsemet Regens de Ponte in dec. 34. nu. 21.

Deniq; non omittenda videatur insignis restrictio ad regulam, ex hac nostra *lege* constitutam, ut Fiscus parti praferatur in egregia facti specie; veluti, si quis vassallus crimen laesae Maiestatis commiserit, ac Princeps in capiendo illum exercitu opus habuerit, aliasue magnas expensas erogauerit, ac demum, ipso damnato, bona publicauebit; an si haec bona creditoribus satis esse non possint, valeat Fiscus expensas, quas fecerit praecapere, atque ita creditoribus sit praferendus? Et *Afflictus in capit. primo*, §. 47. *vers. item quero*, quae sunt regalia, excitata hac questione, tenet, Fisci causam esse potiorem, referens ita Regium Consilium iudicasse, referente Antonio Baldassino Regio Cöfiliario, cui adstipulatus est Pe-

reg. de iur. Fisci lib. 5. tit. 1. de public. bonor. nu. 193. & 194.

Contrariā verò sentiam (reprobata *Affl. opinionē*) firmavit *Gig. in tract. crim. laes. Maie. in postrema parte, tit. de plurib. & varijs qq. in q. 12. & Gigantē secutus est Hieron. de Laurent. dec. Auenion. 121. & Baiard. in Addit. ad Iul. Clar. in tract. crim. q. 78. num. 169. & seq. & nouissimè Caball. ref. crim. cent. 3. cap. 201. nu. 22. dicens, ita etiā fuisse iudicatum per Senatores Florentinos. Mouetur, quia Princeps ex officio tenebatur delinquentem suis expensis insequi, ac illum capere, cum ea de causa tributa eidem praestentur, ut suis sumptibus Républicā tueatur, & facinorosos compescat. Et licet has expensas valeat Fiscus à predictis recuperare, non tamen sequitur, eum creditoribus ceteris ex causa onerosa præferendum esse. Ego censerem has opiniones posse conciliari, ita ut si melior creditorum conditio facta esset Fisci opera, tunc debere eum praefterri, quasi utile creditorum negotium gesserit, veluti, quia bona, vel Castrum, recepisset, ex quorum pretio creditoribus satisficeri posset, qui alias non potuissent sibi debitam qualitas cōsequi: secundum aut si nulla ad creditores utilitas perueniret, tunc enim *Gigantis*, ac aliorum sentiem sequendā arbitrarer.*

Restat nunc, ut declaremus 110 alteram illam regulam, quam

ex hac nostra *Constitutione* *Scribentes* communi consensu deduxerunt, *Fiscum* scilicet de bonis ad eum peruentis teneri satisfacere creditoribus illius, cuius bona ipse sibi vendicavit. Fundatur hæc regula in evidenti, ac solidissima ratione, quam eleganter tradidit *Iureconsul. in l.* non possum, ff. de iur. *Fisci*, ubi inquit: Non possunt villa bona ad *Fiscum* pertinere, nisi quæ creditoribus superfutura sunt; id enim bonorum, cuiusq; esse intelligitur, quad (ære alicno deducto) supereft.

Erit autem (antequam vltérius progrediamur) aduertendū id, quod singulariter in hac materia tradidit *Jacobus Mandellus Alban. in cons. s 3 t. num. 5 q.*, dūm voluit esse in *Fisci* facultate altero ex tribus modis prædictis creditoribus satisfacere, vel soluēdo de propria pecunia ipsius *Fisci*, iuxta *Tex. in l. res que, §. res autem, ff. de iur. Fisci*, vel dando insolutum creditoribus bona debitoris, ea forma, qua permittitur hæredi cum beneficio legis, & inuentarij, l. fin. §. Et si prefatam, verf. sed si legatarij, supra; de iur. deliber. vel dando creditoribus (etiam inuitis) bona propria ipsius *Fisci*. Hæc autem *Mandelli* sententia, quæ in primo capite vera est; in secundo indiget declaratione; & in tertio (ni fallor) apercè repugnat veris iuris principijs, ac minimè admittenda videtur: quod enim attinet

ad bona insolutum dāda eo iure, quo vtitur hæres (confecto inventario) aduertēdum est, quod quamvis multi ex *Scribentibus* voluerint hæredi cum beneficio legis tribui hoc priuilegiū, vera tamen opinio est, quando id non licuisset Tellatori, veluti si renunciatum esset, *Auth. Hoc nisi debitor, supra, de solutionib.* neq; etiam licere hæredi prædicto, quia satis est, vt per inventariū hæres seruetur indemnisi, non autem esse debet in lucro, itaut creditores extimata bona insolutum recipient, ad hoc, vt in hæreditate aliquid in eius beneficium supersit, vt benè censuit *Sacrum Consilium nostrum in dec. Dom. de Franch. 8 3.* Vndē *Fisco* satisfacere volenti creditoribus, ità demum permittitur bona (inuitis creditoribus) assignare, si nihil in eius beneficium supererit, vel is, cuius bona *Fiscus* cœpit hoc facere potuisse, vt in his terminis aduertit benè *Farinac. in ti. de delictis, quest. 2 s. vers. amplia tertio dictam 1 3. limitationem, num. 174.* & ità est intelligenda traditio *Mandelli*. Dūm verò voluit *Fiscū* etiā sua propria bona posse creditoribus assignare, id subtiliter nullo pacto pōt; siquidē nullibi hoc priuilegiū *Fisco* competere reperiatur, neq; alteri cuicunque hoc in iure permisum esse legimus, & *Fiscus* non est priuilegiatus; nisi in casibus à iure expressis.

His

His itaq; sic animaduersis, sit nobis (vt prædiximus) constituta regula, Fiscum creditoribus omnibus satisfacere debere, vt reliquum sibi vendicare possit. Patitur autem hæc generalis propositio aliquas extensiones, atq; restrictiones, ex quibus vniuersa materia erit perpensa, atque examinata.

Prima igitur sit extensio, Fiscum ad æs alienum (vt supra) dissoluendum teneri, non solù, quando vniuersa bona, sed etiā, quando partem tantum capit; veluti si prò aliquo crimine pœna constituta sit amissionis tertiae, vel quartæ partis bonorum, tunc enim Fiscus pro eius rata tenebitur, ita expressis verbis statuit *Imp. Antonin. in l. 2. supra citata, ad l. Iul. de vi publ. ibi*, *Si tertia pars bonorum Fisco vendicata est, tutela actionem pro ea portione aduersus Fiscum dirigit, & inferiùs: Nam successio pro oneribus sua portionis respondet.* Idem probat *Tex. in l. si marito, ff. sol. matr.* Hoc autem erit per viam contributio; veluti si creditor hypothecam habens Fiscum partis bonorum possessorem prò vniuerso debito conueniat, tunc n. alij compossessores cogentur prò rata contribuere, vt declarat *Afflct. in Constit. Regni Si quis in posterum, in ver. sed iuxta hoc quando, nu. 19.* hæc autem contributio, non solù m facienda est respectu aliorum compossesso-

rum; sed etiam si ipse met, qui quotam bonorum suorum partem amisit, reliqua possideat, vt est propriè casus *d. l. 2. in quo damnatus lege Iulia de vi priuata amittit tatum tertiam bonorum partem, reliquam retinet, §. item lex Iulia, instit. de publ. iud. cum simil. & nihilominus Fiscus eo casu prò rata conuenitur; habetur enim ac si à principio Fiscus ex bonis condemnatis tantò minus cœpisset; quia, (vt alias dictum est) bona (ære alieno deducto) erunt aestimanda l. sub signatu, §. bona, ff. de verb. signif. cum simil. Et hæc ampliatio, ita demum procedet, si Fisco pars bonorum applicatur per viam quotæ vniuersalis, secùs si per quotam particularem, vt rectè admonet *Glos. in d. l. si marito, in vers. aliqua, vbi cœteri Scribentes, & Peregr. de iur. Fisci, lib. 5. cap. 1. num. 59. & Gregor. Lopez, ad l. 1 o. tit. 2. part. 3. in vers. spuedē, & Didac. de Spino in tract. de testam. in glo. 27. in princ. de fideicom. subst. nu. 39.**

Secundo, regula superiùs firmata producitur, vt non solù satisfaciendum sit ijs, qui pure sunt creditores, tempore, quo bona in Fiscum rediguntur, sed etiam ijs, qui tunc sub conditione erant creditores, purificata postea conditione. Et quāvis in hac quæstione inter Scribentes variatum sit, quia *Bar. & Paul. de Cast. in l. quoties, §. si. ff. de nouat.*

voluerunt, Fiscum ad creditorū conditionalium solutionē minimè teneri, & Bartolo subscripsérint *Areti.conf. 110.num.3. ad fin. & Ias.in l.si quis arbitratu, nu. penultimo, ff.de verbis, obligat. Boer. conf. 1.num.8. & Loffred. conf. 33, nu. 5.* attamen contraria opinio verior, ac receptioꝝ est, quia pluribus authoritatibus, ac melioribus rationibus fulcitur; siquidem creditores sub conditione verè creditores dicuntur, *L.creditores, ff.de verbo, signif.* Vnde cùm statutum sit generaliter omnibus creditoribus esse satisfaciendum; sequitur, vt etiam in creditoribus sub conditione hæc generalis propositio sit intellexit. Præterea si Fisco acquiruntur etiam illa debita, quæ erant sub conditione, ipsa purificata ex causa de præterito, vt est *Tex. insignis in l. inter sacerorum, ff.de pact. datal.* pari etiam ratione dicendum est, ipsum quoq; obligari ad solutionem creditorum conditionalium, purificata conditione, ex causa similiter à præterito originem trahente, cù nulla constitui possit differentia inter actiones actiuas, & passiuas. Et per rationes prædictas, aliasq; similes recepta fuit hæc sententia à quampluribus Interpretibus maximæ authoritatis, inter quos fuit *Bal.in l.fin. nu. 15. & 22. & post eum Salyc. nu. 7. & 16.supra, de contrah.emption. Roman in l.si marito, ff.sol. matri.*

num. 24. vbi etiam Alex. num. 2. & in Addit. ad Bar. in l. nam ad ea, ff.de conditio. & demonstration. Idemq; Roman.conf. 247. num. 1. Cassan.ad Confuet. Burgun. Rubr, 2, num. 24. Simanc.de Cathol. Institu. tit. 9. num. 11. Ari. Pinell.in l. 1. supra, de bon.mater, 1. par.nu. 3. Ant. Gomes. var. resol. tom. 3.c. 14. nu. 2. ad fin. & latissimè Barbos. in l. si constante, §. fin. sol. matrim. n. 5. cum sequentibus, vbi elegantem ponit differentiam inter ultimas voluntates, & contractus, & optimè respondet ad Tex. in l. quoties, §. fin. de nouat. in quo tuentes aduersam sententiam se fundant.

Fuerunt tamen nonnulli, qui hanc diuersitatem distinguendo concordare conati sunt, voluntes, vt credita, quæ sub conditione potestatiua debentur, minimè cedant in damnum Fisci, etiam conditione purificata, alia vero soluere Fiscus sit obligatus, vt dicitur *Bal. in d.l.fi.* & post eum *Roman. Alex. & Gomes. in loc. sup. cit.* Fundatur aut hec distinctione dupli rōne, & utraq; satis firma. Prima, quia si indistinctè Fiscū teneri diceremus, esset in potestate debitoris, cui bona in Fiscū rediguntur, ipsū ex suo facto obligare, adimplēdo conditionē in eius potestate existentē, quod satis absurdū esset. Ulterius, & secūdo, quia vera iuris regula est, adimplementū conditionis potestatiue in alteri⁹ de trimētu retro nō trahi, vt probat

Tex.

*Tex. in l. quis Balneum, cùm simil. ff. qui pot. in pign. habe. & hæc distinc-
ctio mihi probatur¹; quamuis
Barbosa indistinctè, Fiscū obli-
gari contendat, quæ opinio (si
recipienda est) erit saltim ad-
mittenda quoad credita sub cō-
ditione potestatiua, quando om-
nis fraudes abest, & in hoc Ego
consentio.*

Tertio procedunt prædicta,
116 etiam quando Fiscus ipse esset
creditor ex vna causa, ac ex alia
bona sui debitoris caperet, quia
tunc sibi ipse soluisse celebitur,
& reliquum veniet in con-
fiscatione: ità docuit Bart. in L. in
capiti. ff. de fideiuss. per Tex. in L. in
fraudem, § si principalis, ff. de iur.
Fisc., vbi hoc Accur. rectè decla-
rat in verbo Fideiussores: inde
consultus Paul. Castr. egregiè re-
spondit in conf. 2 o 9. incipiente
circa primum, quod si reus, qui
publicationem bonorum pas-
sus est, haberet bona, diuersis in
Prouincijs, quarum aliquæ non
essent sub ditione Principis, qui
confiscationis pœnam indixit,
non posset eius Fiscus capere,
bona existentia sub eius iurisdic-
tione vti publicata, & pro eius
credito agere super alijs bonis
sitis in alia Prouincia, & Paul. se-
quitur Cassan. ad Consuetud. Bur-
gund. in sœpiùs citata Rubr. 2. §. 1.
num. 3 2. cum seq. Pereg. de Iur. Fisci
lib. 5. tit. 1. nu. 5 7. & Card. Tusc. in
suis practic. conclus. in lit. F. conclus.
3 8 7. .

Quarto, ampliatur propositio
117 nostra, vt Fiscus agnoscere, ac
soluerre teneatur ea debita, ad
quæ naturaliter tantum obliga-
tus eratis, cuius bona ad Fiscū
deuererunt, *Imol. in l. si debitori in
fine principij, C. de fideiuss.* & hanc
communem, ac receptam tra-
ditionem esse affirmat *Iul. Clar.*
*in pract. crim. §. fin. q. 7 8. ver. Item
in Fiscum.*

Quinto, supradictum axio-
118 ma, etiam locum habebit, si
ei, cuius bona Fiscus cœpit, pœ-
na indulgeatur, nàm si ad bona
non fuerit restitutus, non tene-
bitur suis creditoribus satisface-
re, nec ab eis inquietari poterit,
sed aduersus Fiscum dirigen-
gressus suos, ex communi, ac re-
cepta sententia tradita per Bald.
Angel. *Imol. @ alios, in d.l. si mari-
to, in princ. sol. matrimon. per Tex.*
in l. 2. supra, de senten. pass. nec ta-
lis restitutus tenebitur, etiam si
de novo bona acquirat; ità a-
pertis verbis statuit *Imp. Alex. in
l. auctor filiorum, supra, eodem tit. de
senten. pass.* quod si ex indulgen-
tia, bonorum partem recuperet,
tām Fiscus, quām restitutus prò
rata erunt creditoribus obliga-
ti, secūs si ad rem aliquam cer-
tam fuerit restitutio facta, velu-
ti ad domum, vel fundum, quia
tunc nullo pacto contribuere
prò rata tenebitur, *l. si debitor, eod.
tit.*

Sexto, extenditur prædicta re-
119 gula, vt etiam Fiscus de bonis

viri confiscatis vxori pauperi quartam ei debitam ex Aucten. præterea, supra, unde vir dare tenetur. Ita docuit Fabianus de *Pepis in repetitione d. Auct. n. 113.* dicens, hanc quæstionem sibi, ac Bartholom. Sacc. eius Preceptori contigisse, ac ita ipsum respodisse, ut videri potest in eiusdem *Socci. cons. 121. lib. 4.* quod incipit, *præmittenda est, quam sententia sequitur Andr. Gaill. præct. obser. lib. 2. c. 86. & 87. Mazol. conf. 4. 8. num. 1. Plot. inter consilia crimin. diuersor. cons. 130. n. 4. 1.* qui etiam hoc ampliat, si bona confiscatur ex crimine lese Maiestate, *Corrad. in præct. crim. in tit. de pub. bonorum, num. 11. in fin.* & communem hanc opinionem dicit *Farinac. in sua praxi criminali, in ut. de delict. & pænis, quest. 25. nu. 123. in vers. amplia quarto, & Pereg. de iu. Fisci, lib. 5. cap. 1. num. 8. 1.* qui tamen hoc restringit, quando fori consuetudo hoc non admitteret; & pro hac opinione Primo expenditur Tex. qui videtur hoc aperie statuere in *Aucten. bona damnatorum, supra, de bon. proscript per hæc verba;* *Uxores vero eorum, scilicet damnatorum, dotem, & ante nuptias donationem accipiunt; si vero sine dote sint, de substantia viri accipiunt partem legibus definitam. siue filios habeant, siue non.* Secundo consideratur, lucra legalia deberi, etiam lecuta confiscatione; unde, publicata dote vxoris in

illis casibus, quos enumerat *Iureconsul. in l. quinq. legibus, ff. de bon. damnator. ex communi traditio. ne omniaum Scribentium ibi, vir capiet quicquid ex legali dispo. sitione sibi debebatur, non ob. stante confiscatione, & conse. quenter è conuerso vxor percipiet quartam hanc ex iuris dispo. sitione sibi debitam.* Tertio adducitur argumentum, quod sicut maritus, etiam si vellet, non potest vxorem priuare hoc beneficio legis, etiam in testaméto, quartæ huius protestationem expressè prohibendo, ut docuerunt Bald. Fulgos. Castren. & alij. in d. Aucten. præterea, cum ijs, quos adducit *Vivius*, qui hanc opinionem communem testatur in verbo *vxor, seu mulier, ita pariter, nec delinquendo poterit vir vxori priudicium inferre;* quo argumento vtitur *Socci. in d. cons. 121.* Ex quibus patet hanc esse veram, & communem sententiam, quam tam nescio, an Fiscales iudices, (cum casus contingere) admitterent, ut bellè aduertit *Batard. ad Iul. Clar. quest. 78. num. 87.* Et multò minus, si confiscatio fieret in illis casibus, in quibus etiam filiorum legitimam Fiscus occupat; nam si illam filij amittunt, quibus ea portio iure naturæ debetur, multò etiam fortius amittet vxor quartam sibi ex iuris nouissimi benignitate concessam.

Septimò , supposito prò constante, Fiscum teneri ad soluendas dotes aliaq; iura dotalia debita uxori, tanquam æs alienum ex bonis viri , qui publicatione passus est, ut est casus in l. si à marito, ff. soluto matrimon. l. quisquis, §. uxores, supra, ad l. Iul. Maiest. Et in l. ob maritorum, supra, nè uxor pro marito, l. res uxoris, supra, de donatio. inter vir. Et uxori. cum simil, id ampliatur, vt procedat etiam si uxor virum rebellem sequatur, secundum opinionem, quam communem affirmat Emanuel Suar. commu. opin. in ver. confiscatio, num. 268. Et Bonacoss. in comm. opin. crimin. par. 1. fol. 37. vers. confiscatis bonis.

Habebunt etiam locum omnia prædicta in dote confessata in omnibus illis casibus, in quibus uxor pro ea agere posset, siue aduersus hæredes viri, siue aduersus alios creditores, cestante tamen omni fraude, ac conjectura doli, Bart. & post eum. Omnes in l. si quis post hac, supra, de bon. proscript. Isern. in cap. 1. de stat. Et consuet. Bald. Nouell. de dote, par. 1 o. num. 4. Affl. decis. 4 o 2. & in. Constit. Regni, incipiente causas per, in s. notab. cum alijs, quos cumulat Io. Lopez in c. per vestras, in rubr. de donat. int. vir. Et uxori. §. 33. Peregr. de iur. Fisci, lib. 5. ejt. 1. num. 8 2. & post omnes Farinac. in tit. de delictis, Et pénis, q. 2 s. num. 12 o. Immò si ex statuto bona quæ sita, constante matrimo-

nio sint communicanda inter coniuges, Fiscum uxori portionem debere præstare, iudicatu refert Andr. Gaill. lib. 2. suar. obser. cap. 86. nu. 14.

Sed illud quæstionis est, an etiam, publicatis bonis, dotes filiabus constituendæ sint à Filio, quod docuit aperte Bald. in l. si. n. 8. vers. Et idem dico, supra, de dot. promiss. quem simpliciter referunt, & sequuntur Alexan. ad Bar. in l. quæsum, §. 1. de priuile. credit. Ripa in l. ex facto, nu. 9. ad Trebell. Boff. in tit. de crimin. lese Maiest. num. 134. Affl. in cap. 1. in glo. 3. num. 31. que sit prima caus. benefic. amitten. Hieron. Gigas de crim. lese Maiest. lib. 3. cap. 1's. & alij relati à Peregr. de iur. Fisc. lib. 5. tit. 1. num. 76. & à Farinac. in d. quæstio. 25. nu. 1 23. & à Tiberio Deciano lib. 7. in rub. crimen lese Maiest. quando transeat in filios, c. 4 1. num. 1 2. in fin. Et Affl. in tit. que sunt regalia, in ver. Et bona committentium, col. 1. refert ita fecisse Regem Ferdinandum Aragonenum, qui filias Principis Rossani damnati lege Iulia Maiestatis, dote constituta, nuptui tradidit, & hanc sententiam latè defendit Franc. Beccius conf. 8. per totum, dicens, ipsam esse communiter receptam, ac ita per Omnes interpretari Tex. in l. quisquis, § ad filias, supra, ad legem Iul. Maiest. iest. Ego tamen contrariam opinionem in iure veriore arbitror, p d. §. ad filias, qui Tex.

non

non admittit respōsionem; cū enim tantum in maternis bonis dispenset, filias habere falciā, in reliquis firma remanet exclusio generaliter facta à lege illa in omnibus bonis paternis: & nè deficiant authoritates, hāc sententiam sequuntur *Io. Anib. in repe. l. post contrāctum, ff. de donat. num. 266.* *Quāmada in suis quest. Fiscalib. quest. 24.* qui dicit itā moribus esse receptum, *Cor-dub. in repe. l. si quis à liberis, §. si quis ex his, ff. de lib. agnosc. nu. 46.* *¶ 10. Petr. Sard. in tract. de alim. lib. 1. q. 31. col. 4.* Nec mihi placet distinctione *Io. Lopez in cap. per vestras, §. 32. notab. 1. num. 16.* has opiniones conciliantis, vt prima locum habeat in filiabus antē admissum crīmē conceptis, quę & alendæ, & dotandæ sint à Fisco: secunda procedat in ijs, quę post delictum nascuntur, licet *Io. Lopez se subscripterit Simanc. de Cathol. instit. cap. 26. num. 8.* nām authoritas *Tex. in d. l. quisquis,* & eius generalitas non patitur huiusmodi distinctionem, vt benè aduertit *Cor-dub. in praci. loco.*

Non ampliantur predīcta, vt *125* nedūm ad debita exoluenda Fiscus teneatur, sed etiam ad legata, & fideicomissa præstanta; & quoniam quæstio hēc est satis controuersa, & quamuis pluribus in locis à magno *Scri-bentium numero sit tractata,* nō tamen est benè perpensa, quia

confusè illam examinarūt, ideo operæ pretium duxi ipsam, per capita distinguendo, expende-re, ac pertractare. Quatuor sunt in hac materia casus diuersi cōstituendi, vt benè, & eleganter aduertit *Menchaca de succēssion. resol. lib. 1. §. 3. nu. 37.* etenim, aut bona in Fiscum rediguntur culpa testatoris, aut hæredis, aut neutrius; addit. & alium quartum calumni, & recte *Benedictus de Plumb. in l. Imperator, §. Diuus, ff. de fideicommis. libert.* quando culpa vtriusq; veluti si hæres accomodat fidem testatori de restituendo indigno hæreditarē, vt in d. §. *Diuus.*

Primo casu, quando Fiscus bona capit ob culpam, & delictum testatoris, qui conditō è stamento, ac legatis, vel fideicōmissio relictis, crimen tale patravit, vt bonorum publicationem patiatur, tūc clari iuris est, neq; legata, neq; fideicomissa Fiscū præstare debere; immò si soluta fuerint, datur repetitio. Itā docuit *Iurecons. in l. cum filius, §. fin. de legat. 2.* quia testamenti faciem non habent, *l. 2. de leg. 1. vbi Bart. Alber. Paul. Castr. Ripa, ¶ aliij notant,* & hic casus est poenitus extra controuersiam. Secundus casus est, quando *127* hæredis culpa Fiscus bona capit, veluti si necem testatoris vindicare neglexerit, & in hac specie est etiā indubitatum, legata, ac fideicomissa à Fisco debe-

deberi; sic expressim habetur in l. cùm Fisco, ff. ad Syllan. his verbis; Cùm Fisco caduca bona defuncti adjiciuntur proper in ultam mortem, in eum legatorum actio datur! & libertates ratæ sunt eorum, scilicet, qui Senatus consulo non excipiuntur. cui conuenit etiam Tex. in l. 3. §. fin. ff. ad Trebell. & in Ldicitur, ff. de sur. Fisc. vbi Accurs. plura iura ad idem citat, Ratio vero in promptu est, quia hæreditis delictum, nec testatori nocere debet, vt sinè eius culpa irrita fiat eius voluntas, nec legatarijs, vel fideicommissarijs obesse, qui nullo eorum delicto, relictorum commodo priuareretur, contra regulam Tex. in l. non debet, de regu. iur. & in l. Sancimus, supra, de poenis, ac similiis. Addit etiam aliam rationem Guliel. de Benedict. in d. cap. Raynulius, in vers. & uxorem, nomine Adelasiam in decis. s. num. 289. quod cùm heres, à quo, vt indigno hæreditas aufertur, retinet etiam nomen hæreditis, sufficit ad legatorum, ac fideicommissorum retentionem, & hic quoq; casus non controuertitur apud Scriptentes.

Tertius est casus, quādo adest culpa vtriusq; (vt supra exemplum possum fuit) & hoc casu non solūm libertates testamento datas Fiscus præstabat, vt inquit Tex. in d. l. Imperator, §. Divinus, sed omnia alia relicta; ita expressè cauit Tex. in l. non incul-

ligitur, §. cùm ex causa, de iure Fisc. & ratio est, quia quamvis testator relinquendo tacitè incapaci, delinqut, non tamen est hoc crimen solūm sufficiens ad admissionem hæreditatis, quia si hæres, qui fidem accommodauit non restituat, Fiscum excludi, receptum est per Omnes, quos cumulat Conar. in 4. decretal. p. 2. c. 8. §. 5. nu. 7.

Quartus, ac ultimus casus est, 129 quando nec hæredis, nec testatoris culpa ad Fiscum bona deueniunt, veluti quando ipsa vti vacantia occupat, nullo existente hærede, vel existente, ac hæreditatem adire nolente; & in hac specie ingens est controuer-sia inter grauissimos iuris Interpretes: prò cuius explicacione, ac declarazione nonnulli sunt etiam casus distingendi.

Et primus erit, quando nomi-natim Fiscus grauatur, quo ca-su omnia relicta debentur; ita apertis verbis censuit Martian. Iureconf. in l. filius famil. in principio, de leg. 1. inquit enim: Qui insestatus decedit, & scit bona sua ad Fiscum peruentura vacantia, fidei Fisci committere potest, & in hoc nemo dissentit.

Alter casus est, quando Fiscus generice grauatur; veluti si decedens dicat: Qui mihi hæres erit, Caio restituat hæreditatem, vel fundum det Mæuio', & in hac etiam specie utiliter relinqui opinati sunt Paul. Castr.

& aliij

*C*et alij in l.eam quam, supra, de fideicommiss.nu. s. vers. tertio quando, per ea, quæ notat *Accurs.* Bart.cæteriq_B in l.ex duobus, §. i. de vulg.*C*pupill.

Tertius est casus, quando in 132 testamento, ex quo nemo hæreditatem adiit, & Fiscus bona vacantia capit, adesset clausula codicillaris, quia nedum venientes ab intestato, sed etiam Fiscū capientem bona vacantia comprehendit; ita docuerunt *Raph. Cuman.* in l.recusare, §. meminisse ad *Trebell.* vbi etiam *Alex. Paul. Castr.* in d.l.eam quam, *Claud. Seiffel.* in d. §. meminisse, qui quamuis sentiant, Fiscum pro bonis vacantibus non teneri ad onera legatorum, & fideicommissorū, id tamē cessare dicunt per clausulam prædictam. Idēq; quando adesset iuramentum, quod vim habet clausulæ codicillaris, voluit *Paul. Castr.* in præcitatō loco, motus ex *Tex.* in l.cum pater, §. filius matrem, de leg. s. Quod etiam in legatis pijs procedere censuit *Alex. Raud.* in tract. de Analog. c. 33. num. 30. cum seq. ex ijs, quæ cumulauit latè *Tiraqu.* in priuilegia causa, in priuile. 33. Verùm hęc omnia tuta minimè esse cęleo, siquidem nec clausula codicillaris, nec iuramentum, quod eadēna vim habet, ullum parit effectum, quando non adeat persona, quę saltim ab intestato hæreditatem adeat; ita singulariter firmauit *Accurs.* in l. qui filio. §.

seruus, ff.de hered.instit. vbi *Bart.* cæteriq_B Scribentes, cum alijs, quos cumulat *Gomefi.* ad l. 24. *Tauri,* num. 4. vers. quarto principaliter, & *Couarr.* in Comment. ad cap. *Raynutius.* §. 3. nu. 8. de test. *C*p *Didac.* de Spino in opere, quod inscripsit *Speculum testam.* de fideicom. substit. in glo. 27. in principio, nu. 37. Ex quō sequitur esse confitendum, vel Fiscum bona vacantia capere ut hæredem (quod principaliter controvèrtitur) & si hoc admittitur, siue adsit clausula codicillaris, siue non, legata erunt præstanta, aut hæres non extat, & clausula codicillaris minimè iuuabit, cum non operetur, hærede non existente.

Quartus igitur erit casus principaliter examinandus, quando (nullo ex prædictis concurrente) Fiscus vacantia bona occupat, an legata, & fideicomissa sint præstanta? & in hac quæstione multi ex *Scribentibus magnis* authoritatis voluerunt, Fiscum minimè teneri, in quibus fuerunt *Riccard. Malumb.* & *Cyn. relati à Saliceto* in l. unica, §. cum autem, num. 39. supra, de cæduc. collend. *Goffred. Imol.* *C*p *Alex.* in l. quidam testamento, §. i. de leg. i. idem *Alex.* in Addit. ad *Bart.* in l. qui filio, §. seruus, in vers. quod sic, ff.de hered.instit. *C*p in l. si marito, ff.sol.matrim. &c in l. recusare, §. si Fisco, ff. ad *Trebell. Paul. Castr.* in l.eam quam, nu. s. *C*p *Ias.* ibidem. num. 13. supra, de fideicomm. *Ripa*

in Lex facto, num. 6. ad 1 rebell. 10.
 Faber in §. & n̄e huius, instit. de eo,
 cui libert. cau. bon. addi. Claud. Sei-
 sell. in d. l. recusare, §. si Fisco, num. 3.
 Matheſil. sing. 1 6 2. Clar. in §. final.
 quæſt. 7 8. vers. ſed an Fiscus, Boſſi.
 in tit. de bon. vacant. num. 1 0. Fa-
 rinac. in tit. de delict. & pœn. quæſt.
 2 5. num. 1 8 6. Peregr. de iur. Fisci,
 lib. 4. t. 3. num. 2 6. qui dicit, hanc
 opinionem eſſe magis recepiā,
 ac communem.

Prædictorum etiam numero
 poni, & illi omnes poterunt, qui
 134 licet nō expreſſe declarant,
 Fiscum ad hæc omnia minimè
 teneri, voluerunt tamen, ipſum
 in his bonis vacantibus non ſuc-
 cedere vt hæredem, ſicuti cen-
 ſuit Bart. in l. 1. nu. 4. vers. ex hoc
 apparet, ff. de acquir. hered. qui di-
 xit, Fiscum non ſuccedere hære-
 ditati; & illum eſſe loco Prælati,
 & non hæredis, inquit Bald. in c.
 1. nu. 4. qui ſuccell. teneantur, & ip-
 ſum non venire per ſuccellionem,
 ſed per annihilationem
 personæ, dixit Cuman. in l. ſi quis
 mihi bona, §. si Fisci, de acq. hæredit.
 Abb. conf. 2 9. lib. 2. Caſan. in Con-
 ſuet. Burgund. in tit. de confiſc. bonor.
 Rub. 2. §. 1. nu. 9. & Fiscum æqui-
 parari Abbatii, & Arrogatori, &
 ſimilibus, qui veniunt, non vt
 hæredes, ſed vt ſuccellores vni-
 ueriales, inquit Innocen. in cap. in
 praefentia, de probat. & refert Fran-
 cisc. Porcell. in tract. de inuenit. q. 7.
 cap. 4. num. 1 3. & potius ſuccede-
 re bonis, quam personæ, & tene-

ri uti poffefforem bonorum, nō
 vt hæredem, Ancharan. conf. 2 9 4.
 num. 3. & conf. 3 1 7. in fin. Soccin.
 conf. 4 6. num. 2 1. vol. 4. Iaf. in l. fin.
 ſupra, de iur. deliberan. Guliſ. de Be-
 ned. in cap. Raynutius, in vers. uxo
 rem, in dec. 1. num. 2 8 8. cum alijs
 quampluribus, quos breuitatis
 ſtudio prætermitto. Pro hac ea-
 dem opinione afferuntur non-
 nulla iura, & primo Tex. in l. ſi
 nemo, ff. de testam. tutela. & in l. ſi
 nemo, de regul. iur. Quibus iuribus
 expreſſim cauetur, quoque nemo
 eſt, qui hæreditatem adiecit,
 nihil de eo, quod in testamento
 ſcriptum eſt, deberi; vndē vide-
 tur Fisco bona vacantia capien-
 ti, cum nec ſit hæres, nec hære-
 ditatem adeat, ſed illa iure do-
 minicali uti Principi debita ca-
 piat, vt habetur in l. 1. infra, de
 bon. vacant. & in cap. 1. quæ ſunt
 regal. in vers. vacantia, relictæ in
 testamento minimè eſſe præſta-
 da. Secundo ponderatur, quia
 cum separatim extra omnem
 materiam ſucceſſionis poſitus
 ſit tit. de bon. vacantib. colligitur
 ex hoc, quod non ut hæres, ſed
 iure alio bona capit, cum nec ex
 testamento, nec ex aliquo ſuc-
 cellorio edicto, alijsuè titulis, ac
 remedij à iure poſitis in mate-
 ria ſucceſſionis Fiscus veniat.
 Tertio, expenditur Tex. in princ.
 instit. in tit. de eo, cui libet. cauſa bo-
 na addic. vbi legimus, quod Fi-
 sco bona vacantia capiente, li-
 bertates conſeruantur; & cum.

ibi

ibi quasi ius quodam speciale, ac quodam priuilegium libertatis fauore concessum ponatur, in cœteris contrarium innuitur esse obseruandum. Quarto, hanc sententiam apertè probare videntur duo iura concordantia in l. quod Diuo, ff. de manum. testa. & in l. 4. ff. de fideicommiss. libert. verba Pauli in l. quod Diuo, sunt hæc. Quod Diuo Marco prò conservandis libertatibus placuit, locū habet irrito testamento facto, si bona vendita sint; alioquin, vacantibus Fisco, vendicatis, non habere Constitutionem locum apertè cauetur. cui Textui concordare videtur d.l. 4. §. eadem Constitution superiùs allegata. Et ex eis apertissimè collegi videtur Constitutionem Divi Marci, quæ libertates conservari volebat, etiam hærede non existente, cessare, quando bona vti vacantia Fiscus capit: quod si neq; fauore libertatis, nequè priuilegio illius Constitutionis libertates ratæ isto casu erūt, multò minus cœtera legata, ac fideicomissa præstabuntur.

Contrariam verò affirmatiuā 135 sententiam amplexus est Accurs. in dict. l. recusare, §. meminisse, vers. si Fisco, ff. ad Trebell. idemq; in l. unica, §. fin. in vers. pepercimus de caduc. toll. Bar. in l. 1. nu. a 6. ff. de vulgar. & pupill. Bal. in l. eam quā, de fideicom. num. 1. vers. secundo queritur, dicens esse de hoc Tex. in d. §. si Fisco, & quod licet non sit Fiscus institutus hæres, lex ta-

men facit eum hæredem, & idē Bald. in l. facultas, supra, de iur. Fis. dixit in euidentialibus, quod venit ex tit. vnde Fiscus, Saly. sequitur eandem opinionem in d.l. unica, §. cum autem, nu. 39. de caduc. toll. Alber. in d. l. quidam testamento, §. quoties, ff. de leg. 1. vbi Paul. Castr. sibi contrarius nu. 3. Roman. in l. si marito, num. 26. sol. matrimo. Alex. sibi etiam aduersando in Addit. ad Bart. in l. 3. §. cum ex causa, ff. de iur. Fis. per iura, ac rationes à Romano adductas, lo. de Platea in l. 1. infr. de bon. vacant. secutus est Saly. supra citatum Igneus in l. cum Fisco, nu. 30. ad Syllan. Rebuff. in Comment. ad Const. Galliae, de liter. obligator. art. 2. glos. 2. num. 3. & melius in l. heredis, quæ est secunda, ff. de verb. sign. vers. ita etiam Fiscus, Gabriel Sarayna in Addit. ad Singulare supra citatum 162. Matthesian. Alex. Raudensis latè in opere de Analogis, cap. 33. lib. 1. nu. 37: dicens hanc opinionem veriorem, ac frequentiorem, & habere prò se casus legis, Vasquez de success. resolut. lib. 1. §. 3. nu. 38. in fi. dicens non minus Fiscum teneri ad legata, quam alij legitimi hæredes, Didacus Spino de testam. in cap. de fideicom. substit. glos. 27. princ. num. 34. & iterum in cap. de adition. hæreditatis, gl. 33. principal. num. 1 s. dicens etiam communem, & veriorem, & nouissimè Andr. Facchin. controversi. iuris, lib. 6. 136 cap. 22. Accedat prædictis etiā

id,

id, quod voluerūt *Scribentes* hoc casu Fisco petitionem hæreditatis competere prò bonis vacātibus, ex authoritate *Tex.* qui videatur apertus, & ad hoc factus in *l.* idem *veniunt*, §. ait *Senatus*, ff. de *petit.* *hæred.* cuius verba sunt hæc, quæ sequuntur: *Idem*, & si *vacantia bona* Fisco *vendicentur*, vel ex alia quacumq; causa *Senatus* consulem hoc locū habebit; idq; docuit *Accursi*. in *l. i.* sup. de his, quibus, ut *indignis*, in *ver.* post litem motā, vbi *Fulgos.* notauit, vtilem esse hanc actionem petitionis hæreditatis, & non directam, & *Bart.* in *l. facultas*, n. 6 sup. de iur. *Fisc.* dicit, bona vacantia petitione hæreditatis, quæ verò applicantur Fisco ob delictū reiuendicatione esse petenda; idem voluerunt *Paul.* et *Alex.* in *l. ex facto*, §. fi. n. 7. ad *Trebell.* & quāmuis aliqui tenuerint contrarium, *Corneus* tamen in *conf. 324. n. 8.* dicit, non posse aliquem ab hac opinione in iudicando discedere, ob authoritatē eorū, qui ipsam firmarunt, licet nō sit ppria petitio hæreditatis. 137 Roborantur et p̄dicta ex ijs, quæ *Bald.* docuit in *l. fi. C. de edict.* *Dini Hadr. toll.* quem secutus est ibid. *Jacobi. n. 2.* & latè *Zuccard.* n. 263. & post omnes *Menoch.* in tract. de adipis poss. remed. 4. n. 299. vers. quero trigesimo, dūm firma- runt, Fiscum auferētem bona ab indigno, habere, vēluti hæredem scriptum, remedium illius *Tex.* Vlteriūs prò hac opinione plu-

res *Tex.* adducuntur, & pondē- rantur, & Primo *Tex.* in *l. i.* supra de donat. int. vir. & vx. vbi dūna tiones factas à viro vxori, soluit Fiscus, ergò, & legata, cùm legatum sit donatio quædam, ut ha- betur ex eius diffinitione, & hoc modo argumentatur *Paul.* *Castr.* in *l. unica*, §. fi. sup. de caduc. toll. Se- cundo affertur *Tex.* in *l.* cùm Fi- sco, ff. ad *Syllani.* vbi, addictis bonis Fisco vti caducis, debentur legata. Tertio, *Tex.* in *l.* recusare, §. si *Fisco*, ad *Trebell.* vbi generaliter dicitur, quod si *vacantia bona*, Fisco deterantur, & Fiscus non velit agnoscere bona, & fideicō- missario restituere, habetur ac si agnouisset, & restituet. Quar- to expenditur *Tex.* in *l.* quidam te- stamento, §. quoties, de legat. i. vbi clarè *Vulpianus* ait. Quoties lege *Iulia bona* *vacantia* ad *Fiscum* per- tinent, & legata, & fideicomissa prestantur, quæ præstare cogeretur hæres, à quo relicta erant. Quinto adducitur *Tex.* in §. si quis autem non implens, in *Authen.* de *hæred.* & falcid. vbi *Imperator Justinianus* pœnā statuens contra eos hære- des, qui legata relicta non præ- stant, voluit, eos priuari hæredi- tate, si prævia Iudicis monitio- ne, infra annū Testatoris volun- tam non adimpleuerint, & vo- cari ad successionem alios cohē redes (si extant) vel ipsis non ex- tātibus, vel recusantibus, vocari legatarios, & seruos libertate do- natos, & demūm subdit in vers.

I si vero

si verò institutio, huiusmodi verba; Si verò institutio etiam substitutionem habuerit, certum est per prius ad substitutū volensem veniet omnis res secundū legem completere, qua relicta sunt; Et sic illo nolente, tūc ad coheredes, Et legatarios, Et seruos, Et qui ab intestato, et qui extra sūt, Et Fiscum secundum à nobis datā obseruationē ea, quae auferuntur venient, compleentes, ubiq̄ deficiētū legitimas dispositiones. Vnde aperte videtur, Fiscū ad bona ista vacātia veniente, teneri omnino dīsposita per Testatorem seruare. Sexto videtur ad propositā quæstionē terminandam factū esse Tex. in l. proximè, ff. de his qui in testam. del. vbi Fisco vēdicātē bona vacantia, ob hæredis non existētiā, qui Testator in eius nōmen in testamēto induxerat, vel deleuerat, quæ situm apud Antoninum Cæsarem fuit, an libertates, cōterraq; legata deberētū rā Fisco, & maxima controvērsia intercedente, tāndē & quiorem partem. Imperat. secutus, deberi respōdit. Septimo pro hac eadē sententia allegatur Tex. in l. Marcellus, §. fi. ff. ad Trebell, vbi aperte Iurecons. tradit, Fiscū ad onera omnia teneri. Octauo expenditur Tex. in l. unica, §. pen. sup. de caduc. coll. vbi cauetur exprestim, quod si vñtimō loco (nullo existente hæredē ex testamento, vel ab intestato) bona vñi caduca Fisco deferātur, tunc Fiscus nullo vtatur priuilegio, quia ei non pepercit, & con-

sequenter eodē iure, quo alijs ad onera erit obligatus. Nono vide tur satis apertus Tex. prō hac eadē sententia ex Iurecons. responso in l. dicitur, ff. de iu. Fisci, vbi postquam proposuit casum, quando Fiscus ex Senatusc. Syllan. propter inultam Testatoris necem capit bona, an teneatur ad legata; respondet teneri, quia ex quibuslibet alijs causis p̄stabilit libertates, & legata; ergo Iurecos. ibi arguit à generali regula, quod Fiscus ex quacunq; causa capiēs p̄stabilit legata, habens prō magis dubitabili casū indignitatis.

138 Quid dicendū in tāta varieta-
te? Ego in iudicando ab hac (quā
vltimo loco retul.) sententia non
discederem, quia est receptior, si
Scribentium numerum attenda-
mus, & verior, nām quamuis ad
Tex. in l. 1. de don. int. vir. Et uxo,
& ad l. cum Fisco, & ad l. recusare,
§. si Fisco, & ad l. quidam testamen-
to, & ad l. Marcellus, §. fin. respon-
siones dari possint, & verē, quod
non loquātur in casu, quo bona
vacantia Fiscus capit, fateor ta-
men, quod alijs iuribus (quæ su-
periūs citauimus) nulla pōt dari,
nec colorata responsio, & ideo
pōt dici, quæstionē istam decidi
posse p iura ad hoc ipsū condita.

Quo verò ad ea, quæ pro con-
139 traria opinione adduximus, fa-
cillimē respondetur: nām quod
attinet ad regulam positam
in d. l. si nemo, de testamente tutela,
Et in l. si nemo, de regulis iuris,

in qua maximū ex aduerso ponitur fundamentum , facilis est responsio ; siquidem quamuis 139 Fiscus non sit verè hæres, neq; ex testamento, neq; ab intestato, attamen, vt inquit elegáter Cyn. in l. 2. *supra*, ad l. *Juliam*, de *z. publ.* Fiscus ex suo priuilegio assumit personam hæredis, & Bald. in d. *Leam quam*, *supra*, de *fideicommiss.* num. 5. vers. *quaritur* dicit, quod Fiscus, licet non sit institutus hæres , lex tamen facit ipsum hæredem, & Goffred. in d. l. *recusare* , §. *meminisse*, dicit, Fiscum hoc casu non adire hæreditatem , sed agnoscere ; & eum haberi loco hæredis, licet non sit propriè hæres, inquit *glos.* in l. *non intelligitur* , §. *cum ex causa, de iure Fisci*, & in l. *inter eos*, §. *fin. ff. de fideiuss.* & *Accursium Bart.* utroq; in loco , alijq; magis frequenter fecuti sunt, & optimè Bald. in l. 1. de bon. libert. vndè eleganter Roman. in d. l. *recusare*, nu. 2. dixit leges loquentes de hæredibus comprehendere Fiscum in bonis vacantibus succedentem : est enim hæres quidam anomalus , vt inquit Bald. in l. *fin. num.* 1 s. *supra*, de contrah. empii. hæres autem anomalus de omnibus participet, vt subtiliter ait Accurs. in §. *in primis, in ver. successor, inst. de eo cui lib. caus. bo. add.* Vndè non pót dici sine hærede is, cuius bona vacantia Fiscus capit , si habet Fiscum datū à lege loco hæredis: nec est alicuius momenti consideratio illa ,

quod Fiscus non veniat vt hæres, quia separatim fuit tractatum de hoc iure procedendi in bonis vacatibus , nec posita fuit hæc materia cum illa , quæ de successionibus tractat; quia cū hoc sit proprium Fisci priuilegium, satis congruè fuit separatim de hoc iure tractatum in hoc libro inter alia Fisci priuilegia, nā verè non pót dici hæres, (vt dictum est) sed ex priuilegio assumit sibi nomen hæredis. Similiter non est bona argumētatio à speciali casu in §. 1. *inst. de eo, cui libertatis causa bona addicatur*, quia non sequitur , sublinetur libertates , ergò alia relictæ non sublinentur; idq; probatur ineuitabiliter ex duobus iuribus, adhoc à nemine ponderatis; ait enim *Modestinus* in l. *Imperator*, §. *Diuus, ff. de fideicommiss. libert.* Fiscum auferentem bona ab hærede , qui incapaci bona restituere rogatus erat ; datas libertates debere *Caius* verò in l. *dicitur, ff. de iure Fisci*, voluit , Fiscum ab indigno , ob inultam mortem Testatoris , bona vendicantem libertates , & legata præstare ; ergò in eodem casu , hoc est, quando bona auferuntur ab indigno, ibi de libertatibus , hic , & de libertatibus , & de cœteris legatis omnibus præstādis cauetur. Nec refert, quod ibi de indigno, ob accōmodatā fidem restituendi incapaci , hic de indigno ob neglectā Testatoris oc

cisi vindictā agatur, quia inter has cās indignitatis, & hēreditatē auferendi, nullā est constituta differentia.

Restat solū aliqua difficultas in respōdēdo ad duo illa iura, in l. 4. et in l. quod Diuo, q̄ vidētur aliquo pacto cōi, ac nostræ leñtiæ aduersari; sed bellissimè, ac verisimile Rōma. in d.l. si marito, s.o. mat. illorū iuriū mentē aperit, dicēs, mirari cōteros Interpretes non aduertisse. Ut aut̄ sensus illorum iurium, ac Rōmani responsio recte percipiatur, supponendū est *Const. Diui Marci* ad conseruandas libertates inductā, voluisse, nemine existente hārede, bona addici seruo, cui libertas relicta est, cui tñ bona addicuntur, dummodo caueat de satisfaciendo creditoribus, vt habetur in l. 2. ff. de fideico. libert, quod si nemine existente hārede, Fiscus bona agnoscere velit, präferetur, nec bona seruis addicentur, vt explicat *Iurecons.* in d.l. 4. §. si Fisco, eod. si. de fideic. liber. Dūm ergo *Iurecōs.* dicit, *Quod Diuo Marco* prō libertatibus conseruandis placuit locum habebit, irrito testamento factō, si bona venitura sint, hoc est vendēda à creditoribus, vt benē explicat *Accurs.* alioquin, vacantibus Fisco vendicatis, non habere Constitutionem locū aperte cauetur, non est intelligendū *Constit.* cessare, id est Fiscum non teneri ad libertates, ad quas obligatū esse, aperte dicit *Tex.* in d.l. 4. in vers. eadē Con-

stitutione, sed in eo tātū Constitutione locū nō esse, vt Fiscus cauere creditorib⁹ minimē teneatur, quia cū Fiscus semper sit soluēdo, ad præstādā huiusmodi cautionē nō obligatur, sicuti serui cui bona addicūtur; & itā ēt interpretandus est *Tex.* in d.l. 4. in vers. ea dem Constitutione. Postquā .n. *Iurecons.* dixit, libertates cōpetere, Fisco bona agnoscēte, ponit ad ea, quę dixit, limitationē, his verbis: Ceterum si alia rōne, hoc est ex alia causa, vt benē interpretatur *Accurs.* in prin. sui scholi⁹, veluti rāquā bona debitoris Fisci, vel rei dānati, agnoscet, id est Fiscus bona capiet, apparet cōſare debere Constitutionē, idq; satis clarū est; nā neq; Fiscus bona sui debitoris accipiens, nec rei damnati patrimonium vendicans ad aliquid tenetur. Exemplum deinde ponit *Iurecons.* in sequentibus verbis: Quare ei si dulcis Legionis, sic .n. legendus est ille *Tex.* Bona Fisco delata sint, id est ob aliqd delictū, idē erit probandū, hoc est Constitutionē cessare, q̄ in his casib⁹ nō fuit inducta; sed tantū, qñ hāres nō adest, vel nō vult adimplere; & proindē libertates nō debebū tur extra casū illius *Constit.* & hi sunt veri sensus illorum iuriū. Vnde his reiectis remanet à cōtrarijs defensa cōis señtia, qđ Fiscus de bonis vacantibus sibi delatis legata, ac fideicomissa p̄tare debeat, quod satis cōueniens est, ad evitandam auaritię

no-

notam in Fisco, ut considerauit Salyc. in d.l. vñica, §. fin. supra, de cadu. coll. & Alex. Raud. in d.c. 33. nu. 38. quæ quidem opinio minori cum difficultate apud Hispanos est recipienda; siquidem peculiari illius Prouincia jure statutum est, nedum nemine adeunte, sed etiam nemine insti tuto, legata, & fideicomissa conseruari, ut in l. 24. Tauri. vbi latè declarat Tell. Ferdin. Vir doctissimus Pater Io. Alphosi Suares Locutus Reg. Cam. Viri adeò docti, & eruditii, ut controuerti satis possit, an filius à patre, vel pater à filio denominari debeat.

Decimo, & vltimò obseruan dum est, ad ampliationē nostræ regulæ, nedum Fiscum ad debitorum solutionem, sed etiā ad donationes præstandas tene ri. Et nè in hoc error aliquis capiatur, plures sunt casus distingendi, qui diuersas habent decisiones: nàm aut bona ex publicatione ob delictum in Fiscu rediguntur; vel ad eum vti vacantia deueniunt. Quando capit Fiscus ut vacantia, donationes deberi statuit Imperator Antoninus in l. 1. de donat. inter vir. & uxor. & hoc à nemine (quem viderim) est in dubium reuocatum; Difficultas verò non parua versatur, quando bona publicantur; & hic quoq; distinctione est adhibenda; quia aut agimus de donationibus propter nuptias, vel in augumentum dotis, procūl dubio illas validas esse,

est permissum, & tunc fraude cessante, siue ante, siue post delictum fiat, valebit donatio, secundum tamen ea, quæ latissime per Scribentes traduntur in l. post contractum, ff. de donat. & in l. donationes, §. perfectæ, eodem tit. & in l. penult. & fin. supra, ad l. Iul. Maiest. quibus iuribus concordat lex Hispana 2. tit. 4. par. 5. Si verò tractamus de donatione causa mortis, in confessio est, illa non valere; ità exprelse docuit Ulpian. in l. si quis, ff. de donation. causa mort. & notant Scribentes cumulati per Boff. in titul. de bon. pub. nu. 36. & iterum num. 52. & Dueña in reg. 226. in fin. in 9. lim. ac ratio est in promptu, quia cù donatio causa mortis sapiat naturam vltimæ voluntatis, l. fi. supra, de donat. causa mort. & irritetur sicut legatum, l. 1. §. 1. ff. si quid in fraudem patr. per sententiam capitalem, ac bonorum publicationem reuocatur talis donatio, sicut quilibet vltima voluntas, l. eius qui, ff. de testam. cum simil. & hanc rationem tradidit Accurs. in l. res uxoris, in vli. glof. supra de donat. inter vir. & uxor. & communiter est recepta. Altera inspectio est in donationibus inter virum, & vxore circa quam iuuat aliquantulum immorari, ut rectè hic articulus explicetur. Et quidem si agimus de donationibus propter nuptias, vel in augumentum dotis, procūl dubio illas validas esse,

dummodo trāus ablit, ad easq; Fiscum teneri extra controuer-
siā est, sicut ad dotes exoluendās, vt tradunt Doctores cōgelli
per Corneum in conf. 104. vol. 2.
Plot. conf. crim. 139. Boff. de pub. bo-
nor. num. 49. Peregr. de iur. Fisci, lib.
5. iie. 1. nu. 84. & Farin. in d. q. 25.
nu. 129. Tota yero difficultas
141 versatur in donationib; in-
ter virū, & vxorem, factis ma-
ritali affectu, an secuta morte, &
publicatione bonorum sint cō-
firmatae, & Fīlus debeat illas ser-
uare, & in hoc magna videtur
esse antinomia inter Tex. in d. l.
res uxoris, supra, de donat. int. vir.
& uxor. in quo validas esse hu-
iū modi donationes, affirmat
Imperator, & morte confirmari,
& Tex. in l. cūm hic statut, §. si mar-
itus uxori, ff. eod. qui ex diamet-
tro pugnando inquit: Si maritus
uxori donauerit, & mortem sibi
ob sceleris conscientiam consciuerit,
vel etiam post mortem memoria
eius damnata sit, reuocabitur dona-
tio, quamvis ea, quæ alijs donauerit
valeant, si non mortis causa dona-
uerit. In qua contrarietate con-
cordanda Scribentes adeò labo-
rarunt, vt diuersos tensus ad hęc
iura tradiderint, & quidēa fue-
runt aliqui, qui cencluerunt, di-
ctum §. si maritus, corrigi à Con-
stantino Imperatore, qui Christia-
na pietate ductus, vxoribus in-
virorum calamitatibus hoc lo-
lamen induxit: quam opinio-
rem antiquorum retulit Saly.

in l. si quis post hac, supra, de bonis
proscriptor. & ipsam ex professo
secutus fuit in d. l. post contractum,
in fin. nu. 5. Verūm istorum sen-
tēia ab omnibus ferē est repro-
bata, ea ratione solūm, quod nisi
expresē appareat, non est præ-
sumenda legum correctio. Alte-
ra fuit opinio Iacobi de Arena in
d. l. post contractum, qui aliter præ-
dictos Tex. conciliare conatus
fuit, quod aut donatio fuit con-
firmatā, secuta morte donantis,
& tunc si sententia sequatur pu-
blicando bona donantis insfir-
metur donatio, & hoc in casu
loquatur Tex. in d. §. si maritus,
sed si non est confirmata mor-
te, puta, quia viuente viro bona
confiscantur, eo casu valebit do-
natio, secundum ea, quæ haben-
tur in d. l. res uxoris, sed aduersus
hanc Iacobi de Arena interpretationem Bar. in d. l. post contractum,
num. 11. ver. istud dubium, in-
surgit, vñica, ac validissima ra-
tione, dicit enim ex distinctione
hac per Iacob. de Arena tradita
maximum sequi absurdū, quod
facilius reuocaretur ea donatio,
quæ morte confirmata erat, quā
illa, quæ in suspenso manebat, &
Iacob. de Arena ab omnibus re-
iectus, ac improbatus fuit. Ter-
tio modo Accurs. in d. l. res uxo-
ris concordare conatur prædi-
cta iura, dicendo, quod si dona-
tio facta est à viro uxori ante
commisum delictum, valida-
bitur secuta morte viri, & pu-

blicatione bonorum; quod si publicationem bonorum, non autem mortis pœnam patietur, in suspensiō erit, & procedet Tex. in l. res uxoris, & in l. sed si mors, ff. eod. tit. Si vero donauit Vir post delictum commissum, tunc non valebit, iuxta dispositionē Tex-tus in d. §. si maritus, & hanc Accurs. doctrinam securi sunt Paul. Castr. & Imol. in d. l. post contractū, dum illam ultimo loco referūt, & illam communem ibidē dixerunt Paul. de Monte Pico, n. 64. & Ioh. Anibal n. 191. & prædictis etiā se subscriptis Tiber. Decian. tract. crim. lib. 9. cap. 4. num. 12. licet in fine se inuoluens intelligat dispositionem d. §. si maritus recipiendam esse, quando donatione facta fuit, non solum post commissum crimen, sed etiam post reatum, id est accusationem institutam, ac nomen receptum inter seos. Hæc autem Accurs. interpretatio elici videtur ex verbis, quibus Imperator usus est in d. l. res uxoris dicens: *Largitione viri in eam ante reatum iure perueniat*, & paulò inferius: *Donatio maritalis ante tempus criminis*, & *reatus collata in uxorem*, quoniam pudicitia premio cessit, obseruanda sit; ergo à contrario sensu videtur, quod si post crimen, ac reatum sit facta, non valeat. Expendi quoq; ad idem possent verba Iurecons. in dict. §. si maritus uxori, dum vult, infirmari donationem, quando maritus mor-

tem sibi infert, id enim (ut dicunt Tiber. Decian. & Ioh. Anibal supra citatis locis) intelligendum est, quando manus sibi infert conscientia criminis, & sic post delictum; quibus addi potest etiā authoritas Tex. in l. si quis post hac, supra de bon. proscripto. ibi: *Ea etiam, quæ ab innoxio adhuc marito titulo donationis ante nuptias accepterit, vel durante matrimonio, largitioni viri ad eam ante proscriptiō-nem peruenient, apud eam firmiter permaneant ergo utrumq; casum Imperator ibi considerauit, & proscriptionis, seu sententiæ latæ, & innocentiaz, id est, quando nullum crimen admiserat; & ex his videtur satis firmari traditio Accursij, Bare. vero quarto loco in d. l. post contractum, aliam attulit ad prædicta iura concilia-tionem, distinguendo, quod aut donans commisit delictum, ex quo memoria eius post mortem damnari posset, quæ enumerat Glos. in Lex iudiciorum, ff. de accus. & eo casu donatio morte non confirmatur, ob immanitatem sceleris, & ita procedet Tex. in d. §. si maritus uxori, qui æquiparat eos, qui mortem consilicunt illis, quorum memoria damna-tur, & iuste, quia etiā alias omnes istos infamia affici, notauit Ulpianus in l. liberorum, in §. non solent, ff. de his qui notantur infa. & eorum testamenta non valent l. 2. supra, qui test. fac. poss. Si vero publicatio fuerit secuta ex cri-*

mi-

mine, de quo memoria damna-
ri non posset, tunc ex disposi-
tione Tex. in l. res uxoris, pro va-
liditate donationis sic respon-
dendum, dum fraus absit, & Bar-
tolum in hoc secutus fuit Salyc.
in d. l. si quis post hac, num. 6. vers.
secunda autem, supra de bon. pro-
script. dicens hoc esse tutius, &
Ronan. in d. l. post contractum, nu-
m. 9. qui dicit hanc veram esse, &
idem voluit Alciat. lib. 6. Parer-
gon. cap. 27. Palatios Ruios in rub.
de donat. int. vir. & uxor. §. 70.
num. 2. Boß. in tit. de bonor. publ. nu-
m. 36. Hier. Carpanus ad interpretat.
cap. Mediolani, quod incipit om-
nium, in tit. de iur. Fise. num. 333.
cum seq. Amescua de potest. in se ip-
sum, lib. 1. cap. 23. num. 18. 19. &
20. & Farinac. tit. de diuerf. delict.
q. 25. num. 135. vers. sublimia se-
143 cundo. Mihi Accursij tententia
magis placet, quia illorum iu-
rium verbis magis conuenit,
nec mouere nos debet, quod at-
tentia distinctione per eum tra-
dicta, facilius reuocarentur do-
nationes factae vxori, quam ex
traneo, siquidem, etiam post co-
missum crimen, si in extraneū
conferantur, valebunt, ex op-
pinione magis recepta per Scri-
bentes in d. l. post contractum, secūs
autem si fiant vxori; nam ratio
in promptu est; siquidem cum
donatio inter virum, & vxore,
ex notissimis iuris principijs in
vita donantis vires non capiat,
sed morte tantum confirmetur,

participat huiusmodi donatio
magis de natura donationis cau-
sa mortis, quam inter viuos, vt
notatur in l. sequens questio, ff. de
legat. 2. vnde videbatur omnino,
ipsam non subsistere, sicut om-
nes aliae donationes causa mor-
tis, vt dictum est; sed in premiu-
pudicitiae, ob matrimonij reue-
rentiam Imperator illas ratas esse
iussit in d. l. res uxoris, sed non
ita amplè patere voluit hoc pri-
uilegium, vt etiam si post cri-
men fierent huiusmodi dona-
tiones, vires haberent, & ideo no-
mirum est, si maiorem firmita-
tem habent illae, quae in extra-
neum, quam illae, quae in vxore
collatae sunt. Meminisse autem
oportebit haec omnia, quae de
validitate harum donationum
inter virum, & vxore-diximus,
præsupponere terminos habi-
les, videlicet, quod siat sine frau-
de, iuxta ea, quae latissime nota-
tur in d. l. post contractum. Item si
rerum donatarum possessio tra-
dicta fuerit vxori, viuente mari-
to, secundum ea, quae late traducta
Bart. cisteriq; Scribentes in l. Papi-
ianus, ff. de donation. inter. vir. &
uxor. cum alijs cumulatis per
Capoll. conf. ciuil. 8. Corn. cons. 1. 24.
vol. 3. num. 5. Couarr. in rub. de te-
stam. par. 3. num. 3. & per Clar. in
§. donation, quest. 2. vers. scias au-
tem, & per Farinac. in d. quest. 25.
nu. 136. Insuper aduertendum
144 est, nedum vxori res donatas
in his casibus, esse præstandas,

sed

sed etiam fructus per eam , vi-
uente viro , perceptos per *Gloss.*
singularē in l. talis scriptura, ff. de
legat. i. in ultimo scholso, vbi Paul.
Alex. & cæteri, secundum ea, quæ
latè examinat Crot. in repetit. l. si is
qui pro empiore, ff. de usucap. & (o-
uarr. in rubr. de testam. in præc. par.
3. num. 5. De donationibus verò
factis filijs à patre, cuius bona
in Fiscum delata sunt, an valeat?
videnda sunt, quæ habentur in
d. l. si quis post hac, §. si quid etiam,
supra, de bon. proscript.

Restringitur autem plurib⁹
modis superiùs firmata regula ,
quod Fiscus teneatur satisface-
re creditoribus illorum , quorū
bona sibi incorporauit.

Primo, vt locum minimè ha-
bitat, quando Fiscus , vel ob li-
neam finitam , vel ob culpam
feudatarij feudum capit, quia
absq; ullo onere ad concedentē
reddit, ex resolutione cōtractus,
vt docuit Isern. in cap. 1. vers. ex
quo non seruit, post num. 4. versic.
verius ergo dicitur, de feud. sine culp.
non amitt. & plenissimè in cap. 1.
§. quid ergo, de inuestit. de re alien.
facta, num. 5. vbi omnes feodorū
interpretæ Iserniæ subscripserūt,
& ultra prædictos Jacobin. in sua
inuest. in vers. feudorum devolutio,
col. 2. Freccia de subfeud. lib. 2. anch.
29. num. 7. Bossi. in tit. de Principe,
& eius privilegio, num. 30. Cacher.
decis. Pedemont. 156. num. 9. & op-
timè Proses de Franch. in dec. 213.
num. 32. vbi cautè legendus est

Vir alioqui doctissimus , & in-
geniosissimus , dùm constituit
differentiam, dicens, quod quā-
do feudum capit Dominus ex
publicatione bonorū , teneatur
ad onera : quando verò capit ob
lineam finitam , non teneatur ;
nam verū est, nunquam. Do-
minum obligari ex quacunquè
causa ad eum feudum deueniat,
nisi sint imposita onera cum
assensu legis, vel hominis, vt in
146 fra dicemus. Verū limita-
tio supra firmata , quatuor mo-
dis coarctatur. Primo, siquidem
prædicta procedunt quoad one-
ra feudatarij tantum , non quo
ad ea, quæ sunt ipsius feudi, quæ
etiam in Dominum transuerat ,
vt tradit Isern. in præc. §. quid er-
go, & in Constitu. Regni Si quis post
litem, & in cap. 1. an agnatus , &
hoc est apud Omnes receperūt ;
est tamen variatum inter Scri-
bentes, dùm voluerunt exemplis
demonstrare, quæ sint ista one-
ra feudi, vel feudatarij. Sed inter
Omnes optimè distinxit, ac dilu-
cidauit acutissimus Camerarius
in repetit. cap. Imperiale, pag. 12.
in impressione Romana magna
lit. T. vers. quatto, & ultimo, cum
pluribus sequentibus, ad quem me
remitto , cùm ei nihil addi pos-
sit, nec libeat mihi ipsum trans-
scribere. Addam solūm suis di-
ctis, nè amici Viri, ac eruditæ im-
matura morte erepti memoria
fraudetur, ea, quæ poluit Fabius
de Anna Regius Consiliarius in ei⁹

conf.

147 *conf. 4. vol. 1.* Secundo, predicta limitatio minimè procedit, respectu onerum impositorum cum assentu, quæ durant etiam finito utili dominio feudatarij, iuxta ea, quæ latè docuit *Isern.* in cap. 1. *qui succ. tenean.* & hoc est etiam sine controversia. Tertio
 148 cessat predicta limitatio respe ctu fructu feudi pro rata, quæ ad defunctum spectabat, sī divisionem positam in cap. 1. §. his consequenter, hic finit. lex, iuxta communem sensum ibi traditū ab *Isern.* *Affl. Aluaroto, Loffred.* & alijs, quos enumerat *Tiraq.* de retract. conuent. S. s. gloss. 4. num. 3. *Hartaman. Pistor.* lib. 1. q. 2 4. nu. 4 3. *Landolph. Schrader.* par. 2. nonē partis princip. sect. 3. nu. 7 3. & 7 4. *Intriglio.* de feud. centur. 1. q. 7. *Andr. Fachin.* controversiali. lib. 7. cap. 9 4. *Vuesembec.* de feud. cap. 9. num. 5. *Coler.* de process. execu. par. 2. n. 2 8 8. *Misinger.* resp. 8 1. nu. 1 0. *Vuesemb.* obseru. feud. 2 2. *Sonsebech.* de feud. par. 1 0. num. 9. & 1 0. *Borckhol.* c. 7. num. 9 5. *Vulteius.* lib. 1. cap. 7. num. 1 1 0. *Schoner.* de feud. lib. 1. disp. 1 1. conclus. 3 8. siquidem de hac rata fructuum satisfacere tenebitur Dominus directus creditoribus, siue in actione reali, siue in actione personali, etiam ijs, qui ex causa lucrativa veniunt; remanet enim hæc rata fructu in hereditate decedentis, tanquam bona libera, ac burgensatica, ut omnes fatentur. Verumtamen circa hanc restrictionem sunt

149 aliqua aduertenda. Primo di visionem, de qua in d. §. his conse querenter, locum non habere, nisi in ijs Prouincijs, in quibus est vnu recepta, vt notat ibi *Isern.* cum alijs cumulatis per *Couarr. variar. resolut.* lib. 1. cap. 1 5. num. 3. per *Gamam* in decis. *Lusitana* 3 5 0. nu. 2. & per eruditum *Barbos.* in l. diuortio, solut. matr. in princ. num. 1 5. prout apud Nos admis sa, & usitata fuit, quia secundum eam iudicasse Regem Arago neum in causa Trentulæ, & Loriani refert *Capyc.* in inuestitu. in verbo, feudorum fructus, qui supra pendentes, & *Frecc.* de subfeud lib. 3. cap. 5. in fin. & ita Ieruan dum censuit Senatus Neapolitanus noster in decis. *Domini Presidis de Franchis* 1 9. in fin. Insu per ad predictorum declarationem aduertendum est, magna apud Scribentes esse controversiam, an diuisio predicta locum habeat in fructibus industrialibus tantum, vel procedat etiam quoad fructus naturales; & quidem *Isern.* ita obscurè in hoc articulo locutus fuit, ut prò vtraq; opinione eius au thoritas adducatur, & quidem ipsam prò sua sententia affert *Capyc.* in præcitato loco suo inuestitur. e., & *Nardus Liparulus* in d. §. his consequenter, & *Barbos* in d. l. diuortio, in principio, num. 2 0. qui omnes (*Isern.* duce) tenuerunt, fructus industriales tatum esse diuidendos, secundum di

positionem illius Tex. in naturalibus verò seruandam esse divisionem Tex. in §. is verò, instit. de rer. diuis. & in l. defuncta, ff. de usufruct. & huic opinioni accelererunt etiam Alex. in d. l. diuortio, num. 3. & Anchar. conf. 1 9 3. & fuisse Andr. Fachin. p. a. alleg. lib. 7. cap. 9 6. per totum. Ex aduerso autem non esse distinguendum inter fructus naturales, & industriaes, sed utroq; esse partendos, secundum traditionem d. S. his consequenter, voluerunt ibidē Bald. Aluarot. Præpos. & Afflct. qui n. 2 5. Authorem huius sententiae citat Iferniam, Iason etiā, & Socc. in d. l. diuortio, utriq; nū. 9. & Ancha. sibi cōtrarius cōf. 1 0 0. num. 5. & secundum hanc ultimam opinionem Bald. reperio iudicasse Regiam Cameram die 22. Augusti 1 3 8 9. referēte Domino Io. Francisco de Ponte tūc Præside, demūm in Italico, ac Neapolitano Collaterali Consilio Regente, Morconi Marchione, Viro omni laude dignissimo, qui sponte meliorem partem fecutus se abdicauit, deposito Magistratu maiori, vt de Silia olim dictum fuisse acceperimus.

Deniq; ad huius materiæ di-
1 5 1 lucidationem meminisse Nos
oportet ex magis recepta Scri-
bentium traditione huic fructuū
diuisioni locum esse tantum,
quando ob lineam finitam feu-
dum ad Dominum reuertitur,

secūs si illud capiat ob delictū,
ac culpam ipsius feudatarij, quo
casu omnes tructus ad Dominū
cum feudo ipso pertinere, vo-
luerunt Bald. & Præpos. in cap. 1.
An Agnat. Martin. Laud. & alijs
citati per Tiraq. in d. S. s. glof. 4.
num. 3. in fin. & Couarr. prædicto
cap. 1 5 .nu. 4. & Barbos. ubi supra
num. 1 6. Qua in re illud adnota-
re libet, frustra hanc questionē
proponi, quando feudum ex ta-
li delicto confiscatur, quod om-
nium bonorum publicationem
importaret: tunc enim clarum
esset, hos fructus ad Dominū
spectare, sicut omnia alia bona
ipsius delinquentis: vndē dispu-
tationi locus esse potest, quando
feudum solum, & non alia bona
confiscari contingit.

Vltimò sublimitabitur prima
8 5 2 hæc à Nobis proposita limi-
tatio in meliorationibus per feu-
di possessorē factis, quæ de per-
se consistere possunt, nām super
illis, vel eorum extimatione cre-
ditores agere possunt, quia non
pertinent ad dominum directū
feudi; ita est Tex. insignis in c. 1.
§. è contrario, de inuestit. de re alien.
fac. ubi notant hoc Omnes, qui-
bus addi possunt egregia relpō-
sa Alciati, Cotta, & Mandelli,
quæ habentur inter ipsius Man-
delli cōsilia cōf. 2 0 9. cum duob. alijs
sequentibus editis in causa credi-
torum Ducis Mediolani, quan-
do illa Prouincia ob lineam fi-
nitam redit ad Serenissimum.

Carolum V. Cesarem , nec etiā ut id obiter dicam , est prætermittendum , meliorationcs huiusmodi hoc casu non secundū id , quod impensum est , sed secundū earum valorem esse extimandas , secundum quod iudicauit Regia Camera , in causa D. Violantis de Sangro hæredis Pardi Pappacodæ , cum Regio Fisco , ut meminit *Dominus Reg. Moles in tit. de iure devolutionis* , q. 4. vers. verum , & decretum latū fuit die 26. Aprilis 1572. facta relatione in Collaterali Consilio : ad quod videnda sunt , quæ copiosè attulit *Andr. Facchin. controv. iur. d.lib. 7. c. 93. per tot.*

Secundo , coarctatur regula 153 (superiùs firmata,) ut quamuis Fiscus teneatur satisfacere creditoribus , nō tamen possint ipsi creditores impedire quò minus bona Fiscus capiat , & sibi incorporet , nisi sint contradictores habentes dominium , vel possessionem ipsorum bonorum ; ita egregiè docuit Tex. in l. fin. infra , de bon. vacant. vbi omnes Interpretes hoc notant , & in l. si marito , sol. matri . & alij , quos recenset Corrad. in sua pract. crimi. in tit. de publ. bono. num. 9. & Farinac. in l. pè citato cap. 25. n. 116. vers. amplia secundo . Hinc forte 154 ortum habuit dispositio Capituli huius Regni Neapolitani , quod incipit Dudum , alias , ex præsumptuose , quo cauetur , mortuo feudatario sine descendantibus , si-

quis se succelsorem prætendat , qui non claro , & aperto iure ad ipsam successionem vocetur , feudum loco sequestrī pœnes Fiscum ponendum esse ; quod *Capitulum* habere locum in feudalibus , dicit ibi *Bartholom. de Capua* , sicut in burgensaticis *Titul. de bonis vacantibus* , itaut sicut incorporationem bonorum vacantium non impediunt creditores , qui possessionem , vel dominium non habent , ita successores , qui expeditum , & apertū ius non habent , minimè impedire possunt , quin Fiscus per annum teneat feudum loco sequestri , quo elapsa possessionem plenam nanciscatur , nec nisi de dominio postea disceptari possit ; quamvis non me lateat , *Luc. de Penna in l. defensionis facultas* , supra , de iu. Fisc. col. 3. vers. constitutis dixisse , illud *Capitulum* sumptum fuisse à Tex. in l. apud Julianum , ff. de iur. Fisc. prout etiam arbitratus fuit *Affl. dec. 196. in fi.* 155 Aduertendū tamen est , quod non sola possessio sufficit ad impediendum sequestrum inducētum ex illo *Capitulo* in beneficium Fisci , nisi cum possessione adsit Titulus , vel Regius assensus ; vt optimè censuit Senatus Neapolitanus in dec. *Affl. 197.* cum alijs , quæ cumulat *Doctus Causarum Patronus Octavius Bamacarius in repetit. tit. si de feud. defunct. milit. contr. q. 2. nu. 50.*

Tertio , ad restrictionem prin-
cipia-

cipalis regulæ superius positæ,
 156 obseruandū est, Fiscum ad one
 rum solutionē minimè teneri,
 quando bona sibi delata alteri
 concessit; tunc enim nō ipse, sed
 concessionarius conueniendus
 erit, *Tex.* est adhoc insignis in *l.*
Princeps bona, ff. de verb. sig. cuius
 verba sunt hæc: *Princeps bona cō-*
cedendo, videtur etiā obligationes cō-
cedere, actiuas scilicet, & paſſiuas,
 ut post *Accur.* ♂ *Rebuff.* Alij ibi
 interpretantur. Idēq; erit si non
 bona, sed hæreditatem, aut patri-
 moniū, aut facultates Titij *Prin-*
ceps Mœuio concedat, l. nā quod,
§. fi. cum l. seq. ad Trebell. Bart. in l.
Quintus, quæ est secunda, in §. ar-
gento, ff. de aur. ♂ arg. legat. Crauet.
conf. 139. nu. 3. & obſeruauit Re-
buff. in d.l. Princeps, col. 3. vers. ♂
hæc, quæ tamen ita demū proce-
dēt, si vel integra bona, vel quo-
ta ipsorum pars dono dentur,
 secūs si aliqua bona speciatim,
 & nō sub nomine portionis do-
 nata fuerint, per *Tex. in l. 3. sup. de*
ſent. paſſ. & per ea, quæ diximus
 superius in prima ampliatione
 huius regulæ. Nec solū Fiscus cō-
 cedendo bona alteri, remanet li-
 beratus à solutione debtorū, sed
 si hæreditatem, vel bona ad se
 delata vendat, nō ipse, nisi in sub-
 fidium, sed empor creditoribus
 respōdere tenebitur, ex egregia
Cōſtit. Seueri, ♂ Antonini Cæſar.
in l. 1. sup. de hæredit. vel actio. ven.
 Idemq; respondit *Iurecons. in l. eius*
 qui bona vacantia, *ff. de iur. Fisc.*

quod Filco, speciali priuilegio
 tributū fuit (vt ibi notant *Omnes*
DD.) quia aliās priuati hæreditatē
 vēdentes, non liberātur, sed ipsi
 recta via à creditoribus conue-
 niuntur; quāuis actionē ipsi ha-
 beant conueniendi emptores, vt
 inquit *Tex. in l. 2. supra, de hæred.*
vend. Idemq; erit, si priuatus nō
 vendat, sed donet hæreditatem,
 nām non donatarius, sed donās
 cōuenietur, qui actione preſcri-
 ptis verbis recuperabit à dona-
 tario id, quod toluerit, *Tex.* est ad
 hoc apertus in *l. hæreditatem, ff. de*
donat. vbi oēs *Interpretes* hoc fir-
 mant. & etiam in *l. ēris alieni, sup.*
ead. tit. de donat. vbi *Salyc.* meliūs
 cæteris distinguendo materiam
 declarauit.

Quarto, Fiscus minimè tenebi
 157 tur satisfacere creditoribus,
 quando bona ad eum delata nō
 sufficeret, nā ultra vires iplorū,
 non tenebitur. satisfacere credi-
 toribus, ēt non confecto inuēta-
 rio, ex cōmuni *DD.* traditione,
 de qua *Bart. in l. 1. §. an bona, ff. de*
iur. Fisc. & alij congesti per *Rol. à*
Valle in tract. de inuēt. q. 17. n. 3. &
 per *Iul. Clar. in §. fi. q. 78. vers. unū*
ſcias, ♂ Pereg. de iu. Fisc. lib. 4. tit. 3.
n. 25. Anchar. Regiēs. in queſt. fami-
liaribus, p. 2. q. 25. & nouissimè p
Farinac. in d. q. 25. n. 183. Satis in
 158 controuersum est, quādo Prin-
 ceps, vti quilibet priuatus ex te-
 stamento, vel ab intestato alicu-
 ius bona capit, an non confecto
 inuentario, ultra vires hæredita-

rias teneatur? & ipsū teneri voluerūt *Iul. Roma. et Alex. in Rub. ff. de acqu. hered. Ias. in l. fi. in princ. sup. de iur. delib. Ang. in l. 1. §. hęc stipulatio, ff. si cui plusquā per leg. falcii.*
@ in l. 2. sup. ad l. Iuliā de vi publi. cum alijs relatis per Rol. in tract. præcit. p. 1. q. 1. n. 6. & per Sebast. Monticulū in tract. etiam de inuent. p. 1. q. 5. n. 10. Contrariꝝ verò tentiæ defensores fuerunt Bar. in d. l. 1. §. an bona, ff. de iu. Fisc. & Bal. in Letiam ad l. falcidiam, cum ijs, quos adduxit Gui. Pap. dec. 333.
@ 171. @ Pereg. de iur. Fisc. li. 4. tit. 1. n. 3. Accedit in hac controuersia tertia opinio, quam inter duas (superiùs recitatas) induxit quasi mediā Phanuc. de Phanu. in tract. de inuent. in 3. p. nu. 3. vers. secundo quārā, volens, Principē teneri vlt̄a vires, non confessio in uentario, sed ad illud confidendum restitui. Puto, cūm casus emerserit, esse cogitandum.

Quinto, cessabit regula nostra 159 in casu satis notādo. Nām non solūm (vt superiùs firmatū est) Fiscus vlt̄a vires honorū nō tenebitur, sed ēt, si supersint bona, & ipse ceperit satisfacere credito ribus, poterit (si velit) bona semel agnita, & incorporata repudiare, & eximere se à nexu obligatiōis, ex priuilegio, de quo in Tex. in d. l. 1. §. an bona, ff. de iu. Fis. sīm senlum ab *Accurs.* & alijs ibi magis communiter traditum, & præcipue per *Aretin.* in l. 1. §. fin. col. 2. ff. de acq. poss.

Sexto principaliter ad restrictionē eiuldē regulę, animaduertēdum est, Filcum ad debita exoluenda teneri, non aut̄ ad usuras, ex peculiari priuilegio, de quo *Iurec. in l. cū quidam, §. Fiscus, ff. de usur. si m̄ usuræ illæ cū defuncto (cuius bona Fiscus accepit) currere cōpissēt, tūc ad illas tenebitur, vt in eo. §. Fiscus, @ in l. 2. inf. de usur. Fisca, sed in dubiū reuocatum est, quomodo hoc sit intelligendum? Bal. in d. §. Fiscus videtur sentire, quod si agimus de usuris debitibus ex pacto, tunc indistinctè Fiscus succedens teneatur, & prò ip̄e præterito, & prò ip̄e futuro; sī autem agatur de usuris debitibus ex mora, Fiscus soluere debeat tātum usuras decurlas pro ip̄e Authoris sui, non autem pro ip̄e suo, & ita etiam videtur esse de mente Ang. ibid. & latè firmat *Alban. cōf. 19. n. 17. cū seq. Pereg. de iu. Fisc. li. 6. ti. 7. n. 4. @ Fab. de Ann. cons. 93. vol. 2. n. 5.**

expendentes ad hoc Tex. eundē in d. §. Fiscus, in vers. si debitores, vbi *Paul. Iurecons.* ait: *Si debitores, qui semiſſibus prætabant usuras, Fisci esse cōperint, postquam ad Fiscum transfierint, semiſſes cogendi sunt præſtare.* Sicut ergo Fiscus priuato succedēs, prò tempore suo videtur priuilegio proprio, non exigendi usuras minores semiſſe; sed prò tēpore Authoris sui, exiget minores, sicut exigebat Author: sic ēt in solutione usurarū videtur dicendū, vt prò suo

tem-

tempore ex mora nō teneatur, cùm differentia constitui recte non possit inter vtrumq; casū. Sed antequam hinc discedamus, non est omittendum. *Peregrinum*, Virum aliqui doctū, allucinatum fuisse, dūm dixit, hanc quæstionem esse superfluam, cùm usuræ istæ morosæ sint hodiè improbatæ, ac exigunt non possint, nec à Fisco, nec à priuato. Hoc enim verum non est; quia illæ tantum usuræ sunt illicitæ, quæ lucratiuæ vocantur, ac improbum fœnus verè dici possunt; illæ autem, quæ in emendam damni, ac eius, quod alterius interest recompensam soluuntur, sicut sunt usuræ, quæ ob moram debentur, omni iure Ciuali, Canonico, ac Diuino exigi posse, certum est, ex communione *Omnium sententia*; & nè in re clara diutiùs immorer, satis erit citare *Lupum in repetitione l. curabit*, *supra de action. empti.* qui *Omnis* accuratè recenset in §. 6. à num. 1. cum seq. Præterea animaduertendum est, priuilegium prædictum Fisci, ut ad usuras non teneatur ex d. §. Fiscus non egredi suos fines; loquitur enim ibi *Iureconsultus* in usuris debitibus ex mora, ut *Omnis* ibi notwithstanding, & verba eiusdē Tex. aperte declarant; vndè non est extendenda eius dispositio ad usuras, quæ in recompensam fructuum deberentur, cuius rei exemplū sumetur ex d.l.curabit, de act.em-

pt. Tenebitur enim Fiscus ad eas prestandas, quia cùm in hoc expressè nō reperiatur priuilegiatus, cessante in hac specie dispositione d. §. Fiscus, vtetur iure cōmuni, quo cœteri omnes l. idem, ff. de compens. l. cùm vitiosæ, ff. de pignor. l. iustas, supra, de iur. Fisc. quod obseruarunt Omnes Scribentes relati per *Peregr. de iur. Fisc. lib. 6. tit. 1. Surdus decis. 1 3. num. 1. Magon. decif. Lucens. 5 8. num. 2. Andr. Gayll. obseruat. lib. 1. obseruat. 9 0. num. 2.* vt latius dicam in explicatione Tituli de Usur. Fiscal.

Vlteriūs (& erit septima limitatio) aduertendum erit, Fiscū non teneri indistinctè ad omnia debita exoluenda, sed si is, cuius bona publicantur, in diuersis Prouincijs bona habeat, & debita, sicut quilibet Fiscus, bona in eius ditione existentia occupat, vt latè per *Scribentes in l. 1. sup. de Sum. Trin. & Fid. Ca thol. &c in c. postulaisti, de foro comp. in c. cùm secundum, de hereticis, iuxta opinionem, quam dicit cōmunem Brun. conf. 3 1. feud. n. 1 s. & magis cōmunem Rol. à Vall. cōf. 7 8. n. 1 4. li. 2. & (lar. §. fi. q. 7 8. nu. 27. & Dom. Card. Tusc. in suis pract. concl. lit. C. concl. 7 2 a. nu. 1 s. Ità etiam debita, quæ in dictis Prouincijs is, qui damnatus fuit contraxit, soluere tenetur quilibet Fiscus, quasi diuersa sint patrimonia, ità ex Pet. & Cyno firmant Bal. Ang. & Imol. in L. ex faeto, quæ est secunda, ff. de her. inst.*

Alber. in l. 2. n. 3. ff. de capit. dimin. et in l. fideicommissu, §. tractatū, nu. 3. de iud. Ang. de malef. in vers. et eius bona publicamus, n. 9. *Alex.* cōf. 31. lib. 1. nu. 9. quod est repetitū vol. 4. conf. 91. *Paul.* *Castr.* cōf. 9. vol. 1. & conf. 209. vol. 2. cū alijs enumeratis p *Tiraq.* de iur. primog. q. 35. n. 31. *Peregr.* de iur. *Fisc.* li. 5. ii. 1. nu. 144. & *Farin.* in q. 25. n. 173.

Sed circa hanc materiam aliqua sunt introspicienda, vt clarè pateat, ac ordinatim tractetur.

Prima erit inspectio, an quilibet Fiscus indistinctè debita sua Prouinciae agnoscere debeat, vsq; ad ipsorum integrum valorem, vel si in alia ditione assūt bona maioris valoris minus onerata debitibus, sint omnia bona, vbi cumq; existentia extimanda, & postea onera diuidenda pro rata bonorum? & quod diuisio, ac satisfactio debitorum, nō respectu locorū, sed valoris bonorū sint facienda, voluit *Guliel.* de *Cun.* in d. l. 2. ff. de capit. diminut. vbi *Alber.* num. 3. *Alex.* d. conf. 31. vers. unde reperio, *Iacob.* in tract. de *Roydis.* n. 19. vers. actiones, *Ias.* cōf. 17. vol. vlt. *Tiraq.* de primog. q. 35. nu. 31. & *Peregr.* de iur. *Fisc.* in loco paulò antè citato, et *D. Card.* *Tusc.* in *præall.* cōcl. 720. n. 26. Ex aduerso *Bal.* (qui suę opinionis Authores nominat *Pet.* & *Cyn.*) opinatus fuit, quemlibet Fiscum debita sui Territorij agnoscere debere, quā tacumq; sint, sequitur predictos *Aug.* de *Arimi.* ad *Ang.* in tract. de

malef. in vers. & eius bona publicamus, nu. 9. *Paul.* *Castr.* in d. conf. 9. cui *Ant.* de *Rosell.* se subscriptit *Ruy.* cōf. 48. vol. 3. n. 2. *Rol.* à *Vall.* de dote, q. 20. nu. 9. *Farinac.* d. q. 25. n. 173. Et quidem hęc mihi ve- rior opinio videtur: nihil enim hi Fisci diuersorum locorū, ac diuersorum Dominorū inter se cōmune habent, adeò, vt si vnuſ repudiet bona sui Territorij, nō per hoc alteri accrescent, vt fir- mant, vlrà *Bal.* & alios, quos su- periūs citauimus, idem *Bal.* in l. vnicā, supra, quando non petentium par. & *Igneus* in l. recusare, n. 31. ad *Syllan.* & sicut vnuſquisq; capit ex iuris dispositione bona sui Territorij, ita' pro æqualitate ser uanda agnoscere debitata tenebi- tur, vsq; ad concurrentem valo- rem ipsorum bonorum, alias absurdum maximum sequere- tur, quod in Fiscum transirent indistinctè omnes actiones acti- ux, quia quātacūq; essent credita illius, cuius bona publicata sunt, possent exigere; actiones verò passiuæ, non nisi pro rata bono- rum essent in Fiscum dandæ.

Secunda erit inspectio, supposi- ta pro cōstanti, ac vēra opinio- ne *Bal.* quod quilibet Fiscus indi- stinctè onera sui Territorij sub- stinere diebeat; an si creditor hy- pothecā habens vti velit priuile- gio electionis sibi à iure cōces- so, per *Tex.* in l. creditoris arbitrio, de distract. pignor. cum simil. & omissio Fisco suę Prouincię age-

re contra alium Fiscum alteriusditionis, possit nè repelli ab eo, itaut velit, nolitue, teneatur aduersus Fiscum suæ Prouinciaæ experiri? *Imol.* in d.l. ex facto, nu. 17. *¶ in cons. suo 3 s.* opinatus est, hoc creditoris arbitrio relinquēdum, & reprehendit *Cyn. Bald.* *¶ Angel.* *ibidem*, qui contrariū tenuerunt; assignat autem elegantem rationem, quia non potuit debtor delinquendo creditoris sui deteriorem conditio-
nē facere, quia alteri per alterū iniqua conditio inferri non potest, *l. non debet alteri, ff. de regul. iur.* *Imole* verò adstipulatus fuit *Ancharan. Regiens.* q. 2 s. nu. 5 p. 2. verùm aduertendum est *Cyn. Bald.* *¶ Angel.* non esse in contraria sententia, quia hanc speciem non tractarunt, sed solùm disputatione, quemlibet Fiscum, ad onera suæ Prouinciaæ teneri, & sic quid iuris esset inter duos Fiscos, non autem quid agendū, creditore experiri volente. Sed aduersus *Imol.* cenuit ex professo *August. Arimin.* in *Addit. ad Ang. d. nu. 9.* dicens, hoc communiter teneri, prout etiam dicit *Clar. in d. quest. 7 8. vers. ulteriùs*; addens hoc sèpiùs fuisse (dum casus occurreret) per Senatum Mediolanensem declaratum, dicens aliàs magnis fraudibus locum dari posse, quia omnes creditores, vt suo Principi placerent, relicto Fisco suæ Prouinciaæ, aduersus alium experientur. Sequitur

hanc eandem opinionem *Hora- rat. Carpan. ad Cap. Mediol. de iur. Fisc.* quod incipit: *Omnium, nu. 144. cum seq.* referens ità iudicatum pluries fuisse *Farinac. dict. q. 2 s. nu. 17 3.* dicens ipsam com- munem, & ab ea Ego in iudicādo non recederem, nè fraudibus via aperiretur.

Illud tamen apud *Omnes in 164* confessò est, nec vidi contradicentem, quod si bona vnius Territorij creditoribus illius stationis non sufficerent, possent agere aduersus Fiscum alterius Territorij, qui hoc casu ad prædicta omnia onera teneretur, & ità firmant omnes *Scribentes*, supra citati, & alij, quos cumulat *Alex. Raud. in tract. de Analog. cap. 33. num. 26.* nec in hac materia omittenda est insignis decisio *Bartholom. Caffan. in Consuet. Bur- gund. rub. 2. §. 1. in Tex.* *¶ appar- uenent. num. 3 s.* quod si sunt duo Condomini iurisdictionis, prò inæqualibus partibus, bona confisca esse diuidenda pro rata Territorij, & iurisdictionis, & sic etiam pro rata Territorij agnoscere debita prædicta.

Octauo, non erit locus supra-
165 dictæ regulæ, edictis propositis, quæ *Proclamata*, nonnulli alij Italico nomine *cridas* appellant, quibus admonétur omnes ius aliquod sibi super hæredita- te, quam Fiscus sibi capit, habere prætendentes, vt intra termi- num aliquem compareant, aliàs

non audiantur ; tunc enim (eo tempore elaplo) creditores ultrius non admittuntur , neq; Fiscus eis tenebitur , prout aliquibus in Prouincij, præsertim in Mediolanensi statutum legimus , exemplo sumpto ex l. diffamari , supra, de ingen. & manumis. quantum attinet ad statuendum tempus, infra quod creditores agere valeant . Quò vero ad exclusiōnem non comparentium, ex l. si eo tempore, supra, de remiss. pignor. & ex l. locorum, infra, de omn. agr. de- serio, prout examinant latissimè Boſſ. in tit. de proclamate, per totum, Odd. ſfort. de restit. in integr. par. 2. q. 47. art. 3. nu. 15. & Alex. Raud. in tract. de Analog. quæſt. 33. in nono dubio, vbi multa egregia dicit, & præsertim, edicta huiusmodi, niſi iuris municipalis authoritate fiant, non posse aliquo pa-eto fieri Iudicis præcepro , qui ius alterius minimè tollere po- test, citans quamplures authori- tates, quas non transcribo .

Hæc autem edicta non nocet 166 ijs creditoribus, qui extra Pro- uinciam sunt, Fēderic. Senen. con- fil. 153. Alex. conf. 31. num. 5. lib. 5. cum alijs , quos cumulat Bouius in tract. de statutar. urbis præscri- pt. glof. 19. num. 295. per Texan cap. cūm in tua, qui matrim. accus. poſſunt , idq; ſumma cum ratio- ne, quia vox præconis paucis in- noteſcit Auth. At qui ſemel. quom. & quando Index ; Quibus con- ferunt dicta per Dom. Consil. Ro-

uitum in pragmat. 8. de extractione animal. per totam, neq; etiam iu- uabunt edicta ita , data mala- fide; nām ſi Fiscus ſciēt verè ali- quem eſſe creditorem , non erit aduersus eum ſecurus; ita Abbas in conf. 77. vol. 2. Alciat. in cap. pla- cuit, num. 6. de præscriptio. num. 6. Boſſ. in d. tit. de Proclamate ſimiliter num. 6. Balb. in tract. de præscript. par. 2. tertia par. q. 14. num. 4. Plot. in repet. l. ſi quando, ſupra, unde vi, in vers. crida, Carpan. ſuper ſtatut. Mediol. cap. 464. vers. & earum contradiction. & ratio eſt , quia etiā in ſtatutaria præcriptione requiritur bona fides, vt notant Canon. in e. ſi diligenti. & cap. fin. de præscript. Dabitur autem aduer- 167 ius huiusmodi edicta restitu- tio in integrū in omnibus cau- ſis, in quibus à iure datur, Paul. Caſtr. in l. ſi ſic, ff. quemadmod. ſeru- amitt. Cæpoll. de ſeruit. urban. præd. cap. 24. Imol. in repetit. cap. fi. de præ- script. Dehiq; aduertendum eſt 168 ad verba , quibus edicta hæc concipiuntur; quia ſi lex iubet , vt creditoribus non comparen- tibus, nullum ius ſuperſit, & ſub hac forma proclamata cōcipiā- tur , actio prorsus erit extincta, atq; ſublata ; ſi verò dicatur, ip- ſos non eſſe audiendos, non pe- rimitur actio, ſed ope exceptio- nis eliditur, vt perbellè notat Fē- lyn. in cap. ad aures, de præscriptio. num. 4. Ex quo duo deducuntur magnæ utilitatis . Primum eſt, quod quando actio non eſt ex-

tincta, sed tantum exceptio excludens à limine iudicij conceditur, si Fiscus soluat creditori, non habet soluti repetitionem, quia indebitum non soluit, cùm actio non sit sublata. In alio verò casu, quando est perempta ipso iure, poterit vti indebitum condicere, vt declarat *Fæly.* ubi supra, ex *Bart. in l. f. ff. rem rat. hab.* & ex *Abb. in d. cap. ad aures.* Secū 169 dum est, quod si debitor principalis fuerit à Principe restitutus, non poterit molestari, actio ne sublata, secus in casu diuerso, quando solùm exceptio competit, cùm Fiscus solus ea tueri se poterat; ipse autem ea non vtertur: ità firmarunt *Anguissola cōf.* 10. & *Sfortia Odd.* in loco paulò ante citato, contra *Boſſ. in d. tit. de proclamat. num. 15.* quæ *Boſſij* sententia pro nunc magis mihi placet, sed amplius cogitandum relinquo.

Non autem est omittendum, 170 quod quando agitur de bonorum vacántium incorporatione, forma à *Scribentibus* tradita, secundum iuris communis dispositionem, est, vt edicta proponantur, quod omnes successionem prætendentes in termino aliquo compareant, alias nō audiantur, vt docuerunt *Odefr. Angel.* & *Plat. in l. fin. infra, de bon. vacan.* quo tempore elapso Fisco perfectè bona acquiruntur, *Bartol. Alex.* & alij, in *l. Sanci mus, §. cum autem, num. 3.* supra, ad

Trebell. Franc. Aret. in cons. 87. circa finem, Affl. in tit. qua fini regalia, in vers. bona vacantia, qui dicit ità seruari hic Neapolii, vbi Ecclesia Sanctæ Restitutæ, ex Regis priuilegio, capit bona interfectorum sive hereditibus decedentium.

Nona traditur limitatio, vt *Fi-* 171 *scus non teneatur soluere,* quando à creditore defuncti tertius bonorum possessor conuenit; non enim poterit possessor contra ipsum excipere, vt agat aduersus Fiscum, ac ipsum priùs discutiat, sed creditor pro suo arbitrio possessorem conueniet, etiam non excusso Fisco: ità egregiè consuluit *Ancharan. cons. 317. in fin. & latius in consil. 394. num. 2.* vbi iactat se Authorem huius opinionis, quam ex eo fundat, quod Fiscus non sit hæres, sed bonorum possessor tantum, & ideo contra eum non esse faciendam discussionem statuit, sicut nec cōtra alios possessores, sequitur *Ancharanū Abb. in cons. 29. vol. 2. num. 4.* dicens, Fiscum non debere esse deterioris conditionis alijs bonorum possessoribus, & huic etiam sententiae subscripsit *Bartholomaeus Soccin. cons. 46. vol. 4. nu. 21. vers.* & si contra hoc diceretur. Contrariam verò amplexati sunt sententiam idem ipse *Anchara.* sibi contrariis in *consil. 322. num. 2.* & ante eum *Bald. cons. 192. vol. 2. num. 5.* quamvis in *cons. 359.*

num.

num. 8. lib. 3. dicat le optare super
hoc audire aliorum opinione,
& pro hac etiam parte steterunt
*Cuman. conf. 32. in fi. & Corn. con-
sil. 190. vol. 4. n. 1. Fulgos. Castren.
Roman. Decius, & Ias. in l. fin. ff. si
cert. petat. Calcan. conf. 68. Roman.
conf. 93. Negusan. de pignor. par. 8.
memb. 1. num. 15. Plot. inter consilia
criminalia conf. 130. vol. 1. nu. 83.
& hanc magis communem di-
cit Crauett. conf. 263. num. 7. vti
etiam affirmant Anton. Gabriel.
lib. 3. commun. opin. tit. de fideiussor.
concl. 1. in princ. & Farinac. de de-
lict. & pænis, d. quest. 25. nu. 177.*

DE FISCALIBVS Vſuris. Tit. VIII.

IMPER. ANTONIN.

A. ANTIOCHIO.

LEX PRIMA.

Eius summæ, quam ti-
bi pœnæ nomine inflictā
probaturus es, Vſuræ nō
exigentur, nec enim mul-
ctā tibi Procurator meus
irrogauit, vltra quām pla-
citum est: sed pœnam te
iussit inferre.

IMPER. ALEXAND.

A. VICTORINO.

LEX SECUNDA.

Si sub pignore creditū
fuit, etiam Fiscus, qui suc-
cessit in locum debitoris
vſuras, præstare oportet,
si eas dependi, saltim pa-
cto placuit.

IMP. IVSTINIANVS

A. MENNAE PRAEF. PRAET.

LEX TERTIA.

Fiscum etiam nostrum
parere Sanctioni nostri
numinis iubemus, per
quam vſq; ad dimidiam
centesimæ vſuras stipu-
lari creditoribus, exceptis
certis personis permisi-
mus: vt ipſe etiā Fiscus,
vltra dimidiam centesi-
mę partem, à debitoribus
suis minimè exigat, siue
principaliter promiserūt;
siue à prioribus suis cre-
ditoribus actiones ad eū,
quocumq; modo deuolu-
tæ sunt.

SVM.

S V M M A R I V M .

- 1 *Usura* latine, quid significat.
- 2 *Usura*, loquendi consuetudine, lucrum dicitur.
- 3 *Usura*, unde dicatur.
- 4 *Fænus*, unde dicatur.
- 5 *Usura* centesima, qua.
- 6 *Exactio supra usuram*, centesimam fieri non potest.
- 7 *Usura*, ex Iustiniani Constitutione, ad quam rationem exigi potest.
- 8 *Fiscales usurae*, qua.
- 9 *Usura*, quæ Fisco sunt prestanda.
- 10 *Fiscus in exactione*, & solutione usurarum, vitetur iure priuato.
- 11 *Tituli continuatio*.
- 12 *Debitor Fisci ex causa pœne in mora constitutus*, non cogitur prestare usuras.
- 13 *Usura usurarum* non debentur.
- 14 *Pœna pœna non adiicitur*.
- 15 *Constitutio ista procedit tam in pœna legali, quam conventionali*.
- 16 *Usura pararum*, quando sunt prestatae, vel non.
- 17 *Usura ad Fisci favorem in omnibus bonæfidei contractibus*, & ullis voluntaribus currunt sine interpellatione, etiam certa solutionis die non adiecta.
- 18 *Idem in minore, & in Ecclesia, ac Republica*, quod quomodo procedat, n. 19.
- 20 *Fiscus pro pœna num habeat tacitam hypothecam in bonis delinquens?*
- 21 *Fiscus succedens priuato, ad usuras prestandas tenetur*.

- 22 *Conclusio, quod priuiliatus succedit priuato, illius iure vitetur, quomodo procedit*.
- 23 *Emphyteuta priuati ob non solutionem Canonis per triennium, cadit à iure suo, & quid si medio tempore successit in dominio Ecclesie.*
- 24 *Præscribere incipiens contra priuatum, si in re illa succedit Ecclesia, quod tempus requiritur ad præscriptiōnem complendam.*
- 25 *Tempus, quod requiritur ad præscribendum contra Ecclesiam.*
- 26 *Præferri, quis debet in concursum duorum priuiliatorum.*
- 27 *Priuilegium minoris est potentius priuilegio Macedoniani, & Velleiani.*
- 28 *Ecclesia, an vitatur priuilegio contra aliam Ecclesiam.*
- 29 *Fiscus, an sit prius discutiendus, quam eius fiducijsor.*
- 30 *Fiscus usuras ultra modum debitas non exigit.*
- 31 *Fiscus succedens priuato, qui soluebat usuras maiores, non soluerit nisi semisses.*
- 32 *Fiscus in Regno non soluit usuras, nisi ad rationem septem pro centenario.*
- 33 *Vniuersitates in Regno non soluunt usuras, nisi ad rationem septem pro centenario.*
- 34 *Constitutio Nicolai Quinti inserta in pragmatica de Censibus, refertur.*
- 35 *Constitutio Nicolai Quinti seruat in omnibus Regnis Regis Catholic.*
- 36 *Usura, siue census ex Constitutione*

- Nicolai exiguntur ad rationem decem pro centenariis.
- 37 Contractus, an sit nullus, si supra decem pro centenario usuræ stipulatae sint in venditionibus annuum introitum, vel tanquam excessuus moderandus.
- 38 Usura si fuerint stipulatae ad rationem decem pro centenario, & inde per triennium fuit facta exactione ad rationem septem, videtur à primo pretio recepsum.
- 39 Lex 2.C. de rescind. vend. non habet locum in contractibus annuum introitum.
- 40 Facultas redimendi in contractibus annuorum reddituum, quæ vi gare Nicolai Constitutionis, requiritur, an ad certum tempus restrin gi potest?
- 41 Usura committitur in mutuo, quando inter datum, & receptionem adest inegalitas.
- 42 Bulla Pij V. super forma census, in Regno non est recepta.
- 43 Tertia soluta, an possint ponи in capitali?
- 44 Numeratio pecunie, an interuenire debeat in contractibus annuorum introitum.
- S**uram latinè, & priè usum, cuiuscunq; rei desiderari, apud Eru ditiores omnes constat, vnde, & Latini usurariam vxorem dixerunt, pro usuaria, id est qua quis, pro uxore vtitur, sic Plau. in Amphytrione scripsit. Aliquando

verò usuræ nomine id, quod ex usu alicuius rei, tanquam fructus accrescit, designatur, iuxta illud Cicer. in lib. de Senect. Terra nunquam sine usurâ reddit, quod accipit. Consuetudine tamen loquendi effectum fuisse, ut dicetur quæstus, siue lucrum, aut incrementum, quod ex mutuo, siue ex vi mutui intenditur, vel recipitur supra id, quod mutuo datum est, sic Molin. de iustit. & iur. tract. 2. disput. 303. & Azor. institut. moral. p. 3. lib. 4. c. 1. lit. B.

Dicitur usura ab usu, ut cultura à cultu, & mercatura à mercatu, Molin. loco citato, lit. A. Fœnus etiam nuncupari solet, quasi foetus, partus, ac fructus rei mutuo datæ, quamvis alij deriuant fœnus à fundo, vel à verbo fero, ut ex mente Aret. notauit P. Salas in tract. de contract. in tit. de usur. dubit. 1. Alias denominaciones, & deriuationes habes pœnæ eundem Salas, & DD. supra relatios.

Maxima, & grauissima usura centesima est, l. Tutor, qui repertorium, §. pecunia, & §. idem solent, ff. de admin. Tutor. l. fin. supra, de re iud. quæ autem illa sit, variarunt Antiqui, videndus tamen Alcia. in l. 1. §. si quis simpliciter, in princ. ff. de verb. oblig. quo loci fatetur esse ad rationem duodecim pro centenario, sequitur Groslot. in repet. l. lecta, num. s. ff. si cert. petat. cum quibus pertransit Praes de Franch. decisio. 21. circa finem.

Supra hāc vñram, ex quibū
 cunq; causis, nequè exigere, ne-
 què stipulari alicui licet, vt pro-
 pterea rectē ea diceretur maxi-
 ma, quarē in traiectitijs pecu-
 nijs, cūm grauissimæ fuerint u-
 suræ constitutæ, ob negotij pe-
 riculum, l. s. ff. de naut. fænor. non
 tamen centesima excedi potest,
 ex Justiniani Constit. in leos, sup. de
 usur.

Cœteris autem casibus, statuit
 7 Justinianus ipse, minores stipula-
 ri, aut exigere usuras, vt trientes,
 semisses, besses, que ita dicuntur,
 habito respectu ad centesimā,
 quæ constituit assēm usurariū,
 vt explicat eleganter Budeus I.
 de aſſe, neq; tamē passim, & si-
 nè discrimine, omnibus, quas
 stipulari velint, aut exigere con-
 cedit, sed personarū distribuit
 conditiones, illustribus namq;
 personis trientes tantum conce-
 dit, Mercatoribus besses, inter-
 medijs personis semisses; vndē
 versus:

*Discant illustres stipulari posse trien-
 tes,*

*Ei Mercatores usuras querere bes-
 ses,*

*Quærere semisses possunt communi-
 ser omnes.*

*In traiectitia poteris centesima qua-
 ri.*

Hoc autem iure, nimirum me-
 dio, quod scilicet, ad usuras se-
 misses refertur, voluerunt Vete-
 res Fiscum uti, quæ Fiscales di-

cuntur usuræ, de quibus in pñenti
 Tit. & in his aliqua singularia
 constituta reperiuntur, veluti in
 contractibus bonæfidei, in qui-
 bus iure debentur usuræ, illæ
 quidem præstantur, iuxta Re-
 gionis morem in qua contractū
 est, l. 1. in princ. ff. de usur. modò
 besses, aut semisses non excedat,
 personarum habito respectu, &
 ideo si ex usu Ciuitatis minores
 debentur, quām besses, vel mi-
 nores, quām semisses, illæ erunt
 9 prætandæ, id verò in Fisco non
 procedit, nām illi semper præ-
 stantur semisses, etiam si ex Re-
 gionis more minores dari so-
 leant, l. cūm quidam, §. si debitores,
 ff. de usur. & infra latius dice-
 mus.

Quibus sic præmissis, obser-
 uandum erit cum Rebuff, Piscat.
 Garz. & Alijs hic, ex toto prælen-
 ti Titulo, ab Imperatoribus Anto-
 nino, Alexandro, & Justiniano co-
 pilato, illud esse constitutum.

10 Fiscum, in materia usurarum
 exigendarum, vel soluendarū,
 regulari, & censi eodem ipso
 iure, quo censentur, & regulan-
 tur priuati omnes, atque ideo (vt

11 optimè norat Piscat.) rectē hic
 adnectitur Titulus cœteris præ-
 cedentibus, in quibus quoad va-
 rias, & singulas materias, Fisci
 iura discutiuntur, & explican-
 tur, & sic ex prælenti Rubro,
 quod inscribitur De Usuris Fi-
 scalibus, scilicet tam in actuo,
 quām in passiuo sensu, & ex

ipsius

ipius nigro cōstare valeat, quāliter in Fisco non datur ius singulare, in usurarum materia, siue Fiscus prō usuris agat, siue ut reus cōueniatur; sic ergo, rubri huius verus est sensus, hecque vera ad præcedentes continua-
tio. Habes enim ex Tex. in l. 1.
Auctore Antonino, Fisci debito-
rem ex causa pœnæ sibi imposi-
tæ in mora constitutum, non
posse modo aliquo alstringi,
propter illam pœnam imposi-
tam ad usuras soluendas, & ea
est potissima ratio, secundum
DD. cōmuniter hic, quia, quem-
admodum usuræ usurarum nō
debentur, vt constat ex l. fin. sup.
de usur. & ex l. improbum, sup. ex
quib. cauf. infam. irrog. sic etiam
eadem æquitate visum est, non
deberi pœnarum usuram, cūm
illa certo modo quædam pœna
sit, l. cum quidā, §. si pupillo in fi. ff.
de usur. & equitas non patitur,
quod pœnæ pœna adiiciatur,
atq; ideo pœnarum usuræ non
debentur, sicque constitutum tra-
dit I.C. in l. fin. ff. de Magistra. con-
uen. Quam legis nostræ Cōstitu-
tionem, obseruant post Accurs.
hic Bar. & cæteri Omnes proceder-
re, & locum habere, tām in pœ-
na legali, quæ ab ipsa lege im-
ponitur prō Fisco, quām in pœ-
na cōventionali, ipsi Fisco pro-
missa. Hinc Ego dicebam, usur-
as duplicati releuij nō deberi,
quia duplicatio illa, pœna erat,
intelligit tamē Rebuff. circa fin.

legis 1. huius ut. Verum esse (quod
16 diximus) pœnarum usuras non
deberi in mera pœna, scilicet
cūm ex una parte sit lucrum, &
ex altera damnum, secūs verò, si
interesser illius, cui tribuēda est,
licet sit pœna quoad soluentē,
eo enim calu benè currunt
usuræ, allegat ad id Tex. in l. 1.
ff. de eo, per quem factum erit, & in
l. penultim. ff. nè quis eum, qui in ius
voc. est vi eximat, & probatur
in cap. finem litibus, vbi Abb. &
Canonist. cōmuniter, de dolo, &
contum. Boer. decis. 329. nu. 11.

Vt tamen in præsenti materia
Fisco fauimus, illud obseruan-
dū erit, nā etli regulariter, usu-
ræ non debeātur, neq; currant,
absq; protestatione, quando nō
est adiecta certa dies solutionis
fortis principalis, quæ pro ho-
mine interpellat, vulgata l. ma-
gnam, supr. de contrah. & comm.
stipul. tamē Fisci fauore, in om-
nibus bonæ fidei contractibus,
& vltimis voluntatibus, re ipsa.
absq; protestatione, & interpel-
latione, usuræ currere intelligū-
tur, Tex. est in l. 3. sup. in quib. cauf.
restit. in integ. non est necis. qui Tex.
18 licet loquatur in minore, fuit ta-
men iure extensus in Fisco, in
Ecclesia, Republica, alijsq; locis
miserabilibus, propter eorum
æquiparationem, Glos. quam sin-
gularem pro Fisco appellant
Omnes, signanter Bologn. ibi in l.
cum quidam, §. Fiscus, verb. infe-
runt, ff. de usur. Bald. in l. 1. supra, de

bis

his quibus, ut indig. Et in Authen.
hoc amplius, supra, de fideicom-
miss. Roman. in l. si ex legati causa,
ff. de verbis obligation. Ias. post
Nicol. de Neapol. in §. ex maleficijs
num. 31. 32. Et 33. Institut. de act.
Præfid. de Franch. decis. 16. in fine:
19 Hoc tamen intelligendum, quā
do Fisci, Ecclesiæ, Ciuitatis,
aliorumquè locorum miserabilium
debitores, legitimam ha-
berent personam, cui soluere
possent, alias secūs, per Tex. in d.
l. cùm quidam, §. si pupillo, vbi Gloss.
Bald. Salyc. & communiter Om-
nes. Paul. in d. l. in minorum, num.
3. & ibi Iacob. qui dicit hoc esse
notandum pro illius legis limita-
tione, quam Sacr. Consil. appro-
basse, refert Dom. de Franch. rela-
ta decis. 16. num. 1. Et 5.

Sed cùm de Fiscalibus poenis,
in l. 1. huius Tituli mentio sit,
20 quæri posset, an Fiscus, pro
poena sibi soluenda, tacitam ha-
beat hypothecam in bonis de-
bitoris delinquentis, sicut habet
à lege, pro quo quis alio credito?
Huius puncti nō parua est dif-
ficultas, diuersæq; in eo reperi-
untur sententiae, ut latè differi-
mus in Titulo præcedenti ex
num. 106. ad quæ dicta me re-
mixto.

- Prosequitur Imperator Alex.
21 in l. 2. huius Tituli, disponendo,
Fiscum succendentem debitori
priuato, qui sub pignore dato,
mutuum accepit, & usuras tol-
uere promisit, ipsum quoq; il-

lius debitoris successorem, ad
illas præstandas omnino tene-
ri, et si enim Regula constitu-
ta sit, Fiscum præstare usuras,
non solere, sed accipere, d. l. cùm
quidam, §. ex locato, ver. Fiscus,
ff. de usur. ex hac tamen noltra
Constitutione, restringitur, id nō
procedere, quando Fiscus suc-
cedet priuato, qui usuras solue-
bat, ipse enim eodem onere te-
nebitur ad usuras, ve Scœuola
tradit præcitatō loco, inquit enim:
Fiscus ex suis contractibus usuras
non dat, sed ipse accipit, ut solet à
Fornicarij, qui tardius pecuniam
inferunt, item ex vectigalibus, sub-
dit postea, cùm autem, in locum
priuati successit; etiam dare solet,
huius autem rei ratio sumitur
ex alio Pauli responso in l. in fa-
cto, §. 1. de condit. Et demonstrat.
vbi hæc verba habentur, Fiscus
eisdem conditionibus parere debet,
quibus persona, à qua id ipsum;
quod relictum est peruenit, sicut
etiam cum suo onere hoc vindicat.
Indè dicebat Bald. in l. Cassius
Longinus, ff. de Senatoribus, libris
Mercatoris, improbum fœnus
exercantis, cui Fiscus successit,
nullam fidem præstari, nisi cō-
tra ipsum Mercatorem, etiam
si penes Fiscum reperiantur;
non enim ex hoc purgatur in-
famia, qua scribens, uti usur-
arius laborabat, cuius rei memor
fuit hic Valenz. Pisc. num. 4. Vi-
des igitur, successorem, quan-
tumcunque priuilegiatum de-

functi iure uti debere, quamuis priuata persona illa fuerit, & probatur etiam in l. *Polla*, *supra*, de his quibus, ut indign. Et in l. in facto s. 9. §. final. ff. de con-
dit. Et demonstr.

- Hanc tamen conclusionem,
22 quod priuilegiatus succedens quantumuis priuato reneatur uti iure priuati, aduertit *lo-*
annes de Plat. hic num. fin. non
 sic simpliciter intelligendam, sed illam suum sortiri esse-
 ctum, pro tempore præterito, non autem pro futuro, quia
 tunc benè utitur suo priuile-
 gio, *Tex. est in l. Fiscus, la pri-*
ma, ff. de iure Fisi. Et in mate-
 ria, de qua agimus, apertis ver-
 bis probatur in d. §. *ex locato*,
 vbi si debitores, qui minores
 semestribus vleras præstabant,
 Fisci esse cuperunt, postquam
 ad Fiscum transferunt semisses
23 cogendi sunt præstare, quem
 admodum dicimus in Eccle-
 sia succedente priuato, à quo
 erat alicui concessum prædium
 in emphyteusim; nam si de ca-
 ducitate, propter non solu-
 nem Canonis tractemus, pro eo
 tempore, quo res fuit in iure, &
 dominio ipsius Priuati, attendi-
 tur triennium, pro eo vero tem-
 pore, quo fuit in dominio Ec-
 cleiæ biennium, & sic si em-
 phyteuta cessavit, per unum an-
 num, cum dimidio, tempore,
 quo res erat in dominio priua-
 ti, & postea cessauerit per me-

dium annum, postquam res fuit
 Ecclesiæ, nō poterit priuari Em-
 phyteuta, tanquam dicatur bié-
 nium cessasse, quia ille annus cū
 dimidio nō fuit nisi media pars
 temporis, quod in priuato requi-
 ritur, l. 2. *supra*, de iur. emph., sed
 necessè erit, quod cesseret per an-
 num integrum, & sic per me-
 dium aliud tempus, quo in Ec-
 cleiæ requiritur, cap. potuit, extra
 loca. ac ita post *Salyc.* obseruat
Iason in dict. l. 2. num. 51. sic
 etiā (alijs similibus omissis) di-
24 cimus in præscriptionibus: si
 quis enim incēpit præscribere
 contrà priuatum, & per quin-
 quennium possedit, quæ res ad
 Ecclesiæ dominium peruenit,
 certè, ad complendam illius rei
 possesse præscriptionem, non
25 sufficiunt alia quinque, sed vi-
 ginti, & sic dimidium tempo-
 ris, quo contra Ecclesiæ præ-
 scribendum est, iuxta notata
 in cap. de quarta, in cap. illud, Et
 in cap. fin. extra, de præscriptionib.
 Et in *Authen.* quas actiones, *su-*
pra, de sacro sanct. Eccles. hoc in
 specie aduertit *Sayr.* in sua *Clas-*
si Reg. lib. 6. tit. de præscript. cap.
12. in Additionibus, Vbi autem
26 duo sunt pariter priuilegiati,
 quorum unus agit contra al-
 terum, præfertur ille, qui agit
 de damno vitando, & si veter-
 quæ agunt de damno, potior
 est causa rei, quam actoris, cap.
 final. vbi *Abbas*, Et *Canonista*
 communiter de sententi. Et re iud.

Si verò sunt priuilegiati dispari
 27 priuilegio, vt minores cōtra fi-
 liūfamilias se tuentur Macedo-
 niano, vel contra mulierem se
 tuentur Velleiano , præfertur
 priuilegium potentius , quale
 est minoris, *Tex. est in l. verum,*
§.item verum, vbi hæc omnia
 probantur, *ff. de minoribus, & in*
l. fin. ff. ex quibus caus. maiores. An.
 28 autem vna Ecclesia vtatur pri-
 uilegio contra alteram, & unus
 minor, siue pupillus , contra
 alterum,dic,per *Cyn. Bartol. Ias.*
 & communiter *Omnes in Auth.*
quas actiones, supra, de sacros. Eccl.
per Canonist. in d. cap. de quarta, de
præscript. & optimè per Præsidens
de Franch. cum alijs, quos ipse re-
fert in dec. 16. n. 3. vbi quod con-
qualsātur priuilegia, cōcluditur.

Illud etiam pro dispositione
Authen. præsente, sup. de fideiuss. in
materia obsequandum, quod cū
ex illa constitutum sit, priùs di-
scutiendum esse principalem ,
quām deueniatur ad fideiuſſo-
res, quemadmodum, vt priùs di-
scutiatur principalis , quām de-
ueniatur ad tertios possessores ,
vt in Authen. hodie, supra, de aetio.
& oblig. & in Authen. hoc si debitor,
 29 *supra, de pignor. id ipsum proce-*
dere debeat etiam in Fisco, qui
successit debitori principali , vt
latè per Anton. Gabr. comm. conclu.
lib. 3. in tit. de fideiuss. concl. 1. nu. 3.
4. & 6. vbi ampliat hæc (quæ di-
ximus) procedere , etiam vbi Fi-
scus consilcauit bona debitoris

principalis, qui cū fideiussione
 se obligauerat , vt nimirum eo
 casu priuilegū ad fideiuſſorum
 bona deueniatur , sit Fiscus di-
 scutiendus, quod latè etiam pro-
 bauimus supra in *Rubric. de iure*
Fisci.

Prosequitur , finemquè tradit
 30 præsenti Titulo *Justinianus*, di-
 sponendo, Fiscum vñuras ultra-
 modum debitās , nec stipulari
 posse, nec si alter, cui ille succe-
 dit stipulatus fuerit , exigere ip-
 si licere, & sic etiam in hoc caſu
 sanctū est , Fiscū vti debere iū-
 re illo, quo, & priuati omnes v-
 tuntur : sed illud in Fisco spe-
 31 ciale est , vt si debitores mino-
 res vñuras preſtauerint, poliquā
 ipse succedit , semisses , quæ Fi-
 scales sunt vñuræ , præſtentur ,
 ita etiam (dilectis verbis) respon-
 dit *Scauola in d. l. cū quidam , §.*
si debitores , ff. de vñur. Quamuis
enim Fiscus , cū in priuati
ius succedit, priuati iure vtatur,
attamen postquā successit, ha-
bebit priuilegium suum, dict. l.
Fiscus , la prima , ff. de iure Fisci ,
Sed & in caſu conuerso , si Fi-
scus succedit soluenti maiores
vñuras, non soluit nisi Fiscales;
vndē in hoc Regno constitu-
 32 *vñuras , nisi septē pro quolibet*
cētenario, & si eius prædecessor
præstabat maiores, ipse non solu-
uet nisi Fiscales . Et quoniam
dixi in hoc Regno hoc consti-
tutum fuisse, lege , in Vniuer-

33 sum lata , quæ etiam ad Vniuersitates Regni , quæ ære alieno ingenti grauatae erant propagata fuit , forsan quærent alij , an hoc licuetit , nedum , quoad contractus futuros , in quibus nulla cadit dubitatio , cùm Princeps usurarum modum possit constituere , dummodo , non transgrediantur limites à Sacris Canonibus præfixi , ut per Matthiens . lib . 5 . recopil . tit . 1 s . in l . fin . vbi Azeued . & Couarr . lib . 3 . variar . resolution . cap . 10 . post num . 3 . sed etiam quo ad contractus iam perfectos ; & fieri posse , Reipublicæ utilitate exposcente dictum fuit , maxima consultatione præcedente , tempore , quo Pragmatica illa edita fuit . Et ne desit specialis authoritas , dico , hoc voluisse Ludovicum Lopez in suo Instruclorio Negotiantium lib . 1 . cap . 58 . vers . hoc ita affirmamus .

Cùm autem de usuratum taxatione Imperator Justinianus hic meminerit , expressè se referendo ad aliam ipsiusmet Constitutionem , quæ suprà in Titul . de usur . in d . I . eos , § . tertios autem , sita est , non ab re hodie , ad præsentis Tituli ornatum interri 34 potest ad Constitutionem facili- cis recordationis Nicolai Quinti apud Nos , in Pragm . 1 . de Censi- bus inserta , quæ in hoc , & Ultioris Siciliæ Regno , & ferè in 35 oībus alijs Regis nostri Potestissimi Regnis teruatur ; ut noui-

simè teletatur Siculus Mutadec . 81 . nn . 26 . Quod proindè , cùm in illo exprestè sanctum sit , ad quam rationem , vñræ , siue census , & interesse stipulari possint , Imperialibus Constitutionibus , alijfq ; Pontificijs , circa prænarratam taxationem insistendum amplius nō erit , fuit enim Pontifícia illa lege cautum , nostra Regia confirmatum , vñquè 36 ad rationem decem pro centenario usurpas , siue census , & interesse stipulari posse , dummodo capitalis emptio , cum pacto & redimendi facultate fiat .

Sed quid dicendum , si census sus constitutio , supra decem pro centenario facta sit , an contractus sit nullus , tanquam usurpiatus , an vero tanquam similipleriter excessiuus moderanus veniat ? hoc non dicit Bulla , vidēdus tamen est Gayll . li . 2 . practicar . observation . observation . 1 . num . 10 . vbi refert , multoties per Camerā Imperialem fuisse decisum , talem contractum non céleri usurarium , & sic totum vitiari sed illum , qui excedit iustum pensionem reiectum fuisse , & reductionem ad legitimū modum usurarum factam esse , sic etiam pluriès obseruatū in Senatu Pedemontano refert Theff . decis . 154 . in fine , & ibi Filius in Additio . & in quest . 69 . num . 4 . lib . 1 . question . forens . Hocq ; tamen potius ex summa æquitate , quam de iuris rigore ob-

obseruatum cēso, non enim in præsenti dubitatione insistendum puto, cū certum sit apud Nos, et si taliter contrahentes reperirentur, nec etiam Tabelliones inueniri, qui similes cōtractus stipularentur, facilius tamē euenire posset, ut facta venditione, ad rationem decem pro centenario ex' emptoris incuria, vel propria voluntate fieret ex-

3.8 actio ad minorem rationem, putā septem, vel octo, quo sanè casu triēnij cursu accedēte, quo exactio prædicta facta sit, censemetur à primo pretio recessum, & per tacitum pactum facta census diminutio, Tex. est singularris in *l. aduersus, supra, de usur.* & expressè voluit *Iacobus Thomin-gius Germanus dec. 33.* quem notārē sequitur Doctiis. *Conf. Rou.* in d. pragmat. i. de *Censibus, nu. 31.* Hinc interri potest, quod stāte hac certa pretij cēsus taxatione, si in contractu censuali incidat leſio vltra dimidiā, puta quia vendatur non iusto, & communi- niter recepto pretio, sed minori vltra dimidiā, non habebit

3.9 locum dispositio *l. 2. supra, de re-scind. vend.* vt optimē per *Gasp. Roder. lib. i. de annu. reddit. q. 11.* & per *Rouit. loc. cit. post num. 16.* de cuius dicti multiplici ratio-ne videndus *Felicia. de Cens. li. 1. cap. 3. ex nu. 15.*

Sed cūm superius tetigimus *Bullam* non solum *Vsurarum* taxationem ad rationem decem

pro centenario statuisse, verū etiam, quod talis cōtractus cum facultate ; & pacto redimendi fiat, non ab re (& si parū ad materiam, de qua agimus, per-tinens) eleganter dubitari po-test, nūm pactum in contractu **4.0** prædicto appositum, quod non liceat venditori intra certum tempus annuos redditus vendi-to redimere, de iure validum sit, ac firmum censendum ? Respondeo, difficilem esse que-stionem hanc, & primi facie, il-licitum videri, & plurāriū, quasi emptor annui redditus, pro té-pore, quo cēsus redemi non po-test, pro eo tempore de lucro certus sit, & proīndē usurarium similem contractum: huius opi-nionis est Doctissimus *Couarr.* lib. 3. variar. resol. cap. 8. sub nu. 8. auctoritate illius damnatae me-moriæ *Caroli Molinei*, quem ali-qui secuti sunt, signanter *Lup. de usur. comment. 2. §. 1. sub num. 69.* Et *Roder. de ann. reddit. lib. 2. quest. 1. sub nu. 14.* hocq; tām verū inquit *Couarr.* ut ex talis pacti appositione, etus contractus vi-tietur, & nullus omnino sit cen-sendus.

Contrariam tamen sententiā veriorem, & sic, quod tale pa-ctum validum, ac omni iure fir-mum, & non usurarium sit, non dubitamus, quod ratione, & auctoritate probatur: ratione, quia nullo iure positivo reperi-tur hoc pactum prohibitum,

quo argumento vicitur Bald. in c. i. nu. 8 de feud. dat. in vicem leg. comiss. nā nec citata Nicolai Bulla in d. pragm. i. inserta, nec Prag. ipsa Regis Alphonsi, minimè hoc pactum improbant, quod solum sufficit, nè dicatur prohibitum. quare cauendum est à Petro de Gregor. de Censib. quest. 5. num. 39. qui dixit, in Bulla esse duobus in locis expressum, vt redimendi facultas competat quandocunq; hoc enim nullibi in Bulla legitur, sed bis solum in ea dicitur, si hoc considerauit Petr. de Greg. Instrumento gratiæ pro consimili illa redimendi mediante, non dicitur quandocunq; redimendi, item in cap. 1. & 2. de emption. & vendit. in extrauag. quæ fuerunt Constitutiones Martini Quinti, & Calixti Tertij, licet dicatur, quod contractus, si censuales siebant cum pacto de retrouendendo quandocunq; non ramen indè necessariò sequitur, vt si pactū illud, non sit quandocunq; minimè valeat, vt optimè eas Pontificias leges intellexit Domin. à Soto in loco infra citando. Quod maximè procederet, si minori pretio, quam in Bulla constitutum sit, fuerit census facta empræ, eo enim casu modo aliquo usura considerari potest. Si qui-

41 dem, cum usura in mutuo committatur, quando inter datum, & receptum adest inæqualitas, vt plus restituat debitor, vel tolluat, quam sit si à creditore tra-

ditum, vt post alios voluit Molin. de contract. disp. 304. ac per Bullam Nicolai, pro ducatis centum, posse sunt emi, vsq; ad decem pro centenario, dummodo patrum, cū redimēdi facultate adsit. Quando igitur minor quantitas emitur, putà septem, vel octo pro centenario, poterit aliquo modo restringi libertas redimendi, vt cū minor quantitas emitur, minus venditori redimēdi tempus concedatur. Alias rationes (consideratione dignas & efficacissimas) habes penes DD. infra allegandos. Ad Conar. rationem respondemus; illa nullius esse momenti, non enim ex eo usurarium est pactum, quia certus est emptor de lucro, alioquin etiam quando perpetuus, & irredimibilis emitur census, ob lucri certitudinem etiam usura committeretur, quod est contra Omnia placita in cap. in Civitate, de usur. Vera igitur usuræ ratio, non est in certitudine perceptionis, pro aliquo tempore, sed in inæqualitate dati, & accepti, quarè cùm erit inter utrumque equalitas, quia pretium erit commensuratum redditui empto cum ea restricta facultate, nulla tunc erit usura: auctoritate etiam multorum, tam Theologorum, quam Iuristarum hęc fundatur conclusio, ex Theologis in terminis terminantibus Gabr. in 4. dist. 1 s. questione 12. art. 3. dubia 4. Major in eod.

cod.lib. @ quest.dist. 43. quos citat Azor. in summ. lib. 10. cap. 17. quest. 5.par. 3. Medin. tom. 2. in tit. de Reb. per usur. acquis. quest. 15. quæ est de censu redimibili, §. @ quidem, fol. 343. Corrad. de contract. quest. 83. conclus. 4. Sol. de iust. @ iur. lib. 6. quest. 5. art. 5. conclus. 3. omnino videndus Pater Molin. de contract. disp. 391. clausula 9.par. 2. Lessius de iust. @ iur. lib. 2. cap. 22. de censibus, dubit. 9. num. 54. vbi optimè ait, paucorum annorum restrictionem non esse curandam. Ex Iuristis hanc probarunt sententia Gloss. ver. amissa, & DD. in l. fin. supr. de pac. pignor. vbi exprelse Io. Faber vers. non valet, & ibi Pet. @ Cyn. Bald. in c. 1. de feud. dat. in vicem leg. commis. vlt. col. nu. 8. @ consil. 487 libr. 1. las. consil. 153. libr. 4. Crau. consil. 156. num. 5. Decia. consil. 2. num. 131. lib. 1. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glo. 2. antè num. 69. @ seq. Nauarr. in cap. si fænerqueris sub num. 78. vers. 5. quod posuit in Commune. de usur. Rot. Rom. quæ ita decidit penes Moberda. dec. 157. quæ est decisio 3. de empt. @ vend. cuius in dubio (principiè in hac materia) maxima est auctoritas, Bero. in cap. ad nostrum, nu. 44. de empt. @ vend. Ang. @ Alex. num. 7. in l. qui Roma, ff. de verb. oblig. Caldas in l. si Curatorem, vers. sua facilitate, sub n. 61. supra, de integr. rest. minor. 2. s. an. & ex his punctualiter, quando iustum est pretium in

annuo censu, docuit Fælicia. de censib. lib. 1. cap. 7. num. 11. Item latè concludit Euerard. conf. 150. in princ. vbi pluribus rationibus illud confirmat, & inter ceteras, in tertia ratione hoc dicit, satis præsumi ex qualitate contrahentium, quando sunt Viri boni, conscientia, & opinionis à quibus omnis propterea abest suspicio usurarum, ad Tex. in cap. nisi, vbi Abb. de præb. @ cap. qui de mensa, vbi glos. 37. dist.

His vñis pro præsentis Tituli coronide aduertendum est, post citatę Nicolai Bullæ emanationē, aliam à Pio V. emanatam fuisse in extrauaganti super forma census, sub die 29. Ianuarij 1568. vbi ultra tria illa per Nicolaum constituta, quod scilicet pretium non possit constitui nisi ad rationem ducatorum decem pro centenario, quod cum redimendi facultate, & pacto, censualis contractus celebretur, & quod deniq; census super re stabili, certis finibus designata constituatur; alia plura requisita pro censualis contractus validitate, requiri, & necessaria fore, fuit constitutum, sed quia postrema hæc Pij Constitutio, nequam in

42 Regno recepta fuit (prout est notorium) & testatur D. de Ponte in eius conf. 41. n. 37. li. 2. prouidè eius dispositio minimè est seruanda, ut optimè aduertit Pater Salas de Contractibus, in tit. de cen-

sibus

sibus, dubit. 8. nu. 13. vers. aduerte etiam, vbi in specie aduertit, qđ licet vigore *Pij Bullæ*, Tertię non solutę, in capitali poni non 43 possint, hoc non habet locum, vbi *Bulla* prædicta recepta non fuit, sicut in dies in Regno practicatur inter morosos debito-
44 res. Aliud etiam inter tot dis- posuit citata *Constitutio*, quod pecunia verè numeretur tépo- re contractus, ità quod nequaquam in tali contractu confes- sio de receipto admittatur, vel quod venditor ex alia causa fe- debitorem cōfiteatur; nām hoc in Regno nec etiam practica- tur, quia sufficit, ut vnum ex re- latis interueniat, vt optimè loco citato num. 13. aduertit *Satras*, & ex pluribus id comprobat (öfil, Ronit. citata pragm. 1. nu. 8.

DE APOCHIS PVBLICIS &c. Tit. XXII.

IMP. MARTIANVS.

A. CONSTANTINO PRAEF.
Prætorio.

LEX TERTIA.

• Quicunq; de Prouin- cialibus, & Collatoribus decurso posthac quanto- libet annorum numero, cum probatio aliqua ab eo tributariæ solutionis

exposcitur, si trium cohe- rentium sibi annorum a- pochas securitatesq; pro- tulerit: superiorum tem- porum apochas non co- gatur ostendere, nequè de præterito ad illationē functionis tributariæ co- erceatur, nisi forte, aut Curialis, aut quicunque apparitor, vel optio, vel actuarius, vel quilibet publici debiti exactor, si- uè compulsor, possesso- rum, vel collatorum ha- buerit cautionem; aut id, quod reposcit, deberi sibi, manifesta gestorum af- fertione patefecerit.

SUMMARIUM.

1. *Constitutio* hac mirabilis, & singu- laris.
2. *Summarium* præsentis *Constitutio- nis*.
3. *Optio*, verbum, quid significat; re- feruntur multa iura, quæ de hoc verbo mentionem faciunt. & quid in hac *Constitutione* signifi- cat, explicatur, num. 4.
4. *Presumpcio*, de qua in hac lege, est iuris tantum.
5. *Ratio* præsentis *Constitutionis* affi- gnatur.
7. *Mobilia triennio resupciuntur*, ob negligentis detrimentum.

- 8 Beneficij possessor pacificus triennalis, manutenendus est in ea possessione, in qua reperitur.
- 9 Legatum alimentorum in minus solemnni testamento relictum, et si de iure non debeatur, tamen, si fuerit ab herede per triennium solutum, semper in posterum (alimentorum favore) debetur.
- 10 Constitutio h.ec, ad hoc ut locum habeat, duo requiruntur. Et quae, num. 11.
- 12 Tex. in l. cum de in rem verso, ff. de cursus, explicatur.
- 13 Lex ista non solum habet locum in Tributario, de qua ipsa loquitur, sed etiam in Emphyteuta, siue Seculari, siue Ecclesiastico, nu. 14.
- 15 Hostiens. in summa in tit. de locato, nu. 13, refellitur.
- 16 Lex ista obtinet, etiam si soluto esse destinata per quinquennia, vel semestria. Et decisio Reg. Cam. Summ. refertur num. 17.
- 18 Lex ista verificatur, etiam in Colono, et Censuario, et in solutione collectarum, et decimarum.
- 19 Lex ista obtinet, etiam si debitor post triennium, quo soluit, cessavit in futurum solvere.
- 20 Lex ista, quae loquitur de anno debito reali, an habeat locum in anno debito personali. Affirmatiue concludatur num. 21.
- 22 Praesumptio, de qua in hac lege, non habet locum contra Terrium. Et quae sit ratio, num. 24.
- 23 Ioannes Aloysius Riccius commendatur.
- 25 Lex ista non habet locum in Exa-

- ctoribus collectarum, quando illos mutari consuetum est.
- 26 Lex ista non viget, quando debitor per triennium singulis annis de debito depositum fecit.
- 27 Item, quando Exactor recipiens pensiones per illos tres annos continuatos, de iure suo, quoad preseritas protestatus est.

 Constitutionem hanc à Martiano Imperatore ordinatam mirabilem, singularem, & menti tenendam infiniti UD. hic, et alibi scripsierunt, illamq; vtilem, & frequentè in iudicijs allegatam dixit hic Pennensis. hocc; breuiter dicit in summa, Qui prolati tribus Epochis ostendit se proximis tribus annis soluisse, presumitur etiam soluisse superioribus, ita ut Actori incumbat onus contrarium probandi.

Vt autem materiam hanc utiliter, & breuiter expediamus, antequam ad aliud progrediamur (quamuis mihi propositū non sit circa verborum interpretationem immorari) non possum tamen hic explicacionem illius verbi Optio (de quo in hac nostra Constitutione mention fit) præterire, quod ab Omnibus hoc in loco omissum esse vidi, & tandem multis in Iuribus, ac Legibus, de hoc verbo mentionem fieri, obseruauimus. De eo enim est potissimum mention

in l. fin. ff. de iur. immu. in l. super creandis 9. supr. de iur. Fisc. & in l. missi. 7. supr. de Exacto. tribu. in l. fin. supr. loca. & in l. 6. ff. de bonis damnator. Non tamen semper eodem sensu, nam in d.l. fin. supr. loca. Optiones dicuntur auxilia. sc̄ederatōrum, in l. fin. ff. de iur. immu. in prin. cuiusvis muneric Administer, optio dicitur, quasi Adiutor; in eadem l. in fine, optiones Custodes, & Inspectores appellantur, ut optio fabricæ: & in l. 6. ff. de bon. damnat. optiones sunt Præpositi Carcerum.

Frequenter tamen dicuntur, qui Annonam Militibus diuidunt, & ideo recte in l. 1. ff. de muner. & honorib. Graci lib. 54. Basilius Annonæ diuisionem interpretantur, Optionem Militum. Procopius 3. de bello Vandali. & hoc sensu accipitur in hac nostra Constitutione: nominis autem ratio hæc est, quod Duces eos sibi optent, diuidendæ Annonæ causa, quasi adiutores, quod facilius cœtera munera militaria obeant. Isti Præpositi, ad Annonam erogandam prius ius etiam exigendi habebant, ideo si tribus apochis professi sunt sibi proximis tribus annis aliquid solutum, præsumitur et prioribus annis accepisse, nisi contrarium manifestè patet factū fuerit, & sic vides iuris tantum præsumptionem hic considerari, non autem iuris, & de iure, cum in contrarium probatio-

nem admicet, reiecta Modernorum Parisiensium sententia in Commentar. ad Consuet. Parisien. tit. 2. §. 62. n. 48. æltimantium, non esse iuris præsumptionem, sed hominis, quæ iudicis arbitrio relinquitur, quod verum non esse, Nonnullorum auctoritate, & rationibus probauit Doctiss. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumptio. 139. in prin. secundum quem, illam huius Constitutionis, ac præsumptionis rationem esse dici potest, quod verisimile non sit, Exactores tributorum, alioquin diligentes, & auaros, præteritorum annorum solutionibus neglectis, nulla adhibita protestatione illorum trium postremorum, recepturos fuisse: & sic cu in negligentis detrimentum lex statuat triennio inobilia vsuapi. l. 1. ff. de vſu capio. non mirum etiam, si statuat hoc in casu, Exactorem negligentem, præsumi recepisse, habita etiam ratione Militum importunitatis. Ita etiam hanc ob causam inquit idem Menoch. loco proximè relato, n. 4. Summos Pontifices statuisse, 8 beneficij possessorem, pacificum triennalem, à possessione non mouendum, nec in ea molestia afficiendum esse, ex doctrina Gomez. in Regula Cancell. de triennali possess. quest. 1. quemadmodum dicimus Nos, in recipiente per tres annos cohærentes ab hærede, in minus solemniter testamento instituto alimenta à

Tetlatore relicta, ut in futurū, ad illa præstanta cogi possit, cū sola triennalis præstationis allegatione, ut satis elegantē scripsit *Imperator in l. 1. supra, de fideicommiss.* & in *Tex. nostro*, pro illius ornatū *Piscator post alios obseruauit.*

His sic explicatis, aduerten-
to dum est, ad hoc, ut *Constitutio*
ista locum sibi vindicet, duo tā-
tū requiri; Primum, quod so-
lutiones illæ trium postremo-
rum annorum, probentur Apo-
chis, secūs verò si testibus, nām
tunc cessaret præsumptio hæc
iuris. Alterum, tres Apochas
trium coherentium annorum
ostendendas esse, secus verò si
de tribus annis præteritis, sed
diuersis, vel vna tantum Apo-
cha, de tribus annis proximis
appareret, prout in vtroq; casu
innuunt verba illa, ibi, per trium
coherentium sibi annorum Apo-
chas, securitatesquè protulerit,
quod *Moderni Parisienses* loco citia-
to obseruarunt, & *Padil.* in *d. l. 1.*
num. 17. supra, de fideicommiss. Prout
dīcimus in materia *l. cum de in-*
rem verso, ff. de usur. vbi ex præ-
statione longi temporis, præsu-
mi iustum causam præcessisse,
et si non probetur, statuit Juris-
consultus, idq; procedere volerūt
ibi DD. quando omnes solutio-
nes singulis annis separatim fa-
ctæ fuerint, secūs verò si vni-
appareret facta solutio pro de-
cem annis præteritis, his enim

casibus probationem non in-
duci, *Omnes hic, & ibi* (nemine
contradicente) voluerunt, ut be-
nè ex recentioribus obseruarūt
Joseph Mascard. de probat. conclus.
604. num. 2. 1. & 2. 3. Illustr. Card.
Mansic. lib. 3. de taçitis, & ambig.
conuen. tit. 15. num. 65. *Dom. de*
Franch. dec. 137. & *Menoch.* ci-
tata præsumpt. 139. num. 5. qui ex
sequenti num. grauissimorum
DD. sententia legis nostræ dispo-
sitionem extendit, non solùm
ad Tributarium (de quo ipsa lo-
quitur) sed etiā ad Emphyteutā,
qui soluto Canone per tres an-
nos, præsumitur in præteritum
soluisse, siue sumus in emphy-
teusi Ecclesiastica, siue Sæculari,
reprobata *Hostiens.* opinione in
summa, in tit. de loca. num. 13. æsti-
mantis, in emphyteusi Eccle-
siastica duas Apochas, duorum
proximorum annorum, solu-
tionem, in præteritum probare,
ut tradiderunt *Ioann. Andr.* in
Additio. ad Speculat. in tit. de loca.
§. nunc aliqua, *Ias.* in *l. 2. nu. 13. 5.*
supra, de iur. Emphyte. & *Padil.* in *l.*
si probauerit, num. 9. supra, de fideic.
vbi contra Hostiens. communē
esse opinionem attestatur, se-
quitur *Mascard.* loco cit. nu. 16. &
Menoch. vbi supra, antè nu. 7.

Extenditur etiam *Constitutio*
hæc, ad alios casus à *Bald.* hic
relatos, & in *cap. litteræ, in fine, ex.*
tra, de dilatio. vt procedat etiam
si solutio esset destinata, per
quinquennia, vel semestria,

nām

nàm probata solutione trium postremorum quinquenniorū , vel semestriū , pro præterito tempore solutum præsumitur , reiecta Alcia. sententia sibi contrarij in *respons.* 106.num.3.li.3. qui contrarium scripsit , & in specie à Padil. damnatur , ut refert *Menoch.* d. *præsumpt.* 139.nu.

12. & 13. Et cùm casus acci-
17 disset in Reg. Camera, in causa Constantiæ de Sancto Valentino,cum Vniuersitate Vallis Vitulani, fuit decisum, ad inducē-
dam præsumptionem, de qua in lege nostra sufficere, si solutio appareret facta etiam per annū, per tres Tertias continuatas, vt refert *Dom. Reg. de Ponte in tract.*
de potest. Pro reg. in Tit. de Regalib. Imposi. §. 2. num. 5. asserens , magnam fuisse decisionem (ipso in causa contrariū defendantे) & de hac decisione nouissimè memor fuit *Ioannes Baptista de Thoro in Compend. decis. Regni*, in verbo Solutio .

Extenditur etiam in Colono,
18 & Censuario , & in solutione Collectarum,pensionum,& decimarum , nàm si quis exhibet tres solutiones annales cōtinuatas, præsumitur , in præteritum soluisse, *Theſs. decis.* 114. num. 4. *Padill.* in d.l. 1. supra, de fideicom. Boer. dec. 156. *Gigas* in tractat. de pensionib. quæst. 81. *Cotta* in memorial. in verb. solutio facta. *Grat. cons.* 121. num. 4. lib. 2. *Gulielm. de Benedict.* in cap. *Raynulius* , in verbo,

si abs q̄ liberis, il seconde, num. 188. extra, de testam. Anton. Gabr. commun. concl. lib. 1. concl. 1. in tit. de præsumpt. singulariter (præ ceteris) *Mysing.* singul. obseruā. centur. 5. obseruat. 39. qui post num. 4. legem

19 hanc procedere dixit, etiam si debitor ipse elaplo triennio cel-
sauit in futurum soluere , non enim ob id tollit, quin in præte-
ritum, antè scilicet trium anno-
rum solutionem fecerit , nàm adhuc durabit præsumptio, ipsū antè illud tempus soluisse , ex doctrina *Bald.* hic, sequitur *An- ton. Gabr. Padill. Menoch.* & *Mod- ern. Paris.* locis superiùs relatis.

Sed opportunè queritur ; dū
20 *Tex.* noster, de debito annuo reali loquitur , an idem dicendū sit, in personali, vtputā si promisisti mihi decem singulis annis, vel si te grauai prætare censem quotannis . In hoc, *Alij* affirmarunt , *Alij* negarunt , affirmarunt *Moderni Parisien.* in d. §. 62. num. 53. & *Anton. Padill.* in d.l. 1. num. 16. supra, de fideicom. negarunt *Bal.* hic nu. 8. *Cremens.* singul. 80. *Gab.* citata concl. 11. & *Cotta* in memorialib. citato verbo solutio facta ; quid dicendum ? *Menoch.* loco citato, num. 27. affir-

21 matiuam (tanquam magis iuri consonam) sequitur opinionem , cùm vera differētię ratio, inter debitum reale, & persona-
le considerari non possit, ra-
tiones enim illæ , quæ conue-
niunt annuo debito reali , con-

ueniunt & personali .
 Illud tamen omnino notandum, præsumptionem, de qua in *lege nostra*, non habere locum contra Tertium, ponunt exemplum *Menochius*, & *Cotta locis citatis*: si Dominus directus vendiderit alicui ius suum directum, cui Emphyteuta postea soluit per tres annos coherentes debitum Canonem; hæc enim modò trium annorum solutio facta nouo directo Domino, non facit præsumptionem contra illum primum iuris directi venditorem, quominus possit petere præteriorum annorum Canonem, sequitur *Gratian. decisione Rotæ Marchia 153.* de qua memor fuit *D. Aloysius Riccius*, nunc proprijs meritis Nostræ Vrbis Regie Metropolitanæ Ecclesiæ Generalis Vicarius Capitularis, in *Collect. Decis. collect. a.s.* Estque ratio manifestissima, cum nullas ipse receperit solutiones, quibus consentire, & præterito credito quodammodo renunciare dicatur. Ex qua declaratione infertur per *DD. hic*, quod si Exactores Tributorū, Censuum, Canonum, & similiū consueissent mutari, ita ut probabilis esset ignorantia facti Antecessoris, & unus recipere per tres annos tributum; & censum, cum ignoraret, quid in præteritum actum esset, præsumptio hæc cessaret,

cum Exactoris negligentia, & consensu considerari hic non possit .
 Insuper notandum, præsumptionem, de qua in *lege nostra*, non habere locum, quādo debitor non soluit, sed per tres annos continuatos de debito depositum fecit, loquitur enim *textus noster* de vera solutione, quæ fit volenti, & creditori recipienti, qui recipiendo consentire dicitur, depositum verò fit contra creditoris voluntatem, qui ob id non consentit, atquè ideo sibi detrimentum non affert, ita in terminis respondit *Crauett. conf. 313. post num. 4. versic. sexto considero*. Nec erit etiam locus huic legi nostræ, quando creditor recipiendo illas trium annorum solutiones, ius suum saluum fore quoad præteritum protestatus fuit, ita *Glos. Lucas de Penna*, & alij cum *Crauett. & Menoch. locis cit.*

DE DECVRIONIBVS, &c. Tit. XXXI.

IMPER. IVLIANVS. LEONT. CONSVL. PALÆST.

LEX XXIV.

Si quis Decurio pater sit duodecim liberorum, honoratissima munera quiete donetur.

S U M M A R I V M .

- 1 Lex ista continet magnum Patri-
famil. priuilegium.
- 2 Regula est, priuatum quemlibet sue
Patrie onera subire teneri, que in
hac lege limitatur.
- 3 Pater duodecim liberorum ab one-
ribus patrimonialibus immunis-
fit.
- 4 Munus quotuplex sit?
- 5 Lex ista loquitur de muneribus pa-
trimonialibus.
- 6 Lex tertia, & quinta, in tit. de his
qui num. liber. se excu. loquuntur
de muneribus personalibus.
- 7 Pater quinque liberorum à muneris-
bus personalibus excusat.
- 8 Pater trium liberorum, legationibus
publicis liberatur.
- 9 Aetas quinquagintaquinque annorum
à muneribus personalibus publicis
quem excusat.
- 10 Aetas annorum septuaginta ab one-
re suscipiendo intelam quem excu-
sat.
- 11 Lex ista loquitur de muneribus
suscipiendis, & non de susceptis.
Et de ratione, num. 12.
Et de obseruantiâ R.C.S. circa hoc,
num. 13.
- 12 Clerici, & Ecclesie, quando Laicis
titulo hereditario succedunt, tenen-
tur Uniuersitatibus soluere colle-
etas pro bonis, in quibus succeſſe-
runt, ex causis debitorum contra-
ctorum tempore, quo possidebantur
per Ciues laicos.
- 13 Lex ista, quæ de patre tantum lo-

- quiescer, ad matrem etiam, ex com-
muni Doctorum sententia exten-
ditur.
- 16 Mares, & fæmine ad imparia
iudicari, quando debeant, vel nō,
remissiæ.
- 17 Iura adaptantur adea, que fre-
quentius accidunt.
- 18 Constitutio Regni, Ut de successioni-
bus, licet loquatur de successione
feudorum communis patris, idem
tamen est dicendum de illa com-
munis matris.
- 19 Fratres gaudent immunitate, de
qua in hac lege, si vivant pro
communi, & indiuiso cum al-
tero fratre duodecim liberos ha-
bente.
- 20 Priuilegium, de quo in hac lege, non
cessat, uno ex filiis mortuo, etiam
si omnes liberi deficiantur, num. 21.
- 22 Numerus duodecima liberorum est
tantum necessarius ad priuilegij
acquisitionem, nō autem ad illius
conservationem.
- 23 Partus octimestris prodest patri
ad immunitatem consequendam,
de qua in hac lege.
- 24 Partus octimestris, licet secundum
Medicorum regulam, vivere non
possit, iamen ob temporis conceptio-
nis incertitudinem semper praesu-
mitur vitalis.
- 25 Filij pro Principe, vel Republica
in acie Belli amissi profundi patri
ad immunitatem (huiusmodi)
consequendam.
- 26 Filius in utero existens non prodest
patri pro consequenda immunita-
te huius legis.

- 27 *Filiij in materia busus legis gaudebunt hac immunitate, etiam patre mortuo.*
- 28 *Lex ista procedit, siue ex una, siue ex pluribus uxoribus pater fiae municeps duodecim liberorum, cuius quidem priuilegio gaudebit uxori eius vidua, castè viuens, siue corum omnium liberorum mater fuerit, siue aliquorum, siue nullius ex eis.*
- 29 *Filiij naturales, & adoptiui ad hanc immunitatem obtinendam patri non profundunt. Secùs si fuerint legitimati, num. 30.*
- 31 *Nepotes ex filio connumerantur in numero duodecim liberorum pro obtinenda immunitate, de qua in hac lege, hocq; siue eorum pater vivat, siue non, num. 32.*
- 33 *Consuetudo est optima legum interpres.*
- 34 *Immunitas, de qua in hac lege, conceditur patri ad hoc, ut filiorum educationi vacare possit.*
- 35 *Filiae fæmine connumerantur in numero duodecim liberorum pro consequenda immunitate, de qua in hac lege, siue virgines, siue nuptæ. n. 36.*
- 36 *Masculinum concipit femininum in favorabilibus.*
- 37 *Filiij emancipati, vel Religionem ingressi profundi patri ad obtinendam immunitatem, de qua in hac lege.*
- 38 *Filia Monialis in Monasterio degens prodest patri quoad tutela excusationem, quemadmodum profundit filii in acie Belli amissi.*
- 39 *Priuilegium, quod lex ista tribuit, per statutum tolli non potest. Item nec per Principem, num. 40.*
- 41 *Princeps de potestate ordinaria non potest ius Tertij ex lege communi quæsitum auferre. Affertur decisio Senatus Pedemontani, num. 42.*
- 43 *Lex ista non habet locum, si Universitas, siue Communitas pauper effet, & pater, eiusq; filij duci-tes. Item non habet locum in oneribus, que belli, vel pestis causa imponuntur, nu. 44.*
- 45 *Ecclesiastica persone ab oneribus bellicis non excusantur.*
- 46 *Princeps secularis num possit compellere Ecclesiasticos ad contribuendum oneribus, que belli causa imponuntur (Episcopo id facere refusante) remissiuè.*
- 47 *Lex ista non habet locum in Gallia, in Patria Delphinali.*
- 48 *Lex ista militari tam in ordinarijs, quam in extraordinarijs numeribus.*
- 49 *Lex ista tribuit exemptionem, etiam à solutionibus datiorum, & gabelarum.*
- 50 *Legans est huius legis decisio, continet enim magnū Patrisfamilias priuilegium; siquidē quamuis regulare sit, priua-*



Legans est huius legis decisio, continet enim magnū Patrisfamilias priuilegium; siquidē quamuis regulare sit, priua-

tum quemlibet tuæ Patriæ legibus obedire debere , illiusq; debita onera subire teneri , vt statuit *Vlpianus* in l. 3. ff. de muneribus , & honoribus , hañc tamē regulam limitauit *Iulianus Imperator* in patre illo duodecim liberos habente per hæc verba : *Si quis decurio pater sit duodecim liberorum , honoratissima munera quieze donetur . Et quia frequens est , & in praxi recepta Constitutio ista à Doctrib. hic parum , aut nihil explicata , antè quam ad quæstiones deueniamus , cùm de muneribus mençio fiat : sciendum est , munus , vel esse personale , vel patrimoniale , seu reale , vel mixtum , aut ordinarium , siue extraordinarium , vt per Bartol. in l. unica , infra , in tit. de mulieribus , & in quo loco . De quibus autem muneribus senserit hic Imperator , non est dubitandum , eum de patrimonialibus , & sic de realibus sensisse , & communis est *Omnium conclusio* , nám de personalibus alias ediderunt Imperatores *Constitutiones* , quæ sunt leges tercia , & quinta , infra , in tit. de his qui numer. liber. se excus. 7 vbi quinque liberorum numerum patrem à muneribus personalibus excusare , fuit sancitum , & in l. 1. infra , in tit. de legatio . trium liberorum patrem , legationibus publicis liberae , mandauit Imperator *Valeria-**

9 nus . Item quinquagintaquinquè annorum ætatem à muneribus personalibus publicis quem excusare statuitur in lege final. infra , in tit. qui ætate , vel profess. se excus. Secùs tamen ab 10 onere suscipiendo tutelam , à qua quis non excusat , nisi fuerit ætatis annorum septuaginta , vt per *Gloss.* & *Doctores* in dict. l. fin. & probat tex. in l. 3. ff. de iur. immunit. & in §. *Item maior , Institut. de excusatio . Tutor*. Intelligenda tamen est legis nostræ decisio in munib; nondum susceptis , & sic in suscipiendo , secùs verò si pater munus aliquod suscepit , & deinde liberi superuenerint , quia tunc ab eo non liberabitur , l. 2. §. qui ad munera , ff. de vacatio . muner. cum alijs ibi per *Gloss.* allegatis , & declarat *Ripa* in l. ex facto , ff. de vulgar. & pupillar. num. 17. circa finem , ratio est , quia quemadmodum numerus liberorum deficiens non nocet patri quoad immunitates adeptas (vt infra dicemus) ita & numerus liberorum superueniens quoad munera suscepta ei prodeſſe non debet , vt quod operatur propositum in proposito , oportet oppositum in opposito . 13 Et ideo Regia Camera seruat , & in dies per ipsam prouisiones fiunt , vt pater duodecim liberorum non gaudeat immunitate quoad æ alienum

con-

contractum per Vniuersitatē; antē huius immunitatis acquisitionem. Idem dicendum de Clericis quoad bona, quæ à laicis hereditario titulo accep-
runt, quando ea bona obligata erant ex causis debitorum contractorum tempore, quo possidebantur à laicis, maxime si ea obligatio erat certa, perpetua, & inuariabilis, ut est communis opinio Theologorum apud Molinam tractat. 2. de iustit. & iure, dispus. 456: & apud Azor, part. 3. institut. moral. lib. 5. cap. 19. Est etiam communis utriusquè iuris Doctorum apud Gregor. Lopez, part. prima, titul. 6. l. 51. num. 4. videndiquè sunt etiam omnes alij, quos refert, & sequitur Dominus Consiliarius Scipio Rositus in pragmat. secunda, num. 19. de Cler. seu diacon. saluat.

Sed difficultas est, dūm lex 15 nostra de patre tantum loquitur, an illa ad matrem extendi possit, scilicet ut pro bonis, quæ ipsa vti propria, & patrimonialia de per se possidet, à Collectis, cœterisquè realibus oneribus excusat? Hæc quæstio de facto disputanda venit tempore Domini Präsidis de Franchis, vt ipse refert in decis. 259. & contra matrem lex nostra afferebatur, & textus in l. semper, in verbo demonstratur, ff. de iur. immunit. & in l. fin. infra, qui numero liber. se excus. quæ iura

similiter de patre tantum loquuntur, ergo in matre, de qua iura prædicta non loquuntur. locum habere non possunt, l. si vero, §. de viro, ff. soluto matrimonio, maximè dicebatur, quia in materia immunitatis strictè procedendum est. His tamen non obstantibus contrarium in citata decis. concluditur, nām licet inter mares, & fœminas nonnullæ sint differentiæ, l. in multis, ff. de stat. hominum, vbi Bald. Pennens. in dict. leg. prima, in titul. infra, de mulier. & in quo loco, Decius in leg. 2. ff. de regul. iur. attamen ut dicit Speculator in titul. de Procurat. in versic. vigesimo primo casu, & iterum in vers. porro quandoquè ad imparia iudicari non debent, extra enim casus de iure prouisos, in quibus inter mares, & fœminas discrimen constituitur, in cœteris à pari procedunt, ut per Decium in dict. leg. secunda, numer. 92.

Nec obstat dicebantur iura in contrarium allegata de patre tantum, & non de matre, loqui, quia ad ea, quæ frequenter accidunt adaptantur, non autem ad ea, quæ raro, prout in casu isto, l. nām, & ea, ff. de legibus.

Afferebatur etiam Regia 18 Constitutio, vt de successionibus, quæ licet loquatur de feudorum successione communis patris, idem etiam est dicendum

de illa communis matris , vt probat Dominus ipse Praes̄ tibi supra , antē num. 10. & alias per Regiam Cameram fuisse ad matris fauorem decimum , testatur Consiliar. de Bottis , in Additio. ad Bartol. in hac lege nostra , 19 vbi plus dicit , hanc immunitatem etiam fratribus competere , cum altero fratre duo decim liberos habente , pro communi , & indiuiso viuentibus , Idquè auctoritate Hypol. de Marsil. in singular. suo 280. numer. tertio , quem notanter sequitur Doctiss. Menoch. de arbitrar. Iudicum , libr. secundo; casu 379. num. 9. afferens id esse omnino notandum , ad declarationem Statuti Papiensis , sub rubrica de Immuni. concess. ob numer. duodec. liber. quod etiam simile & Veronæ extare testatur.

An autem hoc priuilegium cesseret , uno ex filijs mortuo ? Et quod non cesseret , magis communiter voluerunt Doctor. Roland. consil. 52. num. 39. volum. 2. Marsil. singular. 657. num. secundo , & ita per Regiam Cameram decimum tellatur Anna Pater singul. 241. quem refert Riccius in Collectan. decisio. 1707. & Consiliar. Paschal in tractat. de viribus pair. potestat. par. 4. cap. 4. num. 18. Thorus in Compend. Decis. Regni in verbo Immunitas , post Vrsill. ad Afflict. decisio. 172. numer. 2. 21 quod procedit etiam si omnes

liberi deficiant , vt adhuc priuilegium semel ex hac lege patri quæsitum amplius nō deficiat , ita Piscator Valenz. hic nu. 4. Est 22 enī liberorum numerus tantum ad priuilegij acquisitionem necessarius , non autem ad illius conseruationem , Ripa in d. Lex fact̄o, num. 13. cum sequent. ff. de vulgar. & pupillar. & est Tex. ad litteram in l. 2. §. remic̄t̄, ff. de excusatio. Tutorum. In tantum , quod sufficeret etiam si ipsorum ultimus , in octauo mense natus sit , & paucis superiuxerit horis , si ante illius mortem immunitas adepta esset , vt satis eleganter concludit Borrell. eruditus . & laboriosus Iureconsultus , nunc Iudex Magnæ Curiae Vicariæ benemeritus in consil. 28. per totum , licet enim octomestris partus pro abhortiō habeatur , cūm secundum Medicorum regulam viuere non possit , vt per Afflictum decis. 236. Soccinum in l. cūm auus. numer. 110. ff. de condition. & demonstrat. Menochium de arbitrar. Iudicum lib. 2. casu 89. num. 38. & de presumptio. lib. 4. presumptio. 89. num. 115. Maria decision. Pisan. 55. num. 6. attamen ob temporis conceptionis incertitudinem ; in dubio semper vitalē presumi , scripsit Boer. decisio. 220. num. 2. Turret. consil. 23. num. 1. & sequent. vol. 1. Dec. consil. 623. n. 4. Magon. dec. Flor. 41. n. 4. Zachias in questio. Medicolegal. tit.

tit. 2. q. 4. de octimestri partu. Concludimus igitur satis sufficere omnes filios tempore acquisitionis Privilegij superstites esse, ex quo mortui, ad immunitatem acquirendam, non prodessent, 25 nisi in Bello, pro Principe, vel Republica decessissent, eò enim casu etiam mortui ante immunitatem adeptam profundunt, & ac si viuerent faciunt numerum, quia per gloriam viuere dicuntur, ut dicemus infra *in tit. de Fil. Official. Milit.* & notauit *Alberic.* in *Rubr. ff. de muner.* @ *honor. num. 88.* què notanter sequitur *Theß.* dec. 267. *nu. 8. vers. imò si aliquis,* vbi ex mente *Rolan.* *in d. conf. 52. num. 6.* in Senatu illo seruari dicit, filium in utero adhuc existē-
26 tem ad hanc immunitatē consequendam, patri non prodesse et si alias venter in sui fauorem prout habeatur, *l. qui in utero.* *ff. de stat. hom.* sequitur *Alexan.* *Trentacing.* *variar. resolute.* lib. 1. *in tit. de iure immun.* *vers. secundò declaratur;* quicquid in contrarium scripsiterit *Ioannes Bapi.* *Co- sta in tract. de retrotract.* cap. 2. n. 4.

Et idem, quod in principali 27 conclusione firmavimus, est asserendum in patre, ut ipso etiā mortuo filij eadem gaudeant immunitate, ut plenē consuluit *Menoch. conf. 486.* & per Māntuanum Senatum decisū testatur *Sardus in decis. 123.* per totam, durat enim principalis ratio, propter quam conceditur im-

munitas, tauor scilicet Reipubli- cæ, cui pater tot procreauit filios, tanto magis, cum immunitas hæc fauorabilis sit, *Ripa in d. l. ex facto, num. 13.* & ideo latissime interpretanda *Gabr. conf. 61. num. 1.* *vol. 2.* & tam patri, quam filiis concessa dicitur, *Socc. confil. 84. nu. 9. vol. 2.* & ita etiam Regia Camera decidit de anno 1571. 4. die Augusti, referente Dom. Francisco Antonio de Dauid, tunc Regij Patrimonij Pre- sidente, deinde Regiam Cancellariam Regente, de qua *decis.* nouissimè memor fuit *Paschal.* loco superius citato, *na. 21.* @ *22.* quicquid in contrarium pluriès per Senatum Pedemontanum, decisum fuisse testetur *Theßaur.* citata *decis.* 267. *num. 11.* & ibi *Filius in Addition.* pluribus rationibus hanc contrariam opinione probare nitentes, hanc scilicet immunitatem personalem esse, & ideo cum patris persona extingui præsupponentes. Immò ampliando, prædictā cō-
28 munem sententiam procedere dicimus, siue ex una, siue ex plu- ribus vxoribus pater duodecim liberorum municeps fiat, cuius quidem priuilegio gaudebit vxor eius vidua, castè viuens, siue eorum omnium filiorum mater fuerit, siue aliquorum, siue nullius ex eis, ut satis eleganter concludit hic *Piscator circa fi- nem,* quod est summè notandum.

Nùm autem naturales tantū

29 liberi, & adoptiui ad hanc immunitatem obtinendam patri prosint? Et resolutiuè est respondendum, quod non, l. 2. §. adoptiui, ff. de *vacat.mune.Rolan.d.conf.s 2.num. 5.Theff.citata dec. 267.num. 12.Ricc.Collect.Decisio.collect. 42.* @*Alexand.Trentacing.loe.cita.in 4.declarat.post Salyc.in l.si pater,in fine,supra,in tit. quando prouoc.non est neceff.* @*Catellianum Cottam in suis memorialibus, in verbo Bastardi, non sunt filij afferentē: id obseruandum esse, in casu decreti Ducatus Mediolanensis dominij, concedentis immunitatem patri duodecim filios habenti.* Hæc tamen.

30 conclusio quoad naturales, limitatur, si fuerint legitimati, siue per rescriptum Principis, siue per Religionis ingressum, prout doctè satis validissimis rationibus, & auctoritatibus respondit *D.Reg.de Ponte in suo conf. 16.* @*seq.vol. 1.* @*Alex.Trentacing.loc.cit.vers.secundo procedit.*

Est tamen non modica difficultas, nūm in hoc duodecim,

31 liberorum numero, adhoc, ut *Constitutio hæc locum habeat, ex filio, vel filijs nepotes connumerari possint?* Et *Dominus de Franch.in d. decis. 259. num. 14. ex Salyc.in d.l.si pater, quando filius viuit negatiuè concludit, illo tamen mortuo, nepotes, tanquam in eorum patris locū subrogati benè prosunt Auo, sed pro vnica tantū persona reputantur.*

Ab hac tamen sententia Senatus Pedemontanus omnino disfensit. Contrariam (tanquam æquiorem, & magis iuri consonam) sequedo, vt nimirum Nepotes inter liberos connumeretur, nequaquam pro vnica persona reputadi, sed si sunt in Aui potestate, singuli ad numerum augendū numerari debeant, testatur *Theffaur. loco citato, num. 6.* quod validissimis rationibus ibi per *Filiū* comprobatur, eset enim dicit ipse inhumanitas maxima, patrem, siue Auum illum, ob nepotum numerum, qui, & filij sunt, hac à lege concessa immunitate non gaudere, ut commodi, absque onerum, siue Collectarum grauamine, illorum educationi vacare valeat, sequitur *Alexan.Trentacing.loco citato,in vers.contra hāc decla-*

32 rationem: Idq; siue filius mortuus sit, siue viuat, maximè in hoc Regno, attenta R.C.S. vecusta obseruantia, stilo, & conlitudine, quæ summoperè est at-

33 tendenda, ex quo est optima legum Interpres, ad Tex.in l.si de interpretatione, ff. de legibus; maximè cum ratione, non careat.

*34 Etenim immunitas potissimum, ut supra diximus (alijs prætermis) patri conceditur, ut filiorum educationi vacare possit, mortuo filio, inquit *Gloss. in l. 3. infra, de his qui num. liber. se excus.* Nepotem prodesse; hæc ratio multò magis viuente filio*

mi-

militat, tunc nāmq; pater magis patrimonialiter in educando filium, & ex eo nepotē grāuatur: & proindē non mirum si Reg. Cam, passim, patrem habentem filios, & ex eis nepotes, simul omnes viuētes numerū duodecim attingentes (cūm maior ratio vigeat) immunem declarare consuevit, quam conclusionem procedere dicimus, siuē filij, vel nō
 35 potes masculi sint, siuē fœminæ, quia in fauorabilibus ma-
 36 sculinum fœmininum concipiit, & suadent legis nostræ verba ibi, *duodecim liberorum*; appellatiōne enim liberorum fœminæ comprehenduntur, *l. liberorum*, *ff. de verbor. signific. Roland. d. conf.*
 37 etiam si nuptæ sint filiae, & filij emancipati, vel Religionē ingressi, *Roland. loco cit.* & itā in Senatu illo semper seruatum fuisse testatur *Theß citata decisio.*
 38 367. num. 7. & videndus *Domin. de Franch. in decif. 532. vbi refert fuisse per S. Conf. decistum, filia monialem, in Monasterio de-*
 gentem patri quoad tutelæ excusationem benè prodesse, quemadmodum filios in acie belli amissos, *ex Ioanne de Pla-rea, Aret. & Alijs, in uit. Inflit. de excus. Tutor. in princ.*

Estq; rām potens legis nostræ
 39 decisio, & adeò priuilegiata, vt nec per Communitatem, nec per Statutum tolli, & abrogari modo aliquo possit, secundum ea, quæ scripsit *Bologn.*

in Addition, ad *Ananiam in eius consilio ultimo*, & itā per Senatum Pedemontanum decisum testatur *Theffaur. loco cit. num. 1. o.*
 Immò, vt nec etiā per Principē
 40 hæc immunitas reuocari possit, esset enim ius Tertij à lege communi quæsitum auferre, quod Princeps de potestate or-
 41 dinaria, & sinè euidenti necessitate publica facere nō potest, prout per eundem Senatum decisum refert *Theff. Filius in Additio. ad allegatam decis. in versu. amplia decimo*, contra Montis calerij Vniuersitatem, quæ à Principe obtinuerat, vt Milites in qualibet domo, etiam priuilegiata ob numerū duodecim liberorum hospitari possint, &
 42 fuit dictum, tale rescriptū haud esse interinādum, quod tamē pluribus modis limitatur.
 Et primò, si Vniuersitas, siuē
 43 Communitas satis pauper esset, & pater, eiusq; filij diuites, tunc enim prælens *Constitutio minime locum habere posset, iuxta decisa per eundem Excellentissimum Senatum loco cit. nu. 9.*
 Secundò limitatur, & hanc
 44 immunitatem minimè prodesse dicimus in illis oneribus, quæ belli, vel pestis causa imponuntur, cūm ab eis nemo exemptus, & immunis censeatur iuxta tradita per *Bursat. conf. 16. nu. 5. lib. 1.* & pér *Theß. fil. lib. 1. quæst. For. conf. quæst. 13. num. 5. cūm etiam*
 45 Ecclesiasticæ personæ ab hu-

iusti modi oneribus pro modo facultatum haud excusentur, prout tam de Iure Diuino, quam Canonico, & Ciuitali, ac Naturali ratione concludit Cacher. omnino videndus in dec. 68. vbi ex num. 22, disputat articulatum, an

46 Clerici possint per Principem, saecularem cogi, & compelli ad contribuendum in dictis oneribus, Episcopo, siue eius Vicario recusante, aut differente?

Tertio limitatur *legis nostrae*

47 decisio in casu posito per Guid. Pap. in dec. 401. vbi dicit in Patria illa Delphinali duodecim liberosum patrem a subsidijs Delphinalibus non esse immunem; Et idem in donatiuis, que Principi fiunt, & in taxa ordinaria, quae ei, quantum soluitur ex pacto conueneto dicit in Patria sua seruari Thess. cit. dec. 267. circ. fin.

Quartò, *Aliqui hanc legem* limitare opinati sunt, illamque declara-

48 rare, ut locum sibi vindicet tantum in extraordinarijs munerebus, secus in ordinarijs, quorum Antesignanus fuit Alber. in Rub. ff. de mune. & hon. n. 88. quem sequuti sunt Rol. in d. conf. 52. nu. 1. s. & Rebuff. hic in prin. Contrariam tamen sententiā veriorem, & in Praxi receptam testatur idem Rol. vbi supra, & Thess. cit. dec. 267. n. 13. afferens contra hanc limitationem semper iudicatum, & decidsum vidisse, quia si esset inter haec onera constituenda differentia, magis (inquit ipse) dicendum

esset ab ordinarijs, quam ab extra-ordinarijs parentem excusari.

Illud tamen satis controuersum fuit, an haec immunitas aduersus solutionem datiorum, &

49 gabellarum ad Principem spectantium patri prodesse possit. hanc questionem tangit Thess. loco cit. n. 14. afferens, Cameram Dualem illius Patriæ negatiū seruare opinionem, quod proinde, quando haec conceditur immunitas, semper in priuilegijs additur clausula, *Exceptius tamen datijs, & gabellis ad Principem spectantibus*: fatetur tamen hanc nunquam sibi placuisse obseruantiam, cum haec immunitas, quandoque, & saepè frustratoria esset, quia nonnulli reperiuntur, qui prædia non possident, quo casu nullam consequerentur immunitatem; nisi diceremus, illos ab huiusmodi datijs, & gabellis exemptos esse, quod pluribus rationibus comprobatur per Thes. Fil. in loc. cit. & in q. 93. nu. 2. lib. 1. quest. Foren. afferens, pluries pro immunitate fuisse per Senatum illum decisum, & obseruatum, est enim hoc priuilegium fauorabile (ut supra explicauimus) patri, ut commodius filiorum educationi vacare possit, concessum, & proinde ad oem negotiationem, que a patre taliter filiis grauato fieri solet, extē dēdū, sequitur Ruy. cōf. 127. n. 10 in fi. vol. 4. ab eodem Thess. citatus, & Jacob. Mandel. in conf. 519. n. 6. & ita tenendum.

IMPERAT. THEOD.

ET VALENT. AA.

THOMAE PP.

LEX LX.

Nullus, qui nexu generis curiae tenetur obnoxius, per substitutā quācunq; personam curiales impleat functiones : sed ipse per se debitum patriae munus exoluat, etsi spectabili dignitate decoratus sit : nisi hoc ei speciali beneficio sit concessum. Hi verò, qui honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt, per substitutos periculis suarum facultatum curiae muneribus satisface-re non vetentur.

SUMMARIUM.

- 1 Constitutio hæc anoplasm contineat materiam.
- 2 Officialis non potest seruire per substitutum. Et de veritate, nu. 5.
- 3 Officialis potest seruire per substitutum, si illustri dignitate constitutus est.
- 4 Tria disputanda in præsentii Constitutione proponuntur.

- 6 Ius Regium penitus prohibet per substitutum deseruiri posse.
- 7 Referuntur omnia iura Regni, per substitutum deseruiri prohibentia.
- 8 Pœna capitis antiquitus in Regno erat imposta, nedum aliquem in officijs substitutum, sed etiam substituto, quæ ad pœnam bonorum publicationis fuit deinde mitigata.
- 9 Officia præsertim solemnia de iure communi per substitutum exerceri nequeunt. Quod limitatur in quinque casibus, nu. 10.
- 11 Substituentis dicto standum est, quando impedimentum allegat.
- 12 Officium, quando ex certa scientia conceditur inhabili, tunc concessa intelligitur substituendi facultas.
- 13 Ius Canonicum, per substitutum de seruiri permittit.
- 14 Iura, que mandant, per substitutum deseruiri non posse, intelliguntur de plenaria, & generali substitutione.
- 15 Ratio quare per substitutum deseruire non licet.
- 16 Procurator generalis, num, & quando possit substituere?
- 17 Officialis ordinariam habens iurisdictionem in aliquo particulari negotio, num possit substituere?
- 18 Causa meri, & mixti imperij num delegari possint?
- 19 Delegatus à Principe subdelegare potest.
- 20 Iure Canonico non datur discrimen inter causas simplicis iurisdictionis, & meri, seu mixti imperij.
- 21 Exempla traduntur, ex quibus cognosci potest, quando industria persone censemetur electa.

- 22 *Industria personæ censetur electa in officio prædicandi. Et quid in Doctore legente? num. 23.*
- 24 *Doctor efficetur illustris, si legerit per virginii annos.*
- 25 *Dictiones, pro te, vel personaliter, vel manu tua, aut tuæ consciëtię cōmittimus,, quid importent?*
- 26 *Rei magnitudo prohibet, actum exerceri per alium.*
- 27 *Exequitor testamenti nūm possit substituere? Et quid in tutori? nu. 28.*
- 29 *Substituere non licet in omni actu, qui debet fieri in conspectu Principis.*
- 30 *Substituere non licet ei, cui cōmissum est excommunicare, & absoluere.*
- 31 *Examen nūm alij committi possit per illum, cui testium audientia est commissa?*
- 32 *Notarius nūm possit officium suum alteri committere?*
- 33 *Testis nūm possit pro alio ad subscribendum in testamento substitui?*
- 34 *Instrumenta si assumi nequeunt ob testium mortem ibi descriptorum, quid agendum? Et quid, quando Notarius, vel Iudex mortui sunt? num. 35. Et quid, quando testis non est mortuus, verū nequit scribere ob manus tremorem? nu. 36.*
- 37 *Matrimonium potest contrahiri per Procuratorem, sed hic substituere non potest.*
- 38 *Compaternitas, & fidelitatis iuramentum, nūm per substitutum prestari possint?*
- 39 *Iuramentum fidelitatis tactis scripturis præstandum est.*
- 40 *Ieiunare nūm quis possit per aliū?*
- 41 *Feudatarij nūm possint per substitutum deferre? Et quid de iure Regni? nu. 42. Et de adob.e præstatione? nu. 43.*
- 44 *Fæmina feudataria potest scriuire per substitutum.*
- 45 *Substituere quando permittitur, aquè idoneus esse substituendus.*
- 46 *Doctor legens non potest per scholarem, quantumcunq; sufficientem deferre. Et idem in Milite.*
- 47 *Officialis ab officio per aliquod breve tempus discedens nūm possit sibi creare locutentem? Et quid in Regno seruatur? nu. 48.*
- 49 *Subinfeudatio tribus concurrentibus permitta est.*
- 50 *Substitutus in casu absentie nūm censeatur substitutus in casu mortis?*
- 51 *Celebris Senatus Siciliae decisio in quæstione refertur.*
- 52 *Decisio S.C. penes de Franch. in quæstione refertur.*
- 53 *Subdelegatus à Delegato, habente potestatem ob absentiam subdelegandi; delegante mortuo in causa illa procedere potest, re tamen non integra.*
- 54 *Procurator generaliter à Tutori constitutus, Tutori mortuo, nūm mandatum exercere possit?*
- 55 *Tutor datus in casu absentie, censetur etiam datus in casu mortis.*
- 56 *Prorex in casu absentie, vel infirmitatis, nūm alium sui loco in Regno substituere valeat?*
- 57 *Substituens nūm de culpis, & defētibus*

- etibus substituti teneatur? Et quomodo procedat? num. 59. & 63.
- 58 Officialis, qui propter eius absentiam creavit sibi Locumtenentem, num teneatur syndicatu parere pro ilius culpis, & defectibus?
- 60 Vniuersitas, que teneatur singulis annis Baroni Aerarium eligere, num si in computorum redditione apparet ille non soluendo, ipsa teneatur? Vbi decisio S.C. num. 61. Et quid in Syndicis pro collectis exigendis? num. 62. Et quid in Castellanis? nu. 64.
- 66 Baro num teneatur de culpis, & defectibus sui Officialis?
65. Substituens, si habet ab Homine substituendi potestatem, num de substituti defectibus teneatur?
- 67 Baro dicitur ordinarius iudex vasallorum.
- 68 Substituens, ciuiliter ianum teneatur, si in substituendo absq; dolosus est.
- 69 Officialis, qui eligit Assessorem, si in officio ille deliquerit, num liberabitur eum exhibendo? Et quid quando elexit Locumtenentem? nu. 70.
- 71 Substituens, si aliquid soluit pro defectibus substituti, an eo casu solutum à substituto repetere possit?
- 72 Acquisita per substitutum, num substituentis restituenda, vbi Paridis de Puteo distinctio refertur.
- 73 Donatio acquiritur illi, cuius contemplatione facta est.
- 74 Donatio facta filio, num censeatur patris contemplatione facta?
- 75 Donata per spōsi consanguineos spōsa, spōsi contemplatione donata censemur.
- 76 Donata Ambassiatoribus, mittenti acquiruntur.
- 77 Acquisita per substitutos, num substituentis contemplatione acquisita censeantur?
- 78 Explicatur lex prima, & secunda, de Acquisit. per acto. Regis in Longobardis, & nu. 79.
- 80 Donata Officiali in officio existenti, num Fisco acquirantur?
- 81 Vxor, quod acquirit, ex bonis mariti acquirere presumitur.
- 82 Bona empta per Officiale, cuius pecunia empta presumuntur?
- 83 Officialis, & qui aliena curant, & multorum sunt Ministri, emere, & vendere, & sic mercari non possunt: & quid hodie seruatur, vbi fertur decisio Senatus Pedemont. & solemne Lanarij conf. in ordine 43.
1.  Constitutio hæc, et si parum à Doctoribus explicata, amplam tamen, & quotidianam continet materiam: Duo disponit, primò prohibet, secundò permittit, hocq; breuiter dicit in summa: Non
2. potest quis seruire per substitutum, nisi habeat de hoc priuilegium, aut verò illustris persona sit. his verbis summant Bar. ceteriq; nonnulli, vel secundū Pennensem, & clariūs; Decurio originalis etiam si spectabilis fiat, non seruit Curia per substitutum, nisi hoc habeat ex priuilegio speciali. Si autem fiat illustris
3. honoraria dignitate, potest sub eius

pericula per substitutum Curia defseruire. Et sic vidés, ad hoc ut q̄s possit p̄ substitutū defseruire, nō sufficere illū esse in simplici, sed in illustri dignitate constitutū. Ut autem materiam hanc vtiliter explicemus, tria pro legis no-
4 stræ ornatū disputanda propo-
nimus, quorum Primum est videndum, an Officialis(rei ve-
ritatem inuestigando) possit sui loco aliūm substituere, idest ser-
uire, & officium exercere p̄ substitutū? Secundò (si in ali-
quibus casib⁹ posse concedi-
mus) an tunc substituens de sub-
stituti excessibus, & delictis te-
neatur, & qua poena? Tertiò, &
tandem, an acquisita per substi-
tutū sint substituenti restituēda?

Et vt omnia ordinatè explice-
mus, ad primum (quantum ad
Nos attinet) respōdimus distin-
guendo inter Ius Regium no-
strum, & commune; iure enim
6 Regio(vt illud breviter expedia-
mus) res se habet absq; vlla con-
troversia, millies enim fuit con-
stitutum in hoc Regno, nemini
nem in officijs per substitutum
defseruire posse, sed vnumquēq;
ad præstanta seruicia personali-
ter sibi commissa omnino te-
neri, sic Ritus Mag. Cur. secundus,
qui post determinatum nume-
rum Mag. Cur. Officialium, sub-
7 dit in hac formalia: Et omnes de-
bent seruire personaliter, & non per
substitutum, idē in riu 7. & 309.
& in cap. Regis Ioann.e, secun-

dum ordinem Nigri 276. in prag-
mat. 1. sub tit. de Actuar. & Scrib.
in pragm. 1. & 2. sub tit. de admi-
nistrai. & in pragm. 4. sub tit. de off.
Iud. Et hoc tam verū est in Re-
gno nostro, quod antequam di-
cta iura essent emanata, extabat
Gulielmi Constitutio, incip. Offi-
cia, quæ personis, qua pœna capi-
tis erat imposita, nedūm aliquē
8 in officijs substituenti; sed etiam
substituto; quæ postea ad pœnā
bonorum publicationis, per Cō-
stitutionē Friderici Durā, & Dirā
fuit mitigata. De iure autem cō-
muni magnas huiusmodi quæ-
situm patitur difficultates, et si
9 enim iure ciuili regulariter of-
ficia, præsertim solēnia per sub-
stitutum exerceri nequeant, pro-
vt exp̄resse hic statuitur, & in
Auth. vt nulli Iudicū, in prin. & in
Auth. de collat. S. ad hec prohibemus,
in l. 1. ff. de offic. eius, cum alijs cu-
mularis per Parid. de Pute. in suo
tract. de syndic. in verbo substitutus
nu. 3. & per Capyc. dec. 151, nu. 1.
In multis tamen limitatur casib⁹,
10 corpore, & per Doctores ibi
colliguntur; & Primò, si aliter
ex peculiari priuilegio fuerit di-
spositū. Secundò, si illustris per-
sona sit talis substituens. Tertiò,
si aliter necessitas postularet.
Quartò, si substituentis status
mutatio euenerit. Quintò, & tā-
dem, si Principis licentia id cō-
cedatur, de quibus etiā per Bar.
in l. continuus, S. si ab eo, ff. de verb.

oblig.

oblig. & per DD. citatos per Cara-
uit. d. rit. 3. vbi allegat etiam glo. in
c. Pastoralis in verbo exonerare, de-
off. deleg. quę notabiliter voluit,
11 substituentis dicto standum es-
se, quando impedimentum al-
legat, et si non constet, quod etiā
probatur per Andr. in cap. si quis
Clericus, si de feud. defun. milit. &
in cap. si quis decesserit, eod. iit. cum
alijs adductis per Capyc. decis. 2. 1.
aliam in prædictis subdentes li-
12 mitationem, quando ex certa
scientia cōceditur officium in-
habili; tunc enim concessa in-
telligitur substituendi facultas.

Iure autem Canonico secus
13 est, quilibet enim Ordinarius
potest sibi substituere Vicariū,
vt in tit. Decretaliū, de officio Vicar.
li. 1. & notat Capyc. in cit. dec.
15 1. nu. 1.

Aduertendum tamen, iura-
14 prædicta procedere de plena-
ria, & generali substitutione lo-
quendo, puta si Officialis vellet
in officio, & sic in generalitate
Causarum sibi facere substitu-
tum, hoc namq; permisum non
est, nisi casibus supra exceptis,
& expressis de iure Ciuiili, quo
pro regula traditum est, in offi-
cijs, & dignitatibus substituere
non licere, vt post Bald. in l. quis-
15 quis, supra de Episc. & Cler. tradit
Paris loco relato cap. 2. num. 3.
Ratio talis dispositionis est, quo-
niam in generali negotiorum
commissione, ob rei magnitudi-
nem videtur electa industria

personæ, ergò non licet substi-
16 tuere, prout in Procuratore ge-
nerali ad omnia Domini nego-
tia cōstituto, qui licet possit sub-
stituere, tamen non in omnibus
negotijs id intelligitur; sed in
aliquo particulari tantum, Saly.
& Alex. in l. quod quis, sup. de Procu-
rat. num. 6. relati per Fely. in cap.
fin. §. fin. n. 9. de offic. deleg. Dicimus
17 igitur dūm iura prædicta de ge-
nerali substitutione loquuntur,
posse Officialem ordinariam ha-
bentem iurisdictionēm, aut etiā
à lege delegatam, in aliquo par-
ticulari negotio, vel causa sibi
creare substitutum, quod pro-
priè delegare diceretur, modo
18 causæ meri, & mixti imperij nō
sint, quæ de iure Ciuiili delegari
aliquo pacto non possunt, secū-
dum latè tradita per DD. in l. 1.
de officio eius. Immò poterit sub-
stituto, seu delegato alteram sub-
stituendi potestatem tradere, vt
communiter tenent in l. à Iudice,
C. de iudicijs, & notat Iaso. in d. l. 1.
num. 2. 6. Poterit etiam Officialis
à Principe delegatus, subdelega-
19 re, nedūm in causis simplicis iu-
risdictionis, sed meri, & mixti
imperij, iuxta communem in l.
1. sup. qui pro sua iurisdic. & testa-
tur Ias. loco cit. num. 6 3. sicuti est
20 de iure Canonico, quo nulla
adhibetur differentia inter cau-
sas simplicis iurisdictionis, &
meri, seu mixti imperij, sed in-
distinctè omnes delegari pos-
sunt, ex regula, quod quicquid

est cognoscibile, est delegabile, de qua per *Ias.* post *alios ibidem num. 28. in 7. limitas.*

Sed quoniam tā de iure Ciui- li, quam Canonico inhærendū est regulæ desumptæ ex *l. inter Artifices, ff. de solut. & ex cap. fin. de offic. deleg.* quibus cauetur, quod vbiq; est electa industria personæ, non licet substituere, & è

2.1 contrario substituere licet vbi personalis industria non est electa. Quærenda idcirkò sunt exé- plæ, ex quibus cognosci possit, quando industria personæ fuit electa. *Bal. in l. unica, §. ne autem, sup. de caduc. tollen. num. 4. cum seq.* ingeniosè explicando Brocardū hoc, ut ipse vocat, & post eum *Fælyn. in cap. fin. §. is autem, de offic. deleg.* plura proposuerunt exem- plæ; magis verò notabilia hæc:

2.2 In officio prædicandi, quod si fuerit alicui iniunctum, non po- terit alteri committi: In Do-

2.3 ctore legente, qui per substi- tum legere non potest, nisi in casu necessitatis. Idem. si legerit

2.4 per viginti annos, quo catu effi- citur illustris, secundum com- munem *in d.l. 1. de off. eius, ex qua status mutatione haberet substi- tuendi facultatem, iuxta termi- nos præsentis Constitutionis, notat.* post *Bal. in specie Ias. in d.l. 1. nu.*

12. In omni commissione, vbi essent dictiones, pro te, vel per- sonaliter, vel manu tua, vel tua conscientia committimus, & si- milibus, quibus in casibus etiā

2.5 si negotium commissum esset parui momenti, substituere non licet, quoniam per hæc verba electa est personalis industria.

2.6 Item quando res, quæ commi- titur est magni momenti, & ardua, sola enim rei magnitudo prohibet actum exerceri per alium; vt per *Fælyn. loco citato num. quarto.* In executore-testa-

2.7 menti, qui non potest substitue- re eadem ratione, quia censetur eius industria electa, quod intel- ligit in executore dato à Testa- tore, secus si à lege, vel Canone, prout est Episcopus, quoniā ille, qui habet iurisdictionem à lege, subdelegare potest, argumento *tex. in d.l. 1. de offic. eius, Fælyn. loco citato, nu. 5.* In Tutori cuius per-

2.8 sonē industriam etiam electarn esse dicimus, *Bal. in l. cum Magi- stratus, sup. quando prouoca, non est* necess. & per *DD. in l. neq; Tutores*

2.9 *sup. de Procur.* In omni actu, qui debet fieri in conspectu Princi- pis, *Fælyn. vbi sup. num. 6.* Immò generalius in omni actu facien- do pro Principe, ut notat *Apo- stilla ad Bal. in d.l. quisquis, sup. de*

30 *Episc. & Cler.* Item quando ali- cui committitur nudum mini- sterium, puta excommunicare, absoluere, & similia, per *tex. in d. cap. fin. §. fin. de off. deleg.* Hinc est, quod is, cui fuit commissa te-

31 scium audientia, alteri examen cōmittere non poterit, nisi am- bæ partes expressè consentiant; hoc me docuerunt *Specul. in ti. de*

teste

teste §. qualiter num. 24. Alij q̄ re-
lati in penult. Apostill. super Regni
Constit. incip. In pecuniarijs.

Insuper, quando alicui est cō-
missa negotiorum generalitas,
(vt supra dictum est) talis non
poterit generaliter substituere.

32 Idem in Notario, qui non po-
test officium suum alteri com-
mittere, immò nec per substitu-
tum scribere, quod intellige
de scriptura protocolli, quæ de-
bet esse propriæ manus Nota-
rij, vt ex ea possit compara-
tio litterarum fieri, non autem
de scriptura à protocollo extra-
cta, quæ potest alteri committi:
& sufficit sola Notarij subscri-
prio, siue extractionis fides, vt
communiter seruatur.

Sed quid dices in teste, an sci-
33 licet unus testis possit pro altero
ad subscribendum in testamen-
to substitui? tangit hoc Lucas
Pennens. in l. nulli, infra de numer.
vbi per plures iuris communis
tex. probat affirmatiuè, quam-
uis Gregor. Lopez in l. 2. Hisp. tit. 1.
par. 6. glos. 11. dicat iure com-
muni hoc non reperiri benè ex
pressum, sed cautum esse per il-
lam legem, quam valdè notandā
aduertit. Similem Nos legem.
34 habemus in Regno nostro, vbi,
si instrumēta in publicam for-
mam ob testium mortem in in-
strumentis descriptorum assu-
mi nequeant, possunt & alij sub-
stitui loco mortuorū ad subscri-
bendum, seruata forma prag. 1.

35 sub tit. de fid. instrum. Idemq; si
mortui essent nēdū testes, sed
Notarius, & Iudex, quorum om-
nium subrogatio, & substitutio
datur, vt quotidiana docet pra-
xis, quæ in S. C. seruatur, defum
pta ex pragm. Caroli V. Imper. ini-
tiiff. posita nunc sub eodem tit.
de fide instrum. secunda in ordine.

Sed quid si testis nō esset mor-
tuus, verūm nequit scribere, ni-
mia senectute confectus, vel ob
manuum tremorem? Lucas in
d.l. nulli, infra, de numer. @ actua-
rijs propè finem, dicit, posse eius
manum ab aliquo perito capi,
& ad scripturam dirigi, si ta-
men is, cuius manus tenetur, sit
mente sanus, & in præsentia te-
stium, ipso mandante fiat; quod
dictum valdè notandum, & ali-
bi forte non reperiri aduertit
idem Lop. ubi sup.

Ego autem inuenio id in for-
tioribus terminis antè Lucam
dixisse Gloss. in Cons. Regni Instru-
mentorum robur, in verbo assumā-
tur, vbi loquitur de teste, qui si
esset ità miser, & simplex, vt ne-
sciret ducere pennam, & signū
Crucis facere; Notarius posset
illius tenere manum, illamquè
per cartam trahere, ità quod fa-
ciat eum per longum virgam
facere, & à latere, & sic signum
Crucis, vt illius verbis utar, alle-
gat ad id tex. optimum in §. 1.
in Autben. de testibus, quod etiam
commendat Roder. Aluar. lib. 3.
de coniect. ment. def. c. 2. nu. 9.

37. sed quid dicendum in matrimonio, an per substitutum, quem Procuratorem praxis appellat, contrahiri possit? Respondendum est, absq; controversia, quod sic, ut ante, & post S. T. C. dispositionem *Summisæ* omnes in verbo *matrimonium* statuerunt, & *Canonistæ* in c. fin. de Procur. in sexto, quod late probatur per *Sanch.* lib. 2. de matrim. disput.

38. Verum talis Procurator per se ipsum mandatum exequi debet, non enim aliud substituire potest, nisi expreßè hoc in mandato contineatur, prout aperte habetur in d. c. fin. Ratio est eadem, quia videtur electa industria personæ; ac idem dicendum de Procuratore dato ad sponsalia contrahenda, ut nec etiam aliud substituere valeat, prout in vtroq; casu probat *Sanch.* loco citato, num. s. ex doctrina *Anton.* *Cuch.* *insti. moral.* li. s. tit. 10. num. 17.

An autem compaternitas, & fidelitatis iuramentum per substitutum præstari possit? videtur negatiuè respondendum, nam cum compater sit spiritualis pater, non videtur in Procuratore cadere posse, nec per alium huiusmodi solemnitatem implere, & idein de fidelitatis iuramento, cum formam habeat, quod ta

39. cts scripturis præstetur, *Theff.* dec. 47. nu. 14. sed in contrarium in vtroq; casu est veritas, nam in compaternitate sic se habet

consuetudo, maximè in Principibus, qui contrahunt compaternitatem per eorum Procuratores baptizando.

In iuramento fidelitatis est idem, quia inuestitura, & fidelitas istius naturæ est, ut in cap. 1. §. personam, per quos fiat inuestit. focus in iuramento à Cuiibus, qd per se præstari debet, prout probat *Bald.* in d.l. unica, §. n. autem, C. de cœduc. coll. & in d.c. 1. §. nulla, & in cap. 1. in fin. quo temp. miles.

40. Sed quid in iejunio, & voto, an quis per aliud iejunare, & votū implere possit? tangit *Lucas* hic in principio, & partem negatiuam tenet, motus ex d.l. inter artifices, & similibus; sed contrarium tenet *Glo.* in c. fin. in verbo *de-narium* & 2. dist.

Quid autem dicendum in feu datarijs, an ipsis liceat per substitutum seruire? *Bald.* explicat in d.l. quisquis, supra, de Episcop. & Cler. affirmatiuè concludendū, si tamen equè idoneum præstet, quoniam per eius seruitum eadem utilitas, & effectus representatur. Sed quicquid sit, de communī iure feudorum, ex cuius dispositione negari non potest, nedum licere vassallis per substitutum deseruire, sed proseruitio personali soluere adhuc, & sic præstare seruitum reale, ut est rex. in §. firmiter, de prohib. feud. aliena. per Feder. ubi *Glo.* in verbo *alium pro se*, & post eam *Aluar.* ibidem, & in cap. 1. d.e.

pace

pace iuram firm, & aduertit (apyc.
 42 decis. 32. num. 2. in Regno tam
 men quæsitum hoc ambiguita-
 te caret, quia electio non vassal-
 lorum, sed Regis est, qui potest
 præcisè vassalos cogere ad per-
 sonaliter seruiendū. Et si cōter
 43 soluitur adoha, siue pecuniaria
 præstatio, hoc ex Regis volun-
 tate fit, qui adohā repudiare, &
 feudatarios ad seruitij persona-
 lis præstationem cogere posset,
 vt post e Andr. tradit Afflct. decis.
 32. o. num. 9. @ (apyc. citata decis.
 32. num. 1. in fine. Concludimus
 igitur in Regno vassallis p sub-
 stitutum seruire non licere, ni-
 si Regis voluntate accedente,
 44 vt in sc̄mina, quæ ad hoc fuit
 habilitata vigore Constitutio-
 num.

Illud verò in tota hac mate-
 45 ria generaliter est præmitem-
 dum, quod in illis casibus, in
 quibus licet substituere, non suf-
 ficit qualemcunq; substituere;
 sed substitutus deber esse adeò
 qualificatus, vt inter eum, & sub-
 stituentem sit omnimoda simi-
 litudo, etiam respectu conditio-
 nis, vnde Doctor non posset per
 scholarem deseruire, quantum
 cunq; sufficientem, nec Miles,
 nisi per alium Militē æque ido-
 neum & strenuum, dictum est
 Bar. int. 1. infra, de prepos. agent. per
 illum tex. num. 5. @ est tex. int.
 Parabolam, supra de Episc. @ Cler.
 quem Bald. notat contra Asses-
 47 sores, & Iudices, qui dūm à Pro-

uincia recedunt, & subrogant in
 locum suum vnum ex Aduo-
 catis Prouinciae, qui cūm non
 possit à principio Officialis in-
 stitui, nec etiam postea sub-
 titui: & est aduertendum (di-
 cit ipse) pro nullitate actorum,
 quæ sunt ab istis substitutis, ex
 quo inquit, nec subrogatio te-
 net, nec quod faciūt subrogati;
 Verùm Bald. doctrina non ob-
 stante, diu apud Nos praxis ob-
 tinuit, vt per modicum tempus
 substituantur Locumtenentes
 in propria Patria, vt tradit Pres.
 de Franch. dec. 198. quod modi
 48 cū tempus intelligitur per dies
 quindecim, vt pluries fuisse ser-
 uatū, testatur Dom. Rou. in prag. 1.
 num. s 4. de syndic. Offic. Et in feu-
 datarijs illud etiam omnino no-
 tandum, quando per substitutū
 deseriri permittitur, vt æquè
 idoneus substituatur, idq; locū
 habet etiam in casu subinfe-
 dationis, quæ permissa est, tribus
 49 demum concurrentibus, bona
 fide, idest vassalli subinfeudan-
 tis, qualitate subfeudatarij, scili-
 cet, quod sit æqualis, vel maior,
 & quod fiat sub eisdem pactis,
 & conditionibus, vt post alios
 declarat Curi. Iun. in tract. feud. p.
 4. n. 8 3. vers. aggredior primam.

Illud autem, antequam ad se-
 cundam præsentis explicationis
 partem deueniamus, utiliter, &
 in materia eleganter inuestiga-
 ri potest, an sc̄ilicet quando da-
 mus casum per substitutum de-
 ser-

seruiri posse, si fuerit quis Officialis substitutus in alterius absentis locum, si deinde Officiale illum absentem mori contigerit, censeatur taliter substitutus in casu mortis? Hæc quæstio de facto disputanda venit in vltioris Siciliæ Regno, tempore, quo ibi pro Rege nostro

Inuictissimo Ossunelium Dux moderabatur, prout nouissime videre est apud *Mariam Giur-bam in decif. 9.* qui doctè articulum disputando, duo distinguit capita. Primum, quando substitutio hæc sit ab Officiale substituendi potestate habente, prout in illo Regno hæc substituendi facultas per mensem Officialibus conceditur. Alterum, quando sit à Principe. Quoad primum, *Cosmus Nepita ad Consuetud. Catinense in Consuet. prima, sub tit. de personis creandis Officialibus, & non substituendis, num. 6.* pro substituto respödit, & quod duret semper, dum aliter non prouideatur, idquæ autoritate Boer. dec. 149. num. 15. nè Ciuitas Rectore careat, ad tex. in l. meminisse, ff. de offic. Proconsul. Contrarium tamen in hoc primo casu tenuit citatus Boer. ubi sup. num. 3. quia cum substituere sit loco sui alium ponere *Peregrin. de fideicommiss. art. 5. num. 6.* nec aliam habeat iurisdictionem, quam ipse, qui eum constituit *Cowarr. practicar. quest. cap. 4. nu. 4.* vt morte substituentis expiret

iurisdictio, quia personalia sunt officia, l. consilio, ff. de curat. furios. Frec. lib. 2. de subfeud. quest. 5 o. n. 4. sic etiam substituti cessat officium; cum sit ad tempus, & sic concludendum, noua Principis commissione indigere substitutum, si infra mensem Officialis moriatur.

Quoad alterius presentis distinctionis caput, quando hæc substitutio à Principe sit, & in hoc pro substituto concludit; nam si absentem mori contigerit, substitutus officium exerceret, etiam in casu mortis, sine alia potestatis accessione, & sine Principis substituentis illa alia noua authoritate, prout ita exceptum de anno 1615. in Ciuitate Messanæ in fin. citatæ decisionis refert, idemq; probat auctoritate *Præsid. de Franch. decif. 25* qui num. 4. refert audiuisse 32 alias conclusum; aliquo Officiali creato, & in eius absentiam altero subrogato, quod mortuo primo loco creato, hic in locum eius subrogatus, in casu absentia, exercebit officium, etiam in casu mortis, cum in illo, ut ipse ait, casus absentia comprehendatur, ad tex. in l. mandatum, C. mand. Id etiam erit dicendum, inquit idem Dominus *Præses, num. 1. & 2.* in subdelegato à delegato habente potestatem ob absentiam delegandi, ut illo delegante mortuo, retamen non integra, habebit sub-

de-

delegatus potestatem in causa ipsi subdelegata procedendi, & eius subrogatio durat, cap. si delegatus, de offic. deleg. in sexto; quando tamen res esset integra, subdelegatio expiraret, ex dispositione tex. in d. l. mandatum, ut dicit gloss. in d. cap. si delegatus post primum notabile, quemadmodum 54 dicimus in Procuratore generali à Tutore constituto in omnibus litibus, & negotijs pupilli, ut ipso Tutore mortuo in litibus, & negotijs non incepitis mandatum censeatur extinctū; in incepitis verò secūs, prout decisum per Sac. Reg. Cons. dicit idem Dom. de Franch. decis. 466. quam distinctionem in alijs casibus seruandā esse ex præcipua doctrina Salyc. in l. si quis mancipijs, §. si impubes, ff. de inst. actio. ad quem per Sac. Conf. semper recurri solere, inquit idem Dom. Praef. ubi sup. n. 3.

An autem Tutor in casu absentiæ datus, censeatur itidem in calu mortis, tex. est clarus; quod sic, in l. quæsum, ff. de tutelis, & habetur per Vniuum decisio. 2. num. 1. & per Giurbam. ubi supra, num. 9. ratio est, quia à Judice datur, & Officiali æquipatatur, l. Prefectus, ff. de rit. nupt. Frecc. de subfeud. lib. 2. quæstio. 56. num. 2.

Posset etiam hic tractari quæsto illa, an scilicet Prorex noster Illustrissimus in casu absentiæ, vel infirmitatis alium sui lo-

co substituere valeat? sed quia vulgata est, & communiter Recentiores nostri affirmatiuè respódent, ideo cum illis pertranseo.

Pro illius verò resolutione vivendi sunt olim Collega noster Regens de Ponte in eius tract. de potest. Proreg. in tit. de Assensibus Regijs tit. 7. §. 6. & Dominus Consiliarius Roritus in Rubric. de administr. & quod person. seru. à numer. 8. usq; ad finem, vbi distinguendo casus absentiaæ, infirmitatis, & mortis antiqua, & moderna, exempla in consimilibus casibus alijs in præsenti Regno occursis eleganter commemo rando reculit, & in Pragmat. 24. num. 2. & 17. de Offic. Sacr. Consil. ad quod etiam est videndus Mastrill. in tract. de Magistr. lib. s. cap. 6. nu. 165.

Ad secundam præsentis ex plicationis partem deueniendo, in qua quæritur, an substituens de substituti excessibus, & delictis teneatur, affirmatiuè erit respondendum, cùm apertis verbis hac lege nostra cautum sit ibi in fine, periculo suarum facultatum; nam si substituere debet (ut explicauimus) æquè idoneum, si substitutus negligentè se habuit excessa, & delicta committendo, non mirum si ipsi substituenti imputetur, quod enim quis sua culpa sentit, sibi, & non alij imputare debet, est regula Canoni-

ca,

ca in cap. *damnum, de regul. iur. in sexto*, & *Magistratus*, qui creat aliquem in officio, ipse tenetur, l. 1. in princip. ff. *de Magist. conue.* & probatur per *Parid. de Puteo, citato tract. de syndic. in rverb. substitutus, cap. 1. per Lucam in d.l. agentes num. 10. infra, de præpos. agent. per Ioannem de Plat. hic, per Gregor. Lopez in l. 9. gloss. 10. tit. 8. partit. s. & per Roman. consil. 297. num. 2. qui loquitur de Communitate damnum patiente ex dolo, & culpa substituti ab Operarijs, quos ipsa elegit ad muros construendos, vt & ipsi ad Communitatis interesse teneatur: cùm enim quis per substitutum seruit in eo, quod ipse faciendum conduxit, suo periculo seruire intelligatur, l. ad si. *militudinem, supra, de Episcop. & Cleric.* cum alijs per Roman. ibi cumulatis, quod adeò verum est, dicit Paris dicto rverb. *substitutus, cap. 2. per totum*, vt substituens teneatur loco substituti pro eius culpis, & defectibus syndicatu parere, sequitur *Cancer. par. 2. variar. resolut. cap. 2. de iurisdict. omn. Iudic. num. 87.* vbi etiam certum esse dicit, & de facto quæstionem habuisse, quod Ordinarius teneatur pro male gestis à suo Locumentente, & similiter Balius de culpis Subalij, & Vicarius de culpis Subuicarij, sequitur *Consil. Ronit. in dict. pragmat. s. num. 13. & 55. de syndicat. Offic.* vbi probat, Officia-*

58 lem, qui per dies quindecim in casu eius absentia elegit Locumentente in propria Patria (quod fieri posse supra explicauimus) teneri de illius culpis, & defectibus in syndicatu.

Hæc tamen omnia intellige, 59 quando substituens voluntariè substitutum elegerit, non autem ex necessitate, ponit exemplum idem *Cancer. loco citato in Vicario Villæfranchæ*, habente Subuicarium in Villa Sancti Petri de Biudeuillas, qui creatur hoc pacto, quod Vniuersitas Sancti Petri ex antiquissima consuetudine, cum Regia sententia confirmata nominet ad tale munus dictos homines, ex dicta Villa oriundos, & Vicarius Villæfranchæ vnum ex eis eligere teneatur, concludit in hoc casu, Vicarium de Subuicarij culpis, & defectibus in syndicatu non teneri, quia nihil est, quod Vicario imputari possit, cùm dicta electio, quam fecit, necessaria sit, & non voluntaria, ita vt potius dici possit, Vniuersitatem, quam Vicarium creare dictum. Locumententem, argumento l. vnum ex familia, §. si de falcidia, ff. de legat. secundo, quem tex. ad hoc expendit Bar. in l. more, num. 1. ff. de iurisdict. omn. Iud. Quemadmodū etiam dicimus Nos in illis Regni huius Vniuersitatibus, quæ ex consuetudine singulis annis tenentur Baroni ex Ciubus tres

nominare, quorum postea Baro vnum in Camerlingum, siue Aerarium eligit, qui inter alia introitus baronales, & victuallia exigere teneatur, si fuerit a Barone (iuxta morem) aliquis nominatus, & tempore administrationis finitæ, & sic in computorum redditione non idoneus reperiatur, non ipsi Baronio, qui ex necessitate eligit, sed Vniuersitati, que creauit administrationis periculum spectat, cum potius dici possit Vniuersitatem, quam Baronem elegisse, & mala electio eligenti sit imputanda, §. *præterea, Insti-*
tutio. quibus mod. recontraab. obligat.
 & qui eligit minus idoneos sit in culpa, *l. quod si nolit, §. culpa,*
ff. de editit, editit. cum concord.

61 Nec mirum, si in facti contingentia de anno 1599. sexta die Februarij (ut refert olim *Regius Consiliarius Gizzarellus decisio. 31.*) fuit per nostrum Sacr. Consil. decisum, Foroli Vniuersitatem ad illius Baronis beneficium esse condemnandam ad refendum, & soluendum (prout fuit executum) quantitates per Aerarium debitas non soluendo repertum, nominatum, & eleatum, eò modo quo supra explicauimus; prout etiam (inquit idem *Gizzarell. loco citato, num. 8.*)

62 de Syndicis dicendum esse; qui ab Vniuersitate pro Regis seruitijs eliguntur, & tributa, & collectas, quæ Regi deben-

tur exigunt, & conseruant, ut ad ipsius Vniuersitatis eligentis periculum administrare dicantur, ex cap. *Regis Caroli Primi*, secundum ordinem *Nigri num. 25.* Quod tam in Camerarijs, & Collectoribus pro Regiae Curiæ seruitio electis, quā pro seruitio Baronis locum habere dixit *Capyc. decisio. 118. nu. 3.* *Gizzarell. loco paulò antè citato.*

Item intelligenda sunt prædicta, quando substituens in eligendo, debitam non adhibuisset diligentiam, tunc enim procedit regula illa, mala electio est in culpa; alioquin si diligens fuit, delictum à substituto commissum, substituenti non esse imputandum sentit *Gloss. notabilis in cap. ad hoc, de Offic. c. Archidiac. Grego. Lopez loco citato gloss. 2. vbi 64 ex Alberic.* mente inquit, quod si substitutus à Castellano ad Castrum custodiam illud perdidit, ad nihil tenetur substituens, nec ipsum Regi præsentare, si talis substitutus tempore commissæ custodiæ diligens, & sufficiens reputabatur; non enim debet eligenti nocere, quod substitutus, seu electus mores mutauerit. Et idem *Lopez in l. s. eodem tit. gloss. 3.* inquit, quod sufficeret mittere talem, qui reputatus est idoneus, & in tali reputatione habebatur, *l. argentum, ff. commod. l. si à bona fidei, ff. de reiuerdication. & sic*

di.

dicimus diligentem dici substituentem; si eum, qui idoneus habebatur, elegit; idem si eligit nobilem ad custodiam Castri; referens sic fuisse in Romana Curia decisum; idemq; si substitutus de eodem esset sanguine, ex hoc enim solo idoneus censetur, ut ex aliorum voto, referr *Vincentius de Anna Allegatio. 57. num. 24.* & antè eos hæc eadem scripsit Paris in eodem verbo *Substitutus, cap. 2. num. 2.* per hæc verba: *Vbi autem in electione substituti, fraudis, negligentiae, vel defectus nihil adhibuit, sed eum eligit, qui idoneus, fidelis, & bonus, & qui sic publicè habebatur, & tunc excusat, licet substitutus mutet mores.*

Insuper prædicta intellige, vbi substituens habeat à lege substituendi potestatem, tunc enim tenetur de facto substituti, & malè eligendo, dicitur esse in culpa, ut Officialis, Tutor, &c. secùs si potestatem substituendi habeat ab homine, eò enim casu de culpis substituti substituens tenetur, nisi in eligendo dolum adhibuit, id exemplificat *Praefid. de Franchis in decisio. 212.* in Procuratore siue ad negotia, siue ad lites cum substituendi facultate constituto, quando substituit aliquem virtute potestatis sibi traditæ, ut de substituti excessibus, & delictis, si in eligendo

non fuit in culpa, nequaquam teneatur, quia videtur hic substitutus à Domino electus, mediante Procuratoris persona, & sic per Sacrum Consilium decisum, autoritate gloss. in cap. primo, de Procurator. in sexto, & Salyc. in d. l. quod quis in s. questio. ff. de Procur. cum alijs per eundem de Franch. adductis.

Sed quid dicendum de Barone, an ipse de Officialis culpis, & defectibus teneatur, si Capitaneus ille officio completo syndicatu non paruerit, sed au fugerit? In hoc respondemus, 67 licet Barones vassallorum ordinarios dici Iudices, Andr. in cap. primo, num. 2. colum. 4. quid sit inuestitur. & in cap. i. §. praeterea, de prohibit. feud. aliena per Frideric. Frecc. de subfeu. author. 13. Dom. de Ponte de potest. Proreg. in tit. de Provision. fieri solit. §. 1. tamen non per hoc ipsi de causis cognoscunt, nè vassalli quodammodo territi videre Dominum, iustitiam petere omittant, & sic ex necessitate Capitaneos, & Iudices eligere tenentur, Frecc. loco citato, num. 7. & Roritus in pragmat. 2. & 3. de suspicion. Official. cùmquè supra probauimus, substituentem de substituti culpis, & excessibus nequaquam teneri, si ex necessitate fuerit facta substitutio; meritò est asserendum, ut nec etiam Baro, qui necessariò Capitaneum elitit, de illius defecti-

bus

bus, & delictis teneatur : sed an eo casu ad illum exhibēdum diligentiam adhibere debeat ? admitterem, quod sic ; sed illo non reperto, ad nihilum tene-
ri, argumento *sex. in cap. primo*, §. *insuper de prohibit. feud. alien. per Frider.*

Tenetur igitur substituens ex facto substituti, quia peccauit, nedūm malè eligendo, sed vten-
do malorum hominum operi-
bus : tamen si non fuit in dolo
68 versatus, non criminaliter, sed
ciuiliter tantum tenebitur, im-
mō à poena ciuali eum exhiben-
do liberatur, secundum *Paridē de Puteo citato tractat. de syndic. in verbo familiaris, seu familia potestatis, cap. 4. num. 4. in fine, & cap. 5. in princip. quibus in locis de delictis familiae Potestatis lo-
quitur, & in dicto verbo substitutus, c. 2. in finalibus verbis vbi ait de substituto, quod eū exhibendo, liberetur substituens, im-
mō, quod si delinquerit, in om-
nibus ad officium non perti-
nentibus, ad nihilum tenebi-
tur.*

Sed quid dices in Officiali eli-
69 gente Assessorem, an si Assessor
delinquar, liberabitur Officialis
illum exhibendo ? *Paris in ver-
bo Rectores num. 2. & post eum
Mangr. in Additio. ad Bartol. in l.
Prator, §. familia, ff. de public. &
rectig. negotiū respondent, pro
70 vt dicimus de Officiali, qui
adeo de culpis, & defectibus*

*eius Locumtenentis (vt supra-
probauimus) tenetur, vt nec etiā
illum exhibendo liberatur; *Aul.
in cap. 4. prætorum, in verbo En-
tregare, & Bonadill. Pol. lib. 1. c. 12.
num. 4 s. quos nouissimè citat
Consiliarius Rovit. in dict. pragm. 1.
de synd. Official. nu. 57. in nouissi-
ma impressione.**

Sed quid si substituēs aliquid
71 soluit ex causa substituti, putā,
quia ob eius delictum fuit con-
demnatus, an eo casu poterit ab
eodem solutum repetere, vel de
suo salario retinere ? dic, quod
sic, nisi doli, vel fraudis parti-
ceps fuerit, *Paris loco cit. cap. 2. nu.
5. in fin.*

Tertia demum, & postrema
72 se se offert disceptatio de acqui-
sitionibus factis per substitu-
tum, ad quam *Paris* respondet
in dicto verbo *Substitutus, cap. 1.
num. 2. vbi factis nonnullis di-
stinctionibus, & subdistinctioni-
bus, scilicet, quod vel donatur
pro aliō, aut propter aliud, aut
donatarius gerit personam re-
presentantem in acquisitione,*
vel non, subdit hæc verba : *In
dubio vero recurritur ad coniectu-
ras, quia si officium, quod quis gerit
esse causa acquisitionis, acquiritur
Domino, secūs si sua persona est cau-
sa acquisitionis, &c. & sic ex *Pa-
ridis* mente colligitur, quod si
tractetur de acquisitionibus,
quæ immediate ex officij cau-
sa fiunt, vt sunt sportulæ, gagia,
emolumenta, & dirictus, vt vo-*

cant officiorum , & in his insi-
stendum non erit , quia substi-
tuenti acquiruntur , cuius man-
dato officium illud substitutus
exercet , ita ut actione , mandati
eidem illa restituere cogatur ,
iuxta tex. in l. multum interest , sup. si
quis alteri , & ibi tradita per DD.
Si autem loquimur de alijs ac-
quisitionibus extra officium ,
tunc aut de acquisitionis titulo do-
nationis , aut titulo emptionis ,
vel quo quis alio oneroso , si titulo
donationis , & tunc si eius conté-
platione facta sit , inspiciendum
erit , secundum notata per Pari-
dē , ubi sup. clarum namq; in iure
73 est , quod illi res donata acquiri-
tur , cuius contemplatione , & cau-
sa sit donatio , ut communiter
traditur in l. penul. sup. de iure delib.
& in l. filiosam. ff. de cōd. & demō-
74 strat. Vnde , quia donatio facta
filiō , censemus facta patris con-
templatione , patri acquiritur ,
& rēs donatæ sponsæ per con-
75 sanguineos , & amicos sponsi
sponsaliorum tempore , viro , &
non vxori acquiruntur , & ha-
redibus virti restituendæ sunt , se-
cundum latè tradita per Hōded ,
conf. 3 o. lib. 2. per tot. & nouissimè
per Fontanel. de pactis nupt. tom. 2 .
conclus. 5 glo. 4. par. 6. num. 7 6. post
Iul. Clari. in §. donatione , quest. 1 o. Sic
76 etiā res donatæ Ambassiatori-
bus , mittenti acquiruntur , di-
stinguendo tamen , ut per Capyc.
dec. 18 o. num. 14. vbi qualiter , &
quibus conjecturis dignosci pos-

sit , an contemplatione mitten-
tis , vel Ambassiatoris donatio fa-
cta sit .
In dubio autem huiusmodi
77 pet Officiales substitutos ac-
quisita donationis titulo , substi-
tuenter contemplatione acqui-
sita censemur , & officij intuitu ;
vndè ad ipsum constituentem
spectant , eo casu , quo donator
non reuocat , reuocare enim po-
test infra quinquennium , iuxta
terminos l. unice , sup. de contract.
judic. Inducitur ad hoc proban-
dui lex prima , de Acquis. Actōr.
Regis , in Longobardis , ubi habe-
tur , quod acquisita per Castal-
dum , seu Regis Factorem , ipsi
Regi acquiruntur , ex quo sex.
desumptum est principium
cap. primi , de Feudo Guardiæ , & ex
eo secundum quartam Andr.
positionem ibi probatur , feudu
Guardiæ & Castaldiæ esse illud ,
quod fuit Castaldo Regis dona-
tum ab aliquo priuato , contem-
platione , & causa talis castaldiæ ,
& procurationis , puta , ut ipse in-
quit . Rex destinauerat in aliqua
Prouincia pro suis rebus guber-
nandis aliquem Actorem , aut
Castaldum , hic Castaldus ob
Regis potentiam , & fauorem
magnum timorem alijs , & pre-
fertim incolis inferebat , vndè
illi , qui vicina prædia habebant ,
ut res eorum in tuto essent , &
custodirentur à Castaldo Re-
gis , ei rem aliquam donabant
sub nomine tamē , & ratione

feu-

feudi tenendam, quod feudum ex hoc vocabatur Guardiae, & quia erat Castaldo, officij contemplatione donatum, Regi acquirebatur, cui dabatur reuocandi facultas ad sui beneficiū anno elapso ob donantis negligentiam non reuocantis infra annum, & hēc est propria mens illius *lex secundum præsentem And. positionem*, quæ est *quarta in ordine, num. 4. vers. dic ergo.*

78 Ex cuius dictis generalis colligitur conclusio, quod donatae Officiali in officio existenti, Dominō, & Fisco acquiruntur, eiq; restitui debent; quam conclusionem nouissimè approbat *Per reg. in tract. de iure Fisc. lib. 6. tit. 3. num. 13.*

Si autem titulo emptionis, vel alio per substitutum fuerit facta acquisitione, & tunc similiter ad substituentē rēs empta in dubio spectat; ad hoc probandum inducit *lex 2. citat. tit. de Acquisit. Actor. Regis in Longobardis,*

79 vbi si Castaldus Regis emit aliquid, lex illud Regi cōcedit, nisi iterū Rex eidem fideliter se gerenti concedat, & hoc ratione præumptionis; præsumit enim, quod prædictus Castaldus, do lo, & fraude ex pecunia Regis, vt propria, rem comparauerit, ideoq; res empta, Regis fit, sicut dicimus in vxore, cuius quæsita

80 de bonis mariti processisse præsumuntur, *l. etiam, C. de donation. inter virum, & uxorem, l. quin-*

*tus, ff. eod. nisi Castaldus probet, rem emptam comparasse, aut possidisse antē officium, vt latē hoc prosequitur Andr. in eodem cap. unico, §. si verò Castaldi, qui ex dicta leg. 2. desumptus fuit: quo loco bona empta per Officiale, ad Regem spectare (cum 8 1) pecunia præsumatur quæsita occasione, & officij contemplatione) latissimè comprobat Andr. ipse. Verùm cùm præsumptio hæc iuris tantum sit, in contrarium probationem ad 8 2 mittit; & sic si probauerit Officialis rem sua propria pecunia emisse, aut saltim palam, & bona fide contraxisse, quæ in contractibus, qui palam fiunt præsumuntur, *l. non existimo, l. Tutor rerum, ff. de administr. Tutorum*, talis præsumptio cessaret, modò non emat res ad officij administrationem pertinentes, vt res Ciuitatis, Curiae, vel Fisci: generaliter enim Ij, qui aliena curant, & multorum sunt Ministri, nec clām, nec palam, nec soli, nec cum Collegæ authoritate res eorum emere possunt, quorum gerunt curam, nouissimè tamen est vidēdus *Cacheran. decisio. 1 44. vbi latissimè tractat articulum de Officiali emente, & num. 14. vers. quarto dicitur*, inquit, ex 8 3 contrario vſu diu antiquato, leges hoc prohibentes esse abrogatas: & qđ possit permitti Officialibus emere, & mercari, non*

dùm mobilia , sed immobilia
in loco iurisdictionis ; & de iu-
re quibus in casibus possit Of-
ficialis emere , vide Socin. in Re-
gul. 342. quæ incipit *Officialis* , &
Lanar. consil. 43. Quæ autem sit
ratio , quod Officialis res priua-
ti , & singulorū palam , & bona

fide emere possit , non autem
Vniuersitatis , & Curiæ , vide
Andr. loco citato , versiculo Et
hac bona fides , apud quem plu-
ra à Nobis breuitatis causa om-
missa inuenies ; & hæc suffi-
cient pro explicatione presentis
Constitutionis .



LIBRI VNDECIMI
DE VESTIBVS HOLOBERIS,
auratis , & de intinctione sacri
muricis .

T I T V L V S V I I I.

IMPPP. VALENTIN.
VALE. & GRAT. AAA.
ARCHELAO COM. S. L.

LEX PRIMA.

Auratas, ac sericas pa-
ragaudas auro intextas
viriles priuatis v̄sibus
contexere, conficeretque
prohibemus, & in gyne-
ciarijs tantum nostris fie-
ri præcipimus.

IMPPP. GRAT. VA-
LENT. & THEODOS. AAA.

F L O R O P P.

LEX SECUND A.

Nemo vir auratas ha-
beat, aut in tunicis, aut in
lineis paragaudas : nisi ij

tantummodo , quibus
hoc propter imperiale
ministerium concessum
est. Non enim leui ani-
maduersione plectetur
quisquis vetito se, & in-
debito non abdicauerit
indumento.

IMPPP. THEODO.
ARCAD. & HONOR. AAA.

LEX TERTIA.

Vellera adulterino co-
lore fucata, in speciem sa-
cri muricis intingere non
finimus : nec tinctum cū
Rhodino prius serico ,
alio postea colore fucari :
cūm de albo omnium co-
lorum tingendi copia nō
negetur : nam capitalem
pœnam illicita tentantes
fusciplient :

IMPER. THEOD.

A. MAXIMINO COM. S. L.

LEX QVARTA.

Temperent vniuersi, cuiuscunq; sint sexus, dignitatis, artis, professio-
nis, & generis ab huius-
modi speciei possessione, quæ soli Principi, eiusq;
domui dedicatur: nec
pallia, tunicasquæ domi-
quis fericas contexat, aut
faciat. Quæ tincta con-
chylio, quæ nullius alte-
rius permixtione cōtexta
sunt, proferantur ex ædi-
bus, tradanturq; tunicæ,
aut pallia ex omni parte
texturæ cruento infecta
conchylij. Nulla stami-
na iubtexantur tincta cō-
chylio, nec eiusdem infe-
ctionis arguto pectine so-
lidanda fila decurrant:
reddenda ærario holobe-
ra vestimenta virilia pro-
tinus offerantur. Nec est,
vt quisquam de abiurato
pretio conqueratur: quia
sufficit calcataæ legis im-
punitas. Nè quis verò,
nunc huiusmodi suppres-

sione in laqueos nouę cō-
stitutionis incurrat: alio-
qui ad similitudinem lese
maiestatis periculum su-
stinebit.

SUMMARIUM.

- 1 In interpretatione huius Tituli wa-
riarunt Scribentes.
- 2 Vesteres holoberæ dicūtur, quæ in totū ex
aero hoibrizo, & puro cōfactæ sunt.
- 3 Pyrrhus Angleb. legit holofericis, qua-
si totas ex serico contestas, Barul.
holobaris, idest totis granibus.
- 4 Confessio harum vestium ad pri-
uatos usus prohibetur, earumq;
detatio interdicitur, excepto Prin-
cipe.
- 5 Principes propria, habens vesteres eo-
rum maiestati conuenientes, licet
aliqui hoc contempserint.
- 6 Serenissimi Reges nostri Carolus V.
Philippus II. III. & IV. modestia
vestitus usi.
- 7 Prohibitionis harum vestiu, ratio-
nes, & varie leges de hoc relatæ.
- 8 Statutum prohibens mulieribus u-
sum gemmarum, & margarita-
rum, non iniustum, cum Bal. sibi
contrario.
- 9 Prohibitis gemmis, vel auro, intelli-
gitur de veris, non de falsis.
- 10 Neque domi deferri possunt.
- 11 Vesteres antea factæ non comprehen-
duntur, nisi expresse prohibeantur.
- 12 Deferre vesteres contra huiusmodi
prohibitiones, non est propriè deli-
ctum, sed abusio.

1, Con-

- 13 Convenienti huic prohibitioni admittitur Procurator, quamvis in criminalibus prohibeatur.
- 14 Clerici non debent usurpare vestimenta Episcopalia, nec Scholares insignia Doctorum.
- 15 Legatis vestibus, non veniunt prohibita deferri, sed estimatio debetur.
- 16 Vedes initias sacro murice Princeps habet; sacroq; encasto vtiatur.
- 17 Titulos primitere lex Hispana prohibet priuatis scribentibus, sed tantum Regi, Regina, eiusq; filiis conuenit.
- 18 Leges istae de confuetudine hodie non servantur; sed de novo statuendum esset quicquid servari deberet.

N Interpretatione huius Tituli Scribentes varia-
runt; Accurs. Bar. & Alciat. inter-
pretati sunt, vedes holoberas es-
se eas, que torę ex auro hoberizo,
& puro confectæ sunt. Pyrrhus
Angleberm. legit holofericis, qua-
si totas ex serico contestas. And.
de Barulo exponit holobaris,
idest totis grauibus, quod Pyrrho
non displiceret, Budeus in suis an-
notationibus, quem refert, & sequi-
tur Rebuff. ad Constitut. Gallicas in
tract. de pann. aureis, & argenteis,
putat legēdū de vestibus holo-
berizis, idq; confirmat Tiraq. de
legib. connub. l. 3. n. 17.

- Vicumq; sit, leges 1. 2. 3. & 4.
4 huius Tituli prohibet cōfēctio-
nem harum vestium ad priua-
tos v̄lus; & earum delationem
interdicunt omnibus, excepto
Principe, lex verò ultima impro-
bat contractum vēditionis pur-
puræ.
- Ex his adnotandum censeo,
5 Principes proprias habere ve-
stes, eorum maiestati conuenie-
tes, licet aliqui totum hoc adeò
contemplerint, adeoq; commu-
ni vestitu contenti fuerint, vt
vix ab alijs priuatis cognosci pa-
tuerint, vt de Vespasiano Roma-
norū Imperatore, Alphōso Pri-
mo Neapolitanorū, & Matthia
Pannoniæ Regibus, refert Alex.
ab Alexan. genial. dierum cap. 18.
- 6 Qua etiam modestia v̄los vidi-
mus, & accepimus Serenissimos
Reges nostros Carolum V. Phi-
lippum II. III. & IV.

Hæc prohibitio aliquoties fit
7 à Principibus, nè priuatæ perso-
næ Regio ornatu se principali
fastigio adæquare velle videan-
tur, vt in toto hoc *Titulo*. Ali-
quando in benè constituta Re-
publica hoc vetatur, nè populi
sumptibus immodicis, in huius-
modi vestibus, & ornamentiis,
patrimonium effundant. Hinc
in Vrbe Romana multæ leges
sumptuariæ latę fuerunt, vt Fan-
nia, Didia, Licinia, Cornelia, &
alię, quas recenset *Macrobi. lib. 3.*
Saturnalium, cap. 13. & ferè in
omnibus Regnis, ac Prouincijs

simi-

similes leges, ac prohibitiones adesse certum est.

Sepè autem ipsis acerriùm re-pugnatum esse legimus, adeò ut nec Cato suadere populo Romano potuerit (vt legimus apud *Liniū lib. 3. 4. in princ.*) nè legem Oppiam abrogarent. Quinim-mò *Tacitus lib. 3. Annal.* pulchrā Tiberij Epistolam recitat, qua contradixit legi sumptuariæ , quasi suo tempori non conuenienti.

Nec de harum legum validitate, ac utilitate dubitandum est. Et licet *Bal. in l. quod non ratione , ff. de legibus*, dixerit, iniustum es-
se statutum prohibens mulieri-
bus vsum gemmarum, ac mar-
garitarum : idem tamen sibi
contrarius, asseruit huiusmodi
leges validas, ac sanctas *in pro-
h̄em. decretal. col. 5.* cui subscripte-
runt *Alber. in l. factum à Iudice, ff.
de regul. iur. & in tract. statutorum,
p. 2. quest. 197. & Ancharan. in c.
Canonum statuta, in 1. 1. quest. prin.*
late prosequitur *Auend. de exeq.
mand. Reg. Hypp. lib. 1. cap. 14. per
totum*, ad cuius legis interpreta-
tionem aliqua sunt colligenda .

Primò, huiusmodi legem, aut
statutum , dùm prohibet gem-
mas, margaritas, vel aurum, in-
telligendum esse de veris, & nō
de falsis , *Bartol. in l. 1. ff. de font.
Marian. Soccin. in cap. veniens ,
col. 13. de accusat. Ias. in l. Gallus, §.
quod si is, in vlt. notab. de liber. &
posthu. in 2. lect. Roma. conf. 405. &*

*Cæpoll. in tract. de seruit. rustic. præ-
dior. in tract. de haustu aquæ nu. 10.*

Secundò, huiusmodi prohibi-
tio extenditur , vt nequè domi
deferri possint, *Didac. Perez in l.
1. tit. 2. lib. 4. recopil. & Azeued. in
lib. 7. tit. 1. 2. l. 1. nu. 6.*

Tertiò, non comprehendendi ve-
stes antea factas, *Fælyn. in cap. quo
niā contra, de probat. col. 1. 2. & in c.
cōstitutus, de rescript. Hypp. in tract.
§. 2. nu. 56. nisi id exp̄l̄sē dicatur.*

Quartò, quod deferre vestes
contra huiusmodi prohibitionē
non est propriè delictum , sed
abusio, *Bal. in l. quicunq; de seru. fu-
git. nu. 6.*

Quintò, licet criminaliter aga-
tur pro hac contraventione ,
admititur Procurator, *Bartho-
lom. Soccin. in tract. de regul. iur. re-
gul. 322. fallent. 12. Menoch. da-
arbitr. Iudic. lib. 1. quest. 8 o. n. 114.*
quamuis in alijs criminalibus
Iudicijs hoc prohibeatur .

Sextò noto, vestes alicui digni-
tati competentes, ab alijs non
esse usurandas, vndē nec Cleri-
ci usurpare debent vestimenta ,
aut ornamenta Episcopalia, nec
Scholares insignia Doctorum ,
*Glo. & Doct. in cap. vi. Apostolica ,
de priuile. in 6.*

Septimò nō omitto, qđ legatis
vestibus, non veniūt vestes pro-
hibitæ deferri, vt docuit Bart. in
l. quamuis, de auro, & arg. legat. &
*Molin. de primog. Hypp. lib. 1. c. 13.
num. 87. Sed hoc casu extima-
tionem deberi voluit Cremen. sin-*

gular.

gular. &c. vbi plura adducit, & præsertim vide Bal. in l. cūm te, C. de donat. ant. nupt. & in rub. de const. furtiva.

Octauo, ex his nostris Constitutionibus, & præsertim ex l. 3. excipio, vestes intinctas sacro murice, neminem habere posse, excepto Principe. Insuper solū Principem sacro encausto, ac muricis intinctione vti posse. Leo Imperator constituit in l. sacri affatus, sup. de divers. rescriptis. Habent etiam quædam præcipua Principes in scribendo, vnde legge Hyspana prohibetur, personas priuatas scribentes, præmittere titulos, sed tantum Regi id conuenit, vt refert Padill. in d. l. sacri affatus, & habetur in noua recopil. l. 1. tit. 1. 2. lib. 7. quod Reginæ, & filijs Regum quoq; licet obseruauit Carol. de Grassal. lib. 1. cap. 18. de regal. Franc.

Nonò adnotamus, has leges hominè de consuetudine nō seruari, Bar. in l. quamvis, de auro, & arg. legat. Laud. in tract. de Principe, quest. 1. 6. 8. ideoquè de nouo esse statuendum, quicquid Principes hac in re seruari à populis suis voluerint.



DE CLASICIS.

Tit. XII.

IMPP. VALENTI.

& VALENS AA.

AVXONIO P. P.

LEX VNICĀ.

Classem Seleucenam, aliasquè vniuersas, ad officium, quod Magnitudini tuæ obsequitur, volumus pertinere. ut Clasficorum numerus ex incensitis, vel accrescentibus compleatur: & Seleucena ad auxiliū purgandi Orientis, aliasquè necessitates Comiti Orientis deputetur.

SYMMARIVM.

- 1 Clasii qui.
- 2 Pœna damnationis ad triremes, Athoniensibus cognita, non autem Romanis,
- 3 Prefectus Orientis plures habebat sub se Clases.
- 4 Prefecti Orientis Vicarius, erat Comes Orientis.
- 5 Territorium dari, non solum in terra, sed in mari.
- 6 Mare in materia favorabili rvenit appellatione Territorij, secus in odioosa.

- 7 *Bannitus à Territorio, & districtu alicuius Civitatis, an censeatur bannitus à Mari adiacente ipsi Civitati?*
- 8 *Mare distinguitur per cōfinia adiacentis Terra.*
- 9 *Divisio facta ab Alexandro VI. Summ. Pont. inter Reges Hispaniarū, & Lusitanie Navigacionis novi Orbis.*
- 10 *Actio finium regundorum datur etiam in mari.*
- 11 *In mari datur iter publicum, & habet locum statutum Regni, dans praeventionem in delinquentes in publico itinere.*
- 12 *Mare adiacens, est sub iurisdictione Principis dominantis in Terra propinquiori.*
- 13 *Iurisdiction fertur tanquam spiritus super aquas.*
- 14 *Iurisdiction datur in omnibus quaeror Elementis.*
- 15 *Decima piscium, est soluenda Ecclesijs Terre propinquioris.*
- 16 *Pralatus ordinarius eius Civitatis, in cuius Portu Triremes stationē agunt, visitat ipsarū Capellanos. Qd in hoc Regno limitatur, n. 17.*
- 18 *Iurisdiction in Mari, quatenus se extendit.*
- 19 *Princeps non recognoscens Superiorē, num possit exigere vectigal à Navibus, quamvis Portum non tangant?*
- 20 *Delictum, si concittatur in Mari in loco equaliter distanti à duabus Provincijs, habebit locum praeventionis.*
- 21 *Princeps num petere possit remissionē delinquentium in Mari illius Ter-*
- ritorijs propinquioris?*
- 22 *Insula in Mari nata, est sub iurisdictione Domini Terrę propinquioris; & nu. 26.*
- 23 *Veneti, num ex eo dicantur liberi, quod Civitatem fundarint in Insula maris?*
- 24 *Intellectus ad l. adeò, §. Insula, ff. de acquir. rer. dom.*
- 25 *Lex Lusitana, quod Insula sit Domini vicinoris Terra, quomodo procedat?*
- 27 *Regnū totum dicitur caput, quando Civitas Metropolis capta est.*
- 28 *Testamentum, quod fit in Mari, vel Portu alicuius Provinciae, confici debet cum illis solemnitatibus, quae ipsius Regionis adiacentis legibus, aut consuetudinibus requiruntur. Quod limitatur num. 30. & 31. Et declaratur nu. 32.*
- 29 *Portus licet quoad r̄sumum sit communis, quoad iurisdictionem & aumen est illius Principis, in cuius Regione Portus existit.*
- 33 *Filius famil. qui ex consuetudine alii cuius Civitatis potest testari, prout Ne cap. de bonis maternis; si testetur in Portu, vel in alia Civitate, alterius Regni, ubi seruatur ius commune, valet testamentum.*
- 34 *Remiges, & Classiarij testantur iure Militari.*
- 35 *Testamentum factum à Classiarij iure Militari, si moriantur postquam desierint esse Remiges, num sit validum censendum?*
- 36 *Vassallus, qui tenetur seruire Dominō in bello in eius Regno, tenetur seruire etiam in bello, quod geritur*

- ritur in Mari adiacenti.
- 37 Mare, licet appellatione Territorij veniat, non tamen venit in generali concessione Baronis, licet addatur, cum Territorio, nisi exprimatur cum mari.
- 38 Princeps sicut tenetur purgare Terram latronibus, ita & Mare piratis.
- 39 Princeps in caso necessitatis, num possit compellere vasallos, ad officium Remigum?
- 40 Incessiti, qui dicantur?
- 41 Classicorum species tres.
- 42 Pena damnationis ad triremes equiparatur damnatis ad metallum.
- 43 Damnati ad triremes, an habeant testamchii factionem?
- 44 Damnatus ad triremes, si se percutiat, ut inutilem se reddat, puniendus est.
- 45 Pena que imponenda venias damnatis ad triremes, ab illis aufugientibus?
- 46 Rei quandoque per viam transfectionis ad triremes mittuntur.
- 47 Condemnatio ad triremes loco depositi, quibus concurrentibus fieri debeat.
- 48 Debilitati Remiges, quando dimittuntur, & quomodo.
- 49 Damnati ad triremes, si ab Hostibus capiantur, & ad nos revertantur, redeunt in causam suam; Sed num ipsis capititatis tempus imputandum erit? nu. 50.
- 51 Dux Classis, Remiges finito tempore gratis dimittit.
- 52 Dux Classis, non potest Remigibus ad propria seruicia uti.
- 53 Barones in Regno Neapolitano eius vasallos damnare non possunt, nisi ad Triremes Regias, deputatas ad Regni custodiam.
- 54 Dux Classis generalis tenens Triremes sub Regis stipendio, an vni valeat hominibus ad eas condemnatis? Late examinatur, & nu. 56.
- 55 Genitus denotat dominium.
- 56 Nautae, & Nauarchi gaudent priuilegio militari.
- 58 Exceptio hostica competit Militibus Classiariis.
- 59 Nautae recepto salario aufugientes, qua pena puniantur?
- 60 Maior pena imponitur detrectanti militiam maritiam, quam terrestrem.
- 61 Miles perdens sua culpa Nauim, vel Triremem, dicitur Proditor, sicut qui perdit Castellum.
- 62 Docens Hostem cōstruere Nauim, capite punitur.
- 63 Nautae, & Nauarchi tenentur etiam de laevissima culpa.
- 64 Praefectorum Classum species.
- 65 Admiraglius dicitur Dux Classis.
- 66 Admiraglius, unde dicitur?
- 67 Admiratus in Hispania, dicitur ab admirandis operibus.
- 68 Admirati nomen barbarum, ac nouum.
- 69 Admirati officium maximum, iludq; solum Rex creat.
- 70 Solemnitates que adhibeantur in Hispanijs in creatione Admirati?
- 71 Admirati auctoritas, in muleis est

re-

- restricta hodie in Regno.
- 72 Admiratus in Regno habet merū, & mixtum imperium in Nau-
tas omnes, ac in omnes viventes
ex arte maritima, & n. 79.
- 73 Admiratus, que bona ex naufra-
gio habeat, decisio refertur.
- 74 Carolus Tapia Vir doctissimus,
Authoris Collega, & Belmon-
tis Marchio meritissimus, & n.
161.
- 75 Potestas Admirati magna ex par-
te translata est in Praefectos, &
Imperatores Classium.
- 76 Duces Classium quam potestatem,
in eos Classicos habeant?
- 77 Instructiones à Philippo Rege II. ad
questionem referuntur.
- 78 Iurisdictio Duci Classis, nō priuati-
uè, sed cumulatiuè cōcessa dicitur.
- 80 Praefectus Classis, ut cognoscat de
delictis Classicorum, que requiran-
tur?
- 81 Classis appellari potest Castrū ma-
ritimum.
- 82 Praefectus Classis habet cognitionem
non solum in eos, qui sunt de ipsa
classe, sed & in omnes alios etiam
extraneos, qui in ea reperiuntur,
& ibi deliquerint.
- 83 Delinquens in Exercitu, et si de cor-
pore non sit, punitur à Duce Belli.
- 84 Cognitio delictorum, que spectat ad
Ducem Classis, est intelligenda
absq; aliqua distinctione delicti
grauius, vel lauus.
- 85 Instructiones (de quibus in hac lege
mentio fit) date à Principe Du-
ci Classis, obseruandæ sunt tanquam
in loco subduo eidem Principi.
- 86 Praefectus Classis cognoscit de dele-
ctis per Classicos commissis, etiam
extra Classem, et si Praeses Prouin-
cia praeuenerit.
- 87 Praeses Prouinciae cognoscit de Pro-
vincialibus, delictum in Classe ali-
qua committentibus, etiam si Dux
Classis praeuenerit.
- 88 Dux Classis, et si amplam habeat
potestatem aduersus Classicos, non
potest tamen punire illos Officiales,
qui sunt à Rege creati.
- 89 Dux Classis non potest suam sen-
tentiam in Classicos executioni de-
mandare, nisi in ipsa Classe, non
autem in Terra. Et exempla re-
feruntur, num. 91. & 92.
- 90 Iurisdictio non potest exerceri in a-
lienno Territorio, etiam si illud sit
Principis amici, & confederati.
- 93 Ioannes Baptista Valenzuela Ve-
lazquez insignis Vir.
- 94 Iurisdictio et si omnimoda concepta,
nō comprehendit tamen causam
appellationis.
- 95 Classicus appellat à sententia sui
Duci ad Generalissimum, si in
eodem loco reperitur, quando verò
Classis est in Portu, prouocatio ad
Praesidem illius Prouinciae inter-
ponitur.
- 96 Dux Classis, ac belli potest causas
meri Imperij alteri delegare.
- 97 Præda est de reseruatis Principi.
- 98 Princeps præda portionem alteri in
perpetuum concedere non potest, sed
tantum ad tempus, idq; ex lege
Hyspana.
- 99 Præde portio quanta sit, fusè expli-
catur.

- 100 *Captiuus de sanguine Regio, Principi est referuandus.*
- 101 *Serue captiuus, an sint Regia Curia, vel Prefecti Classis?*
- 102 *Masculinum comprehendit Fæmininum.*
- 103 *Masculinum non comprehendit Fæmininum, quando est diuersa ratio.*
- 104 *Ducis Vices gerens, num sibi acquirat portionem prædae, que ipsi Duci debetur?*
- 105 *Vicarius à Principe datus, debet gaudere omnibus prærogatiis, quibus principalis ipse gauderet.*
- 106 *Dux Classis habebit portionem prædae, & ratiā eorum, quæ capta sunt ab alijs, qui proprijs sumptibus Naves armanerint.*
- 107 *Dux Classis, an valeat ex rebus hostiis in Navibus existentibus, vel in Portu e Amicorum prædā capere?*
Resolutio questionis, num. 119.
126. 129. & 130.
- 108 *Præda iure militari, an licita sit extra locum belli in alieno Territorio?*
- 109 *Lex ubi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
- 110 *Gemma, & lapilli ubicumq; inueniuntur, fiunt capientium.*
- 111 *Dictio, Item, habet vim repetitiuā similiū.*
- 112 *Transfugas, quasi Hostes ubicumq; repertos, licitum est occidere.*
- 113 *Turcae, qui à Summo Pontifice assecurati sunt, non possunt ab aliquo Principe Christiano capi,*
- in Portu Anconitano.
- 114 *Hostem capienti non licet illum ducere per Territorium alterius Principis amici utriusq;.*
- 115 *Reuersus ab Hostibus cum primū in amicam Ciuitatem venerit, libertatem recuperat.*
- 116 *Seruum fugituum, ex alieno Territorio quis per se adducere non potest.*
- 117 *Bannitus capiūs à Iudice, qui eū mulctauerat, in alieno Territorio relaxari debet.*
- 118 *Represalia concessæ contra Ciues alicuius Ciuitatis, nullo pacto exerceri possunt contra ipsos Ciues in Territorio alterius Principis.*
- 119 *Ferae quæ in alieno Agro capiuntur, fiunt capientium, etiam Agri ipsius Domino contradicente.*
- 120 *Ferae si fuerint capiae in loco à Principe venari prohibito, fiunt capientium, verū capientes in pñam in edicto positam incidūt, Quod procedit etiam si lege municipali caueretur esse eidem Agri Domino feras assignandas, num.*
- 121 *Ferae si fuerint capiae in loco à Principe venari prohibito, fiunt capientium, verū capientes in pñam in edicto positam incidūt, Quod procedit etiam si lege municipali caueretur esse eidem Agri Domino feras assignandas, num.*
- 122.
- 123 *Præda acquisitio, quæ iure naturali occupanti conceditur, per legis, vel Principis prohibitionem non impeditur.*
- 124 *Præda licite capi potest ab Hostibus, & retineri absq; peccato, etiā si facta fuerit contra Ducis belli prohibitionem.*
- 125 *Bannitus si capiatur extra Territorium illius, qui bannuit, valet processus, & executio contra ipsum bannitum; verū Iudex il-*

- lius Territorij tanquam offensus suam iniuriam prosequi potest, & cause remissionem petere.
- 127 Intellectus ad tex. in §. in pace legis postliminij, ff. de capt. & postli- reuersi.
- 128 Accurs. in d. §. in pace declaratur.
- 131 Amicus inimici mei, mihi inimi- cus esse videtur.
- 132 Dominus Territorij, si sciuerit Principem aliquem in suorum ho- stium persecutionem eius Agrum ingressum fuisse, & non prohibuit vel statim conquestus non sit, iniuriarum actio ei non compe- tit.
- 133 Securitas alicui Domino Nauis, vel Principi, aut Populo, pro eis, & socijs, non dicitur concessa pro socijs, qui Hostes sunt concedentis securitatem.
- 134 Bona non inimicorum prædari posunt, si vobuntur à Nauis inimica, sub vexillis inimicorum.
- 135 Præda portio tunc Duci Classis de- betur, quando vi armorum capi- tur, secus si ex naufragio.
- 136 Nauis Hostium vi venorū ad Arcem aliquam perueniens, si ab ipso Arcis Praefecto capiatur, cui bona ipsa applicentur. Elegans quaestio, & eius decisio nu. 137.
- 138 Hostes, qui ob metum Triremiū hostilium, in Terram desiluerūt, si ab incolis capiantur, Duci Triremeū, non autem capientibus de- bentur.
- 139 Præda ex generali consuetudine belli, capientis sit.
- 140 Færa vulnerata, non sit capien- tis, quando certum est, illam per- vulnerantem capiendam esse.
- 141 Dux Classis potest ex una Classe ad aliam, Milites, Nautas, & Remiges transferre, prout ei expe- dire videbitur.
- 142 Dux Classis in sua Triremi Pre- toria, vel Regia, sui Principis si- gnum habere debet, ut sciat cuius sit Classis.
- 143 Nauis dominium ostenditur ex insignibus, quæ in Vexillis gerun- tur.
- 144 Dux Classis potest etiam in sua Triremi propria arma gestare.
- 145 Dux Generalissimus alijs minori- bus Uscibus praest.
- 146 Duces minores, quando sunt corā Generalissimo eorum insignia sub- mittere debent.
- 147 Patriarcha coram Summo Pon- tifice Crucem deferre non potest.
- 148 Episcopus, quando Roma moratur Rochetum non defert.
- 149 Imperatoris aduentu, Legatorum dignitas inumbratur.
- 150 Luminare manus perueniens mi- nus obscurat, ob reuerentiam.
- 151 Classium usus ad Republicæ tu- tamen admodum necessarius.
- 152 Princeps potest ex causa prohibere Dominos Sylvarum, ne in illis li- gna incidant.
- 153 Rex noster in Regno absq; pretio potest in nemoribus feudalibus pri- uatorum ligna incidere ad Na- ues, & Triremes construendas. Decretum Regia Camera inscri- bitur, num. 154.
- 155 Rex noster, num pro construendis

- 155 *Triremibus aliorum Regnum possit in nemoribus feudalibus priuatorum huius Regni ligna inciare; elegans questio illiusq; decisio num. 164.*
- 156 *Vassalli tenentur seruire extra Regnum, quando bellum suscepimus est pro cunctione ipsius Regni.*
- 157 *Ius scrutitatis extenditur etiam ad futura.*
- 158 *Promittens panem coquere Titio, & familia sue, tenetur etiam aucta familia.*
- 159 *Iura Regalia cunctius Regni, extenduntur ad alias Provincias questas, & additas illi Regno.*
- 160 *Rex noster non potest causas huius Regni, quae inter illius Incolas agitantur, ad eius Curiam auocare, ubi de cuncto supremi Italici Consilij, num. 161.*
- 162 *Seruitus quibuscumque verbis generalibus imposta, non extenditur ad augumentum extrinsecum.*
- 163 *Seruitus constituta pro certa parte feudi, non debetur pro alijs, licet sint eiusdem Domini.*
- 165 *Praefectus pedestris Cohortis, quando in Classe reperitur tempore arreptae Navigationis, & in eundem militia, debet suis milibus locali stationem prescribere.*
- 166 *Praefectus pedestris Cohortis, quem locum in Classe occupat? quem Alferius, & Sergens?*

Icolaus de Neapoli dicit, hanc legem nostram esse prorsus inutilem; quod mihi satis nouum videtur, siquidem opulentam, & peregrinam continet materiam, ac questiones pulcherrimas, & non vulgatas, ut ex infradicendis apparebit. Inscriptionem autem istam *De Classicis* interpretatur *Accurs.* de Nauibus aptis ad bellandum, *Bart.* verò, & post eū *Io.* de *Platea* exponit de *Classicis*, id est, de hominibus adscriptis, & obnoxios Classibus, quod magis placet *Rebuffo*, ea ratione, quia in hoc lib. 1. i. præcipue tractatur de personis alicui muneri obligatis, quæ ratio facile, ni fallor, impugnari, ac in dubium reuocari posset, siquidem in istius libri discursu, & de personis, & de rebus promiscue tractatum videmus, ut in titulis de naufragio de *Nauib.* non excusant de *vestib.* holoberis, de *iur.* *Reipubl.* de *cwendend.* *reb.* *Ciuit.* & alijs multis similibus. Immò haec eadē lex nostra licet in fine, de plonis loquatur, tñ in principio de Classe, & sic de rebus verba facit. *Greg. Lopez* Iureconsultus insignis in l. 24. uit. 9. par. 2. glo. 4. aliam affert interpretationem, dum Classicos voluit esse homines ad triremes damnatos. Habet autem haec intelligentia magnam difficultatem, quandoquidem poena damnationis ad Triremes Iure Ro-

mano, ac tempore quo rescriptum hoc à Valeriano Cœsare emanauit, ysu recepta non erat, nec etiam cognita, licet apud Athenienses vigeret, ut ex Aeliano adnotauit Cælius Rhodiginus *lection. antiqu. lib. 1 s. cap. 27.* & obseruauit eleganter ex nostris *Tiber. Decia. in tract. crimi. lib. 7. c. 29.* nu. 22, idq; suaderi videatur ex eo, quod nulla prorsus in toto Iuris Ciuilis volumine huius poenae mentio reperiatur. Sed sustineri hac interpretatio posset, quia verius videtur ex historijs Romanorum, aliquando huiusmodi poenam impositam fuisse, cum *Iosephus lib. 17. antiquitatum Iudaicarum cap. 14.* referat Augustum Classis Liburnicæ Præfecto tradidisse quendam, qui se Alexandrum Hærodis Filium impudenter simulabat, perpetuo mancipatum remigio, & eudem Augustum apud *Valer. Maxim. lib. 9. cap. 16. §. 3.* legatur, simili poena affecisse alium, qui se Octauiaz, ac Marci Antonij filium meniebatur. Sed negari non potest, quin hodie sit in frequentiori ysu; Ego forsitan non absurdum putarem *Accursij. ac Bart.* interpretatione simul coniungere, exponendo verbum hoc de *Classicis*, id est de pertinentibus ad ipsas Classes, itaut, & ad personas ipsas, Clas-
sium ysi deputatas, & ad ipsa-
Clas-
sium nauigia relationem, habeat. Sed ne diutius contra id,

quod Nobis propositum est in parum yulibus questionibus immoremur; ad ipsius legis explicationem deueniamus, cuius sensus, ut recte percipiatur adnotandum est cum *Accursio hic*, rescriptum istud Valeriani directum fuisse Præfecto Prætorio Orientis, cui plures Classes per Orientales Provincias dispositæ suberant, inter quas erat ea, quæ apud Seleucenam Ciuitatem in Oronte Flumine nauigabat, Eraut autem huius Præfecti Vicarius, Comes Orientis, ut ad huius nostræ legis intelligentiam scriptum reliquit Eruditus *Panciroli. in Commentario ad noctianam dignitatum lib. 1. c. 7.* & rursum c. 194. Iubet autem hoc rescripto Imperator Præfecto Prætor Orientis, ut omnium Clasiuum sibi subditarum curam habeat, ut bene instructæ, ac armatae sint, vtq; sub Comite Orientis Piratis, cum Seleucena Classe maria illa purgentur. Ex hac autem nostra lege plura Scribentes deducunt notatu digna, quoru primū illud est, in mari sicut in Terra dari Territorium, est autem aduentendum, quod *Bal. in cap. licei causam, de probat.* opinatus est, in mari non posse considerari Territorium, sed distriktum, cui assentus est *Anania in quadam disputatione, de alienatio feudor. in vers. que sint regalia, Fælyn.* verò in cap. *Rodulphus in prima declarat de rescript. voluit, opinio-*

nem

nem hanc *Bald.* procedere in stricta, & propria significacione, & ideo recte videtur opinatus *Dominicus in cap. ubi periculū, de elect. in sexto.* dūm voluit, in materia fauorabili mare venire appellatione Territorij, secus in odiosa: ex quo deducit, bannitū à Territorio alīcuius Ciuitatis, non esse bannitum à mari adiacente ipsi Ciuitati, quod dictū magna cum ratione reprehendit *Barbatia, relatus à Fælyno. in d. cap. Rodulphus, num. sup. citato,* & ante ipsos *Bal.* voluit hoc ipsū in c. lice, de ferijs, inferēs ex hoc, Pira tas nō esse tutos in Insula vicina Pisīs, & posse puniri tanquam captos in Territorio Pisarum, cui adstipulatur idem *Fæly. inc. ad liberandam, de Iudeis in princ.* Habet autem hoc maritimum Territorium suos fines, sicut & terrestre. Distinguitur enim per fines Terrarum propinquarū, *Bald. in cap. cùm ad sedem, de restit. spol.* *Paris de Put. de reinteg. feud.* in cap. de finib. feud. in princ. nu. 7. *Cæpoll. in tract. de seruit. in tit. de mari. n. 28.* *Hieron. à Mont. in opusculo de finib. regund. p. 2. cap. 6. n. 8.* qui dicit, hoc pacto fuisse olim ab Alexandro VI. Sum. Pontif. diuītam nauigationem, ac Provincias noui Orbis inter Sereniss. Reges Castellæ, ac Lusitanæ. Inde *Bald. in pract. cap. ex literis, de probat. dicit, in mari sicut* 10 in terra posse agi finium regudorum, per ea quæ à *Scribentibus*

communiter traduntur in *L. sanè si maris, ff. de iniur.* Ex prædictis quoquè deriuatur illud, quod egregiè tradit hic Doctissimus *Præsid. de Franch. in decis. 142. in* 11 mari dari iter publicum, & proinde statutum, siue *Pragmaticam* huius Regni, qua cauetur, in latrones, qui in publicis vijs grassantur animaduertere posse illos. *Judices*, qui eos præuenirint capiendo, nec esse locum remissioni petitæ per quemicūquè *Iudicem ex quauis causa, & ex quoouis priuilegio*; procedere etiam in latronib. s, qui more Pyratico in mari prædanatur. Secundò principaliter ex hoc *Tex. elicitur*, mare adiacens esse de iurisdictione Principis, vel Reipublicæ dominatis Territorio propinquo, cui circumfuditur. Ita oēs *Scribētes hic, & in c. ubi periculū, §. Porrò, de elect. Bar. in tract. de Insul. in verb. nullius, & l. Cæsar, ubi Alex. in Addit. ff. de Publicanis, Bal. in cap. 1. quib. mod. feud. amitt. & in l. penult. ad fin. sup. de instit. & substit. sub condict. fact. & in suo repertor. in verb. Index, Ang. in l. Insulae, de Iudic. latè Hippol. de Marsil. in l. fi. ff. de iurisdic. omn. Iudic. nu. 180. *Paris de Puteo* in pract. cap. de finib. feud. Suarez in alleg. 18. nu. 1. & *Cæpoll. in tract. de seruit. in tit. de mar. nu. 20.* *Petr. Girard. de Petrasan. in suo sing. 15. Corset. in sing. in verb. Iurisdictio,* 13 Fertur enim iurisdictio tanquā spiritus super aquas, inquit *Bal.**

in d.c.ex litteris, de probat. circa fin.

14 Quia iurisdictionem in omnibus quatuor Elementis considerari posse scripsit Capyc. in decif. 27. nu. 47. citans ad id duo consilia Baldi corruptè tamen, & nullam faciens mentionem Paridis, qui hoc dixerat antè eum in p̄ alleg. cap. de finib. feud. nu. 9. Hinc 15 est, quod in tex. in c. licet, de ferijs Summus Pontifex statuit, decimam piscium esse soluendam Ecclesijs Terræ propinquioris. quia ut ibi aduertunt Gloss. alijsq; Interpretes, censetur quasi decima prædialis.

Inde etiam deducitur, quod

16 Prælatus ordinarius illius Civitatis, in cuius Portu triremes stationē agūt visitat Capellanos ipsarū triremiū, nisi ex priuilegio alteri Prælato subijciatur, Nau. in cōf. 1. de cler. peregr. in antiq. alijs 4. de foro comp. in nou. Ⓛ Sayr. in dec. 1. eod. tit. de cler. peregr. vt si in ali-

17 quibus Regniis Summus Pōtifex hanc iurisdictionē demandaret Regijs Capellanijs Maioribus Regiarū Capellarū. Sed & illud

18 quæstionis est, quatenus in mare hæc iurisdictione extēdat, in qua variatū est à Scriptoribus, si quidē Ang. in d.l. Insulae, quæ paulò antè adduximus, opinatus fuit mare quātūcūq; distet à Terra, esse sub iurisdictione Dñi Terræ propinquioris, & Angel. securus est Roder. Suar. in d. alleg. 18. n. 9.

Altera sentia fuit Bart. in d. tra. Et. de Insul. volentis, iurisdictionem

huiusmodi nō extēdi, nisi vñquè ad centum milliaria, & quod ultra est, subiacere iurisdictioni Imperatoris, tanquam Domini vniuersi Orbis, & Bart. sententi sunt Cæpoll. in p̄ec. loco, n. 2 o. Fæly. in d. cap. Rodulphus, vers. secunda conclusio, & melius in quarta declara ratione, & poss. alios Cacheran. in decisio. Pedemontan. 155. num. 3.

19 qui ex hoc voluit, Principem non recognoscetem Superiorem, vestigal à Nauibus præter nauigantibus, & transeuntibus exigere posse, quamvis Portum non tangant; quod an verū sit, nunc non insisto. Redeundo tamen ad propositum, mihi Bartoli sententia hac in re verior videtur ratione infinitatis vitæ dæ, quæ in iure non admittitur libenter, l. fideicommissarius, §. si decem, de legat. 3. quod si infra centum milliaria adsit alia Terra æqualiter, mare interiacens est diuidendum quoad exercitium iurisdictionis; per ea quæ habentut in l. adeò, §. 1. ff. de acq. rer. dom. Omnes autem Scribentes 20 conueniunt, quod si delictum committatur in loco maris æquè distanti à duobus Territorijs, sit locus præventioni, per tex. in l. arbor in princ. Ⓛ in §. de vestibulo, ff. comm. diuidun. cum ijs, quæ adnotauit Bal. in l. 2. sup. ubi de criminibus agi. opor. Ⓛ Fæly. d.c. Rodulphus, vers. secunda conclusio.

Est autem aduertendum circa id, quod notanter voluit hic

Lac.

Luc. de Penn. quem fecutus est
Affl. in c. 1. quæ sine rega. in ver. Ar-
 mandia, in fine, ita demum Prin-
 cipem Terræ vicinioris posse
 animaduertere in delinquentes
 in mari adiacenti, si inuenerit,
 & cœperit ipsos delinquentes
 aliâs ipforum remissionem pe-
 tere non posse, de cuius dicti ve-
 ritate Ego satis dubitarē. Nām
 si verum est, ipsum Principem
 tantam iurisdictionem habere
 in mari propinquo, quantam
 habet in toto suo Territorio, ac
 ditione terrestri; non video ra-
 tionem diuersitatis, nec quare
 pro delicto in mari commisso,
 remissionem petere non possit
 in omnibus casibus, in quibus
 illam peteret de iure pro delin-
 quentibus in Terra: adeò quod
 in iudicando *Pennensis*, ac *Affl.*
 opinionem non reciperem.

Ex prædictis quoq; deriuatur
2. 2 id, quod voluerunt *Scribentes*,
 Insulam scilicet in mari natam,
 esse sub iurisdictione Domini
 Terræ propinquioris, vt post
 alios notauit *Greg. Lopez* in l. 29.
tit. 28. par. 3. Indè *Bellug.* in *specul.*
Princ. in rub. 22. §. & quia, nu. 67.
 reprehendit *Bal.* in eo, quod scri-
 ptum reliquit *nu. 6. in Rubr. ff. de*
2. 3 *rer. diuis.* Venetos ex eo esse li-
 beros, quod Ciuitatē fundarint
 in Insula maris, & sic in loco
 nullius dominio subiecto, in-
 quirit enim *Belluga*, *Baldi* proposi-
 tionem nullo pacto posse pro-
 cedere, cum quælibet Insula su-

biaceat imperio Principis Ter-
 ræ vicinioris, per ea, quæ habe-
 tur in hac lege nostra. Ideoq; Ve-
 netæ Ciuitatis libertatem in so-
 la præscriptione fundari, & non
 in eo, quod *Bald.* asseruit, & *Bellug.*
 subscrispsit *Duaren.* in tit. ff. ad
l. Rod. de iactu, cap. 1. dicens, de
 hac re maximam controvërsiā
 fuisse inter *Alcia.* & *Igneum.* Sed
Bellug. opinioni satis validè ad-
 uerſari videtur tex. in *l. adeò, ff. de*
acquir. rer. domin. in §. Insula, in
2. 4 quit enim ibi *Jureconf.* *Insula*,
 quæ in mari nascitur, quod rarò ac-
 cedit, occupantis sit, nullius enim esse
 creditur. Ergo cùm occupanti
 huius Insulæ dominium cedat,
 non videntur posse admitti ea,
 quæ aduersus *Bald.* *Bellug.* com-
 mentatus est, & consequenter
 omnia prædicta in dubium re-
 uocari posse videntur, quia si oc-
 cupanti conceditur, potuerunt
 Veneti illius Insulæ dominium
 querere, & tanquā in loco nul-
 lius suam Ciuitatem fundare li-
 beram ab omni imperio, ac al-
 terius superioritate.

Sed idem *Bald. in d. rubr. de rer.*
diuisio. nu. 23. sentiens hanc diffi-
 cultatem, conatus fuit ipsam tol-
 lere hoc modo; Inquit enim, iu-
 risdictionem Insularum adia-
 centium pertinere ad Dominos
 vicinioris Prouinciæ, sed quan-
 tum attinet ad ipsarum domi-
 nium, occupantis esse meliore
 conditionem, & hanc *Baldi* di-
 stinctionem secutus est *Cæpolla*

in tit. de Insula , num. 6.

Verum hæc Baldi explicatio nullo pacto Bellug.e argumento satisfacit, si enim conceditur, iurisdictionem spectare ad Dominos agri propinquioris, statim sequi necessè est, occupantes huiusmodi Insulas, quamuis particulare dominium sibi querant, non tamen liberos, sed illius Principis iurisdictioni obnoxios esse, qui adiacenti Territorio dominandi imperium in hisce Insulis habent, quod directo Venetorum libertati repugnaret. Omnes enim, qui in solo, quamuis proprio ædificant supponunt, ac subiiciunt se imperio, ac iurisdictioni Principis ipsius loci, argumento *ex. in c. omnes Basiliæ, 1. 6. quæst. 7. per ea, quæ satis ad propositum tradidit Paul. Castr. in l. ex hoc iure, nu. 27. de iustit. & iur. & Jacobinus in sua inuest. ver. qui quidem inuestiti nu. 9. post Abb. in cap. diligent, de prescript.*

Aliam huius contrarietatis conciliandæ viam tentauit non minus doctus, quæm Religiosus Vir Ludouicus Molina in opere, quod scripsit de *Iustit. & Iur. tom. 1. tract. 2. disput. ss.* Is enim interpretans legem Regni Lusitani, quæ habetur in §. 9. tit. 1. s. lib. 2. ordinat. in qua inter cœtera iura Regia numerantur Insulæ adiacentes, ac propinquiores, inquit hoc locum habere comparatione subditorum, non au-

tem extraneorum, si eas priùs occupauerint; non enim eis alterius Regni Constitutiones obesse possunt, quominus iure gentium vrantur, ex quo occupantibus tales Insulæ conceduntur. Sed hæc Molina cōciliatio apud me non est omnino tuta; non enim Iure, aut alterius *Scribentis* authoritate roboratur; immò repugnat rationi, ac ipsis principijs iuris, siquidem si admittimus Principem propinquioris Regionis iurisdictionem habere in Insula adiacente, habebit illam tam respectu suorum subditorum, quam cœterorum, qui occupare non possunt ius antea illi Principi quæsatum, nec in hoc ius particulare illius Regni aliquod operatur, cū iure gentium, quo distincta fuerunt dominia id sic constitutum.

Ego autem cogitabam, num 26 alio modo posset difficultas excitata superari, distinguendo, quod aut Insula huiusmodi adi- cens est nota ipsi Principi, vel suis antecessoribus, adeò, vt aliquando appareat dominandi in ea animum ipsos habuisse, & tunc proculdubio iurisdictionio eidem Principi competere, quamvis enim ipsius Insulæ possessionem actu non teneat, præsidio Militum, vel suorum hominum; per possessionem tamen totius ditionis, cuius locus hic quoddam accessorium dici poterit, etiam ipsius domi-

nium , ac possessionem retine-
bit, sicut possessionem Ciuitatis
Metropolis capiendo, totius etiā
Regni possessionem consequi
dicitur, ex regula *tex. in l. i. supra*,
de offic. *Praefect. Augustal. vbi Bald.*
in Addit. Vincent. de Franch. decis.
393. Aules in cap. Prætorum lib. 1.
cap. 2 o. num. 2. & per possessionem
partis totum retinetur, *l. 3.*
ff. de acquir. possess. vbi Bar. Ceteriq.
id notant. Quod si Insulæ non
sint cognitæ, vel tanquam quid
sterile, & parui momenti fue-
rint habitæ pro derelicto, ac ne-
glectæ, ut fuerunt scopuli illi, ac
palustres Regiones, quas Vene-
ti, ut libertatem conseruarent
incolere cœperunt, in quibus po-
stea Ciuitas tam illustris, ac cæ-
lebris habitantium solertia, ac
prudentia, usq; ad miraculum
excrevit; quis dicere poterit Do-
minos vicinioris Prouinciarum es-
se etiam Dominos locorum, quo-
rum nullam habuerint notitiā,
vel si notitiam habuerint, ea ne-
glexerint, & pro derelicto ha-
buerint, cum dominium, ac pos-
sessionem sine animo, & appre-
hensione, nec acquirere, nec re-
tinere possint, & quod pro de-
relicto habetur ex notissimis iu-
ris principijs, ab alio, ipse optimo
occupari possit. Erit etiam
obseruandum, ita demum oc-
cupantes huiusmodi Insulas ca-
rum dominium, ac possessionē
retinere, si eas vires habeant, ut
ipfas tueri, ac defendere valeat,

aliás occupatio non esset alicuius effectus, ac considerationis, ita *Bald.* & *Cæpoll.* in locis paulo
ante citatis, & ipsorum nulla fa-
cta mentione, *Bellug. in spec. Prin-*
cip. Rubr. 2 8. §. per quam, num. 15.
citanus ad id *tex. in l. 3. §. in laqueū,*
ff. de acq. rer. dom.

* Redeundo nunc ad locum,
vnde digressi sumus, ex supra-
dictis quoq; *Scribentes deduxerunt*
aliud noctu dignum, dum
voluerunt, testamentum, quod
sit in Mari, vel Portu alicuius
Prouinciarum esse conficiendum,
adhibitis solemnitatibus, que
ipsius Regionis adiacentis legi-
bus, aut consuetudinibus requiri-
runtur, & secundum hæc cauē-
dum est à *Bald.* dum in saepius
allegata *Rubr. num. 9.* inquit, te-
stamentum factum in Portu Sol-
dani non esse factum in Terris
Soldani, quia Portus tanquam
locus publicus, ac omnibus cō-
munis, non potest magis dici
vnius, quam alterius, ex *tex. in l.*
hoc legatum, de legat. 3. cui assertio-
ni subscripsit postea *Cæpolla in*
ps. de Portu, num. 5. Baldus vero ex
professo contradicunt *Fælyn. in*
cap. Rodulphus, in 2. declaratione, de
rescripto, citans Barbat. in Rubr. de
testam. & Capyc. in sua inuestit. in
verb. Portus, & optimè Ill. Iure-
consul. Tell. Ferdinand. in comm. ad ll.
Tauri, in l. 3. p. 1. num. 10. & me-
lius in eadem *lege, par. 2. num. 5.*
reprehendens *Cifuentem*, qui vi-
detur se in eiudem legis com-

men-

mentatione inuoluere , ac terminos confundere; inquit enim Tell. & benè Portum non considerari per se, sed ut locum illius Prouinciae, cui adhæret, ideoquè 29 licet Portus, quoad usum sit cōmunis , quoad iurisdictionem tamen est illius Principis, in cuius Regione Portus existit , vt notant Scribentes in l. Cœsar, ff. de publican. & in c. i. quæ sint regalia, in ver. Portus.

Sunt autem prædicta nō pas-
sim, ac indistincte recipienda ,
sed aliquibus cum declaratio-
nibus , & prima erit illa , vt in
testamenti factio[n]e solemnitas ,
vel forma præscripta à lege, vel
consuetudine illius Prouinciae ,
in qua est Portus, minimè sit ob-
seruanda, si Princeps illius Re-
gionis, ac Populi illi sint Barba-
ri, & à nostra Religione alieni ,
quos Infideles appellant, quia de
eorum legibus, aut moribus nō
est curādum, ideoq; quoad nos,
nec leges sunt , nec consuetudi-
nes, ita docuit eleganter Bartoli.
in l. qui à latronibus, ff. de testamen-
tis, vbi Castrensi. Cæteriq; Bald.
*conf. 26 s. & seq. vol. 4. & nouissi-
mè Gomes ad præcitatam legem*
3. Tauri num. 22: quod Bartoli
*dictum intelligendum est se-
cundum ea , quæ benè aduertit*
Bald. in l. 2 sup. quemadm. test. aperi.
vt consuetudines Barbarorum
*seruandæ non sint , si sunt ho-
stes nostri, aliàs ab eorum obser-
uatione , nullo pacto disceden-*

dum esse, & Baldum lequitur An-
gel. in l. de die, ff. qui satisd. cogant. n.
4. circa med. & Paul. Castrensi. in l.
Nutritoribus , sup. commun. de suc-
cessio. Ias. in l. ius ciuile, num. 3 4. ff.
de iust. & iur. & latè Io. Baptista à
Sancto Seuerino post alios in l. cū-
Etos populos, supr. de Summ. Trinit.
num. 9 2. & hæc est vera opinio,
quicquid se inuoluant Insol. in
d. l. qui à latronibus, & Ias. in d. l.
cunctos populos, nu. 8 8.

Altera declaratio est , vt tunc
31 seruandæ sint à Testatoribus
solemnitates illius Prouincie, in
cuius Portu testantur, quando
notitia habetur consuetudinis ,
aut legis illius Provincialis, aliàs
sufficiat testari secundum di-
spositionem iuris gentium , sic
firmat Bald. in d. l. 2 quemadm. te-
stam. aperian. vbi Castrensi. & Cor-
neus, & idem Bald. in l. iustitia, ante
finem principij, ff. de iustit. & iure ,
lequitur Cœpolla in titul. de Portu ,
& Tell. Ferdin. in p̄allegat. l. 3.
num. 5. & ibidem Gomez num.
22.

Tertiò , circa prædicta obser-
32 uandum est , illas solemnitates
seruandas esse in casibus, in qui-
bus diximus, Testatorem ad id
teneri , quæ respiciunt formam
testandi, non autem eas, quæ Te-
statoris personam concernunt .
33 Inde est , quod si filius familias
nostræ Ciuitatis Neapolitanæ ,
qui iure municipali testamenti
factionem habet , quoad bona
sibi ex materna linea obueniē-

tia

tia per *Consuetudinem*, sive *titulo de Filiofamilias volenti testari*, vel *filiusfamilias Hyspanus*, cui idem permittitur lege illius Regni sive certa forma tradita à *Constitutione Taurina*, quæ habetur in l. 4. tit. 4. lib. 5. nouæ recopilat. testentur in portu, vel alio loco alterius Provinciæ, in qua ius ciuile seruatur, quo penitus filiofamilias testamenti factio prohibetur, *l. qui in potestate, cum simil. ff. de testam.* ratum erit eorum testamentum, quamvis in aliena Regione testetur. Ita docent omnes *Scribentes in l. omnes populi, ff. de iusti. & in l. cunctos populos, sup. de Summ. Trinitat.* & *Fide Catholica*, cum multis congestis à *Paris. conf. 1. 2. vol. 3.* & per *Gozadin. conf. 4. 9.* & per *Azeued. d. l. 4. tit. 4. lib. 5 nouæ recopilat. num. 15.* & per *Gomez in l. 5. Taurina, nu. 2.* & *Ceruantes in l. 6. earundem legum Tauri nu. 8. 9.* & ita censuit Sacrum Consilium Neapolitanum, me Commissario in causa Dominorum de Aprano, ut refert Dominus *Præses de Franch. in decis. 5. 2. nu. 2. 3.* ad quæ inspicienda etiam sunt posita per eundem de *Franch. decis. 1. 4. 6. in princip.* vbi determinatur quid iuris sit respectu bonorum sitorum extra loca, in quibus testandi consuetudo viget, & cum mei instituti non sit immorari in questionibus remotis à proposita materia, remitto me ad ea, quæ ibi habetur.

Deniq; aduertendum est, omnia hæc, quæ diximus procedere respectu mercatorum, & aliorum Nauigantium, nàm quod attinet ad Remiges, Nauarcos, aliosq; Classicos huiusmodi questiones sunt superfluæ, vbi cunq; enim tales personæ reperiuntur, iure militari testantur, *l. unica, ff. de bon. posseß. ex testamento militiis,* notauit *Ripa in l. Centurio, de vulg. subst. n. 11. Emanuel à Costa in repe. l. Gallus. S. & quid si tantum ff. de liber. & posthum. Tell. Ferd. in d. l. 3. Tauri, 1. par. num. 10. Menchaca de success. creat. lib. 3. §. 24. n. 15. Aquilin. in d. l. Centurio, nu. 32.*

35 & in hoc Omnes conueniunt, quamvis anceps inter predictos sit quæstio, an testamenta à Nauarchis iure militari facta substineantur, si non moriantur in ipsa militia, ac exercitio, sed superuiuant? *Ripa* enim, cui non nulli adhæserunt opinatus est ea non valere, *Costa* verò, & *Tell.* censuerunt, ipsa omni tempore valida, sicut ea, quæ tempore pestis, aut belli cōficiuntur, quæ substantentur bello finito, ac peste cessate, vt tradidit *Cornel. cōf. 5. 3. vol. 4.* & *Boe. dec. 2. 2. 8.*

Vterius progredivendo noto adeò verum esse id, quod prædiximus, Mare, scilicet esse de Territorio, ac iurisdictione Terræ adiacentis, vt vassallus, qui tenetur ferre opem Domino belum gerenti in eius Regno, tenetur etiam seruire, si geratur

in

in mari propinquo. Ità scripū reliquit *Baldus*, quem securus fuit *Alvaro*. in cap. 1. quibus mod. *feud. amict. col. 2.*

Insuper non est prætermittendum id, quod eleganter ad hanc materiam tradidit *Bellug.* in suo specul. *Princip. Rubric. 30.*

37 dūm scripsit, quod licet Territorij appellatione veniat mare, id non procedit in concessione facta à Rege de Baronia cum suis finibus, & terminis; non enim per hoc censetur ei concessa cognitio delictorum patratorum in mari, quia illorum cognitio ex inueterata consuetudine est de Regalibus maioribus, quæ in generali concessione non veniūt, ex *Capyc. in sua iuuentura*, vbi inquit in verbo *Littoribus non comprehendendi in concessione feudi in Regno Siciliæ littora, quatenus iactus ballistæ protenditur, nisi in specie dicatur*; quo casu quid in tali concessione contineatur, habetur latè per *Isern. in tit. quæ sint regalia, in verbo Armandia*, & per *Capyc. in loco proximè citato*.

Ex prædictis quoq; occasio-
38 ne illorum verborum huius nostræ Constitutionis, *Ad auxilium purgandi Orientis*, colligunt hic *Scribentes*, Principem non solum teneri ad purgandam Terram latronibus, *l. cōgruit, ff. de off. Präsid.* sed etiam mare Piratis, idq; suis sumptibus, *Luc. de Penna in l. 1. nè rusticani ad ull. obseq.*

latè *Iacobus de Ayello in tract. de adoha, num. 3.* & *Gregor. Lopez in l. fin. tit. 20. par. 2. in fi.* & sic, dūm consultus fuisset, respondit Serenissimo Regi nostro Philippo II. *Io. Garsia*, vt ipse testatur in tract. de expens. & meliorat. c. 21. nu. 3.

In casu tamen necessitatis pos-
39 terit Rex compellere vassallos ad deseruendum pro remigibus, ità *Capyc. in Repet. cap. Imperiale, in fin. ex authoritate Luc. de Penn. in l. 1. nè rusticana. ad ullū obseq.* Miror autem non citasse ad hoc *Capitulum* huius Regni, quod incipit, *Item Admirati, sub Rub. de soluendo statutas comminacias*, in quo cauetur, Ciues burgenses honestos, non esse ad huiusmodi onera compellendos, ergò secus est in hominibus vilioris, ac tenuioris conditionjs, prout expressim hoc aduertit *Io. Antonius de Nigris in Commētario illius Capituli num. 12.* quod tamen nunquam seruari vidi, sed tantum voluntarios mercede conduci. Hoc quoq; sentire videtur hic *Accurs.* dūm verba illa huius nostræ Constitutionis *Vt Classiariorum numerus ex incensis, vel accrescentibus expleatur;* exponit de incensis hoc est, de 40 his, qui censentur, & deputari volunt huic ministerio; Verū hæc verba *Accursij interpretationem* minimè, ni fallor, admittunt, sed potius intelligenda sunt secundum explicationem

Pan.

Panciroli, qui in suo Commentario ad notitiam utriusq; dignitatis, cap. 7. lib. 1. vult, incensitos, de quibus in hac lege fit mentio, esse inopes, & sine censu, quæ interpretatio concinit dispositio*n* Capituli huius Regni, & hic est verior sensus, qui etiam suaderi potest ex ijs, quæ scripta reliquit doctissimus *Iustus Lippus* in libello de militia Romana libr. 1. Dialogo 2. in fin. Quamuis etiam mihi omnino non displiceat expositio *Luca Penn.* hic, & *Rebuffi*, qui volunt, incensitos esse adstrictos, ac addictos huic exercitio, ac ministerio.

His sic constitutis, ac explicatis, vt vniuersa huius nostræ legis materia explanetur, aliqua notanda censi, & forsan non ingrata legentibus, quandoquidem non sic passim apud alios reperientur; non tamen extra terminos, & cancellos propositi argumenti egrediendo.

Et quoniam in hac Constitutio-
ne principaliter tractatur de personis Classicis, considero, tres esse illarum species distinctas, de quibus etiam distincte, ac separatim pertractabo, sunt enim in Classibus Remiges, sunt etiā, & Naucleri, Nautæ, ac Milites, quos unico verbo nostrates omnes appellant *Gente de Causo*, sunt denique Duces ipsarum Classium, vt inquit *Iureconsultus in l. & nica in fin. de bo. pol. ex testam. milit.*

Incipiendo à Remigibus, quos vulgo, *Gente de Remo*, vocant, noto, pœnam hanc damnationis ad Triremes, qua vt plurimum Remiges sunt damnati (näm sunt quoquè alij voluntarij mercede conducti, & alij serui) olim parum cognitam (vt supra diximus) nunc vsu frequentissimè receptam,
42 æquiparari damnationi in metallum, vt obseruauit *Capycius* in decisio. 153. & *Iulius Clarus Receptar. sententiar. lib. 1. quest. 57.* citans ad idem *Follerium* nostrum *Carrer.* & alios: Indè alii
43 qui censuerunt, damnatos perpetuò ad Triremes amittere testamenti factionem actiue, ac passiuè, vt post *Ripam*, & *Gabriel.* voluit *Peregrin. de iure Fisci* libr. 2. titul. 4. num. 7. & *Arnol. Ferron. ad Consuetud. Burdeg.* lib. 2. titul. 5. §. 15. pagin. penult. & nouissimè *Farin.* post *Simonem de Pet.* per eum adductum in sua *Praxi criminali* par. 2. tom. 1. in titul. de var. & diuers. delict. quæstio. 102. Quod tamen hodie non procedere, testatur doctissimus *Couarru.* in *Rubr. de testamen. par. 3. in fin. num. 27.* & *Farinac.* in loco proximè citato in 6. limitat. per tex. in *Authent.* sed hodie, *C. de donatio. inter virum,* & *uxorem*, quamvis priorem opinionem teneat *Ferdinand. Vasq. controvers. illustr. libr. 3. cap. 96. num. 4.* sed *Couarru.* opinio ex vnu forensi est comprobata;

Damnatus autem ad pœnam

44 Triremium, si se percutiat, ut inutilem reddat, puniendum esse, ac si alium vulnerasset, censuit Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 9. cap. 3. num. 5. & antè eum. Grammatic. decisio. 44. per totam.

45 Si verò damnatus à Triremibus aufugiat, & damnatio est ad tempus, duplicatur, ità Ioannes Anton. de Nigr. ad Capitulum Regni 81. sub Rubr. Quod pro fugientibus à Galeis, quod si duplicatio decenij tempus excedat, in perpetuum pœnae prædictæ addicitur, ex tex. in l. aut damnum, §. quisquis, ff. de pœnis. Quando autem est damnatus perpetuò, & aufugit, redibit, si capiatur, in caulam suam, nisi in condemnatione pœna mortis, ut solet in grauissimis causis, fuerit comminata, & ità prævia maxima discussione censuisse Sacrum Consilium Neapolitanum, refert Dom. Präf. de Franch. in dec. 140. in 2. dubio, Alexan. verò Turraminus olim Iuris interpres in hoc Neapolitano Studio in suo docto opusculo. edito ad interpretationem l. non puto, ff. de iure Fisci, par. 1. cap. 3. num. 6 o. cum sequentibus, contra hanc Senatus nostri sententiam multipliciter argumentatur; dicit enim, quod si pœna mortis non daretur, (etiam si expressa non fuerit) fugæ delictum, quod grauissimum est, abiq; aliqua pœna remanceret, quod absurdum esse

nemo non videt: item argumentatur ex tex. in l. capitalium, §. in Exulibus, ff. de pœnis, vbi ex pœna deportationis deuenitur contra euidentes, & fugientes ad pœnam capitalem, idest, ultimi supplicij, ac mortis naturalis, sic enim interpretatur Alberic. ibi illa verba, pœna capitali, & Bald. in conf. 27 1. incipiente, queritur, vol. 2. vers. porrò sèpè. Et istam interpretationem fecutus fuit idem Senatus Neapolitanus in ea decisione in primo dubio; vnde dicit, probari non esse inconueniens ex uno genere pœnae transire ad aliud genus, etiā ultimi supplicij, & in hanc sententiam multa adducit, quæ omnia re vera in d. decisione adducta, & considerata fuerunt, & cum in hoc Regno Senatus placita legis vim habeant, amplius in dubium hæc quæstio non est reuocanda apud Nos, & iam hoc usu comprobatum est, fateor tamen disputando facile cōtrariam partem sustineri posse.

Solemus etiam nedùm per 46 sententias, sed per viam transactionis, ac cōcordiæ reos criminis postulatos ad Triremes trâsmittere, Fisco, ac reo consentientibus, quod tamen parte offensa, ac reclamante nunquam admisimus. Quandoq; autem magna urgente necessitate consueuimus Nos Regentes Collateralis Consilij in Visitatione ipsorum Carceratorū, damnatos ad

re-

remigandum ab alijs Curijs Regni, vel ab ipsa M.C. etiam pendente appellatione ad Regias Triremes loco depositi (sic enim dicitur) hoc est, pendente appellatione mittere, duobus tamen concurrentibus; Primo, quod rei sint accusati de grauioribus, ac atrocioribus delictis; Secundo, quod ex relatione actorum facta à Cōmissario, & Iudice ipsius cauē constet, reos ipsos nullo pacto pœnam Triremium effugere posse, vel pro quantitate temporis, ad quod damnati fuerunt, vel pro parum minori. Idemq; etiam fieri solet, si nulla ad sit condemnatio sententia, dummodò ex acto sum visione constet, maxima adesse indicia, vel probationes tales, ut certum sit, ipsos huiusmodi pœnam euadere non posse: ipsiis autem seruientibus in Triremibus, expediuntur eorum causæ, & hæc condemnatio loco depositi, sit maxima cum moderatione, & æquitate, itaut potius Fiscus, quam ipse reus grauatus remaneat. Multoties enim ad Triremes transmisimus homines, qui ultimo forsan supplcio affecti fuissent, si eorum causæ per sentencias terminatæ essent, & hoc vsu receptum est, multis ab hinc annis, quamuis nouissimè fuerit aliquantulum hesitatum, an hoc iure fieri possit, quod attenta antiqua hac consuetudine, concurrentibus

ijjs (quas prædicti) circumstantijs, itaut semper oculus ad reorum beneficium habeatur, recte sustineri posse arbitror, attenta maximè utilitate, ac qualitate talium Virorum, ac anteacta illorum vita, & ita firmat Dominus Regens de Ponte post hæc scripta editus, & à me visus in tract. de potest. Proreg. & Collat. Conf. Quod etiam ex alio, magis rationi consonum redditur, quia si vel innocentes forsan aliqui ipsorum reperti fuerint, vel maiori temporis spatio deseruerint, quam postea per sententiā fuerint damnati, salarium, tanquam voluntarijs Remigibus eisdem persolui mandatur, idq; in viliores personas statuitur, quæ possent etiam (vt dixi) compelli ad remigandum, mercede debita constituta. Notandum est autem, quod quando Ego visitavi Carceratos, seruabam, certum tempus designare, quod non excederent damnati loco depositi; idq; constituebam, habita relatione Iudicis illius causa, quod fuit bene receptum, nè pauperes in dicta causa perpetuò remigarent, sed finito tempore libertati redderentur, & hoc Visitationis remedium est maximum pro Causarum expeditione.

Si verò ad remigandum dā-
48 nati casu, vel etate debilitati fuerint, solent eos Proreges, dato seruo vicario, liberare, antiquo,

atq; vſitato more , vt aduertit Paris de Puteo in tract. de ſyndic. in verbo Condemnati, c.2. quē citat Nig. in d.c. Regni 81.n.9. per text. pulcherrimū in l. in metallū 22. ff. de pœnis , cuius verba notanda ſunt , Inquit enim Iureconsultus . In metallum damnati, à Preſide di- mitti poterū , qui existimabit de his dimittendis (existimabit) ait, nām in grauioribus delictis , ac mali exempli ſepè in Collat. Consilio censuimus, quamuis ſenes, & in- ualidos , minimè eſſe dimitten- dos: commutant etiam Proregeſ hāc pœnam Triremium, quod alijs Iudicibus inferioribus mi- nimè licet, vt teſtatur Games. Leo nius in ſua centur. quæ habetur inter varias decisiones in decisio-

48.

Est etiam notandum, quod ſi 49 Remiges iſti ab Hostibus capiā- tur, & ad nos reuertātur, redeūt in cauſam ſuam , verūm ſi quis eos redemerit, Fiscus preſtum ei ſolueret enetur, per text. in l. mulier, quæ in opus Salinarū, ff. de capt. & postlim. reuers. qd expressim obler uauit Bolognet. in l. 1. in princ. ff. de acq. poſſ. non tamen citat ad hoc text. quem ſuperiū adduxi .

An autem ſit iſtis, qui ad Tri- 50 remes redire compellūtur im- putandum tempus captiuitatis ? Ego apud neminem legi, ſed cre- derem, totum ad eorum cōmo- dum eſſe deducendum, ſicut tē- pus carcerationis dānato in exi- lium imputatur, ex Cōſtitutione

Theodos. & Flon. in l. omnes, ſup. de pœnis, cuius verba, ac mentē ſatis propositae quæſtioni deferuire videntur: Si ſatis (inquiunt) im- mensarum cruciarum ſemel luſſe ſup- plicia, nec iij, qui diu priuati ſunt aurę communis hauiſtu , & lucis aspectu intra breue ſpatium catenarum pō- deribus prægrauati, etiam exiliū pœ- nam ſuſtinere iuerum coappellan- tur ..

Finito verò tēpore Dux Clas- ſis Remiges iſtos abſq; villa ſolu- tione gratis dimittere debet , vt ſtatuit Conſtitutio huius Regni incip. bi, qui, ſub tit. de inquis. facien. vbi Aſſl. ponit formā, quæ hodie ſeruatur . Non autē debet Dux , ſz vel Capitaneus Triremiū iſtos Remiges exercere in proprijs ſeruitijs, ad propriū commodū, vt eſt iex. in l. officium, §. Paternus , ff. de remili. quod aliquando ma- le ſeruatum vidi .

Deniq; prætermittendum ſz non eſt, Barones , ac Dominos vassallorum , qui habent in hoc Regno merum, & mixtum Im- perium , ac ſepè ſuis ſubditis hanc remigandi pœnam infli- gunt , non posſe alijs Triremi- bus illos addicere, quām ijs, qui ſunt Regis , quod non ſolūm Pragmatica ſanctione in hoc Regno, ſed etiam in Hispania peculiari lege eſt cautum, vt in- titul. 29. leg. 5. libr. 8. nouæ reco- pilatione , vbi etiam ſtatuit , Barones proprijs ſumptibus il- los transmittere debere .

54 Inde

54 Inde annis præteritis ortam fuiſ ſe inuenio quæſtionem latis ele- gantem. Nàm cù Illustrissimus Dó Garsia à Toledo, olim Dux Generalis Classis , Triremes duas haberet (sub Regis tamen stipendio) & pro earum remi- gio uſus fuifet multis homini- bus, qui à Iudicibus Baronum erant ad remigandum condem- nati; dùm ſuæ administrationis redderet rationem, Cómēdator Giron, qui erat tunc téporis Vi- for generalis Classis , prætende- bat, non potuisse Don Garsiá, il- lis vti pro feruicio ſuarum Tri- remium , ipsumq; teneri Fisco Regio in eo, quod interfuit ip- ſius Fisci, non habuisse illos Re- miges. Et pro Fisco dicebatur, verba *Pragmaticæ*, quæ iuſſit, cō- demnatos transmitti ad Regias Triremes, & non alias, eſſe intel- ligendas de Triremibus , quæ ſunt propriæ ipsius Regis, & ſub eius dominio , non autem de-

55 conductis; cùm genitiui natura ſit indicare dominium , vt per Sribentes in Rubric. ff. de nou.oper. nunc. per tex. in l. ſeruum Titij , ff. mandati, & in l. ſi hæredis ſeruus , de legat. 1. & verba accipienda, eſſe in potiori significatu, l. 1. §. qui in perpetuum, ff. ſi ager vedi- vel emphyt. prælertim in Statutis, in quibus verba propriæ ſunt intelligenda.

At pro D.Garsiá cōuēto in me- diū afferebatur, Triremes, et cō- ductas, ac ſtipēdiarias, dici Trire-

mes ſuę Maiestatis, ſicut domus conducta , dicitur domus con- ductoris, l. 1. §. domum, ff. de ale- tor. l. lex *Cornelia*, §. domum, ff. de iniurijs, l. qui domum, ff. de adulterijs vbi Bart. & Alberic. quod proce- dit etiam in Statutis, quia quam- uis ſint ſtrictè, ac in propria ſi- gnificatione accipienda, ſunt ta- men interpretanda secundum communem uſum loquendi , qui uſus præfertur cuicunquè propriæ ſignificationi , per texū in l. librorum, §. quid ergò, de legat. 3. & in cap. quamuis, vbi Abbas, & Alij, de verb. ſignific. Ias. poſt alios in d. Rubr. de nou.oper. nunc. Expé- debātur etiam alia verba ipsius *Pragmaticæ*, videlicet Ad Triremeſ Regiæ Curiae destinatas pro cu- ſtodia Regni , cum negari non poſſit , Triremes etiam condu- ctas pro Regni tutela inſeruire : & in hanc opinionem contra, Fiscum inclinat doctiſſimus Re- gens Reuerterius in ſuis votis manu ſcriptis , quamuis non referat ,

56 quid fuerit decisum. Ego verò quamuis, vt debeo, rāti Viri au- thoritatem magnificiam, non poſſum eius opinioni me ſub- ſcribere , ex eo , quod cùm D. Garsiā eſſet Dux totius Classis à Rege huic administrationi præpoſitus , non debebat, pro- priam ſequendo utilitatem ſuas Triremes inſtruere hominibus gratis deſeruentibus, qui po- tuiffent operam ſuam in Regijs Triremibus nauare; ſed tanquā

Tutor, vel Procurator, cui principalis commodum spectare, l. quicquid, supra, arbitr. tutelæ, & licet possit Tutor propriam utilitatem preferre commodo pupilli, l. videamus, §. nec Tutor, ff. de in item iurando, hoc admittendum est, quando bona fide procedit, sed quando ex re ordinata ad pupilli utilitatem, sibi & non pupillo acquirit, tenetur pupillo ad interesse, ut notanter Salye. post Martin. & Alios docuit in d.l. quicquid. Insuper, quando in locationis contractu merces fuit constituta, si fuisset dictum, aut cogitatum de ipsis Remigibus, qui gratis seruire deberent, vel eidem locatori certum Remigū numerum promisisset Regia Curia, certè minori fuisset, ac vi- liori pretio cōtentus Don Gassis, ut omnibus patet; & tandem benè applicari, atq; adaptari potest ad propositam speciem tex. superius adductus in d.l. officium, §. paternus, ff. de re milit.

Nunc de Nautis, Nauarchis, ac Militibus aliqua videamus, & quidē hos omnes militari pr. uilegio gaudere, censuit Iurecons. in Lvnica, ff. de bon. possess. ex testa. milit. & ideò iure militari testan- tur, ut diximus. Insuper exceptio hostica, quæ ex Regni Constitutione competit Militibus seruientibus in Terra, competit etiam militantibus in mari, Glo. & Isern. in Constit. Regni Hostici, & Nautæ, qui acceperint cōmi-

nantias (cōmeatus, ac Annonæ genus, hoc est) si aufugerint, punientur pœna statuta à Capitulo Regis Caroli I. sub Rubr. Quod marinarij non se suberabant à vascellis. Sed & illud notatu dignū, quod tradidit Gregor. Lop. in l. 1. tit. 24. par. 2. maiorem imponi

60 pœnam detrectanti militiam Maritimam, quam Terrestrē, cùm illa sit durior, & asperior; 61 necnon is, qui perdit Nauem sua culpa, dicitur proditor, sicut qui Castellum amittit, Oldr. consil. 9 2. & Franc. Aret. consil. 1 6 5. 62 & docentes Hostes construere Naves, capite puniuntur, l. fi. C. de pœn. 10. Andr. in cap. Item quoru- dam, de Iudeis, & Boer. dec. 1 7 8. 63 num. 1 7. & Nautæ, & Nauarchi. tenentur etiam de leuissima culpa, Alex. consil. 4 1. col. 3. vol. 3. Gre- gor. Lop. in d.l. 1. vers. que andan en ella, tit. 24. partit. 2.

Restat, ut de Ducibus, ac Præfectis ipsarum Classium aliqua dicamus, & quidē Alij sunt Duces supremi, qui vulgo Gene- ralissimi vocantur, ac summum habent Imperium, qualis in bello Ciuali fuit Bibulus, quē apud Cœarem de Bello Ciuali lib. 3. legimus, toti officio maritimo præpositum, cuncta administrasse, & eo mortuo ad neminem vnu summam imperij rediisse. Alij verò sunt minores Duces, qui summo illi Imperatori sublunt, ac subordinantur, de Duce illo maiori exemplum etiam habe-

mus

mus in Praefecto Prætorio Oriētis, cui, vt in princip. huius Constit. legitur, tām Classis Seleucena, quā alię vniuerſe ſuberant. Dux autem minor ei, quem diximus Summo Imperatori ſubalternatus, erat Comes Orientis, cui Seleucena Classis ad auxiliū purgandi illas Regiones, aliasq; neccelitates erat attributa. Huic autem officio Præfecti Prætorio respondere videtur in Gallia, inquit Rebuff. hic in Rubrica, officium Admirati, ad quem
 65 ſpectat omnes Naues congregare, corruptè tamen Admirati
 66 gium hodie hunc vocari dicit Petr. Gregor. Tholos. lib. 1. Syntagm. Jur. cap. 3. cùm Almirarchas denominari debeat, quaſi Salsuginis, ſeu maris Princeps, prout etiam ſentire videtur Renatus Coppin. de dem. Franci. lib. 1. tit. 15.
 67 num. 11. Hispani verò, apud quos est etiam hoc officium, ab admirandis operibus deriuatā eius appellationem opinati ſunt, vt innuit tex. in l. 24. tit. 9. part. 7. Marinus verò Frecc. cui me ſubſcribo, in ſuo opere de feu. tit. de offic. Magni Admirati, tractas de præheminentijs, quas habet in hoc
 68 Regno, vbi etiam eſt in uſu, vt inferiū dicemus, poſt multa, concludit, & recte, nomen eſſe barbarum, ſequè eius originem
 69 ignorare. Sit utcunq; eſt una de præcipuis dignitatibus in omnibus Regnis, atq; illam ſolus Rex concedit, Bald. in cap. 1.

in princip. que ſint Regalia, & ibidem poſt eum Afflct. & Gregor. Lop. in Comment. ad l. 24. titul. 9.
 70 par. 2. & quæ ſolemnitates ſeruabātur in eius creatione apud Hyſpanos, recenſet tex. legis 3. d. tit. 24. 2. partit. In hoc autem Regno, ſicut & in Hyſpanijs in multis eius officij potestas eſt diminuta, & coarctata, vt testatur Frecc. in loco præcitatō nu. 30. Akeri enim, vt plurimum Rex noſter Classis Imperium committit. Habet autem hodiè Magnus Admiratus merum, ac mixtum Imperium in Nautas omnes, exceptis Clāſſium ministro deputatis, ac in omnes viuētes ex arte Maris, vt poſt Marin. vbi ſupra, refert Præf. de Fran- ch. in eius dec. 142. in princip. Habet etiam cognitionem naufragiorum, ac ius omne ſpectans ad Regiam Curiam in bonis naufragatis. Et cùm annis præteritis magna orta fuifſet quæſtio inter Regium Fiscum, & Admiratum ſuper quibusdam bonis, quæ erant capta ex naufragio, quod paſſi erant quidam Hæbrei Turcarum Regi ſubdi- ti, qui (vt infra dicemus) nobis Hostium loco ſunt, fuit declaratum, ea bona tantum ex naufragijs ad Admiratum ſpectare, quæ hostium non eſſent, & quo- rum Dominus ignoraretur, alia ad Fiscum bona Hostium etiā naufragata pertinere: & quoniā res fuit ſatis controuerſa, & ne-
 71 dūm

dùm hic, sed in Supremo etiam Italico Consilio agitata, non piget ponere verba decreti Regiae Cameræ Summariae interpositi, facta relatione in Collaterali Consilio, & demum consultatione transmissa Regi nostro Potentissimo, sunt autem hec:
Die 22. Maij 1577. Fuit prouisum pariter, atq[ue] decretum, & declaratum, omnia bona, & vascella naufragata, & quæ in posterum naufragari contigerit in praesenti Regno, quorum Domini sunt, & erunt ignoti, & incerti, spectare ad perceptionem, ac cognitionem Magni Admirati. Omnia vero vascella bona, & personas Hostium, & diffidatorum Suæ Catholicae Maiestatis, etiam quod sint naufragata, & naufragata, vel in posterum naufragarentur, non spectare neque ad perceptionem, neq[ue] ad cognitionem dicti Illustriss. Magni Admirati, & proinde quoad dictos tres Hebreos, & eorum bona, captos, & capita in maritima Hostuni occasione naufragij, ac Nauim ipsam naufragatam, Regium Fiscum esse absoluendum, & absolvi debere, prout praesenti decreto absolvitur ab immissione, & pretensione dicti Illustriss. Magni Admirati. Hoc suu, &c. Acta sunt penes Paulum de Curtis, & Ioannem Hieronymum Latinum, & ad tollendas has difficultates, expresse hoc ius sibi reseruauit Rex Dominus noster in concessionibus dicti Officij postea factis. Animaduertendū

est, hæc bona naufragata, quorum Domini nesciuntur, pertinere ad Admiratum, non vti bona naufragorum, quod enim habet ius Fiscus in aliena calamitate, vt de re tam luctuosa compendium sectetur? vt ait *Iureconsultus in l. 1. de naufr.* & in *Authent. nauigia, supra, de furtis,* sed vti bona vacantia, cum Domini non appareant, ac eo titulo Fisco debita, per tex. in l. 1. sup. de bon. vacanti. & in *Constit. Regni incip. Dohana, in tit. de offic. secreti,* & Regis concessione debentur Admirato, ad quæ videndus est *Afflict. in Constitut. Regni Reginas, nu. 13.*

Alias autem dignitates, ac prærogatiwas polt Frecciā in loco ci-tato, collegit curiosè, & elegan-
74 ter pro more doctissimus olim D. Cōsil. Carolus Tapia, nūc in Col-laterali Consilio Collega noster, & Belmontis Marchio meritis-simus, in libro Recopilationis Iuriū huius Regni in Rub. de Officio Ma-
75 gni Admirati. Et quoniam pot-e-
itas Admirati magna ex parte
translata est in Præfectos, ac Im-
peratores Classium, idèò de ip-
forum dignitate, ac præhemi-
nentia, tam Ducum supremo-
rum, quam inferiorum aliqua-
sunt adnotanda, que non paßim
reperiuntur.

Et primò inspiciendum est,
79 quam iurisdictionem, ac pot-e-
statem habeant Duces Clas-
sium in eorum Classicos? Qua-

in re antè omnia ostendendum est, quid Duci à Principe, vel ab ipsa Republica concessum fuerit ? diuersimodè enim id factū fuit, nām quandoq; non solū in mare , sed in omnes Prouincias mari adiacentes ad quadrin gentesimum à mari stadium Imperium concessum legimus in bello piratico Pompeio, lege Gabinia, ut legitur apud Ciceronem in oratione pro lege Manilia , & Plutarcum in vita Pompeij, & Diodorum Siculum lib. 38. & in nostris obseruauit Francis Octomanus in lib. de leg. Romanis, Aptonius Augustin. de legibus , c. de lege Gabinia , de legationibus pagin. 6 s. Et in hoc Regno Neapolitano cùm frequentes orientur controvæsiaz inter Duces prædictos, ac Præfectos Prouinciarū , in quibus Classes reperiebantur: Philippus II. Rex noster ea prudentia , qua omnia regebat , ac disponebat , certas in hoc leges statuit, quas habemus in instructionibus , seu mandatis datis Principi Auriæ Summo Maris Præfecto, easq; etiam ab alijs Ducibus suarum Classium seruari iussit, & hodiè seruantur, & quoniam instructiones prædictæ non ab omnibus haberri possunt, opereprætium fore censui, ipsarum verba hic ponere, quæ sunt:

Sobre la gente de la Armada se os da mano y jurisdicion entera , y cumplidamente, para que la ayais en

todos los casos, y delitos, que cometieren en la Mar , y assi mismo os la doy sobre qualesquier personas otras de Tierra en los delitos , que dentro de mis Galeras, y Armada cometieren, en qualquier forma contra los que anduviieren con ella, pero si alguno de la Armada cometieren delitos en Tierra en algunos de mis Reynos, y Estados, ocosa el conocimiento dello al Virrey , o Gouernador , o Capitan General de tal Reyno , o Estados mios , si tales delitos fueren hechos contra la gente de la Tierra, y aunque haya fido preso en la Mar por la justicia de la Armada , sea remetido despues , y entregado a la justicia de la Tierra : y assi mismo que si el delito, que el de la Armada cometiere en Tierra, fuere cōtro gente de la Armada aūque se preda una vez por la justicia de Tierra, sea remetido, y entregado tâbien à la justicia de Mar. Pero en caso de extractiō de cosas prohibidas, y vedadas, que de Tierra se sacasen a la Mar contra las leyes, y ordenes, en tal Reyno cesadas, quiero, y es mi voluntad, por lo que importa evitar este inconveniente, que si alguno de la Armada, que haya cometido este delito en la mar, fuese despues preso en Tierra , conosca en tal caso , y proceso la justicia de la Tierra. Mas os encargo mucho, que este delito de extracciones le castigueis severamente , y que en todo procureis, y deis orden, que la gente de dicha mi Armada ande bien disciplinada, y que entre ella y de la Tierra donde quiera, que apartare-

des

des aya buena correspondencia, y se excusen diferencias, y competencias entre ellas, y se guarde, y cumpla por todo esta mi declaracion, que lo mismo mando, y ordeno a los mis Vireyes, y Capitanes Generales de los Reynos, y Estados mis, donde podreis aportar para que guarden, y tengan la misma buena correspondencia con vos.

Hæc sunt verba mandati, siue instructionis, ad cuius declarationem aliqua adnotanda sunt, ex quibus vniuersa materia remanebit explicata, videbimus enim eodem tempore, quid per has instructiones sit secundum iuris communis Regulas constitutum, quidue fuerit innovatum.

Primò igitur notandum est, has instructiones de causis criminalibus tantum tractare, & nihil de ciuilibus actum fuisse, ut ex verborum discursu videri poterit, quæ delictorum tantum cognitionem respiciunt: vnde consequens est, iuris communis dispositionem in causis ciuilibus esse seruandam, secundum quam, si controuersia sit inter Committones, vel Classicos, ita ut tam Actor, quam Reus Duci Exercitus, vel Classis subsit, vel conuentus fuerit de eius iurisdictione, in vtroq; casu cognoscat Dux prædictus, sic enim interpretantur tex. in l. Magisteria, C. de iurisd. omn. Iud. Petrus de Belalapert. Jacobin. Castrensi. Salyr. @

alijs Scribentes ibi, & quando conuentus est Classicus, actor vero Paganus, conuenietur reus apud suum Iudicem militarem, ex regula tex. in cap. cum sit generale, de for. compet. cu simil.

Secundò ad istius materię intelligentiam supponendum est, regulariter iurisdictionem huius Duci Classis, non priuatiè, sed cumulatiè censi concessam, ut ex tex. in l. 1. §. cum Vrbem supra, de officio Præfecti Vrbis, @ in l. fin. supra, de iurisd. omn. Iudicum, adnotarunt Gregor. Lop. in l. 24. titul. 9. par. 2. Io. Garsia in tract. de Nobilit. glo. 1. num. 5. @ Dom. Præf. de Franch. decis. 8. Secundum tamen has instructiones priuatium, & non cumulatiū esse Imperium Ducis prædicti, dicimus; siquidem cu Princeps instructiones, ac mandata hæc dederit ad controuersias, quæ oriiri quotidiè solebant, sedandas, & componendas, ac ipsius mens fuerit separare, & distinguere iurisdictiones inter Præfectos Prouinciarum, & Classium Ducis, censemendum erit, iurisdictionem vnicuique ipsorum discretriè concessam fuisse, ita ut alter alterius cognitione non debeat usurpare. Sic enim limitatur Regula illa, quæ habetur in d. l. 1. de off. Præfect. Vrbis, prout docuit Bald. in l. unica, §. ubi autem, nu. 6. vers. 2. casu, supra, de caduc. toll. & idem in Authent. habita, nè fil. pro patre, num. 3. 2. @ Angel. in l. cū

Præ-

*Prætor, ff. de iudic. & in l. si vacan-
tia, supra, de bon. vacant. Fælyn. in
cap. Pastoralis, col. 2. vers. limita se-
cundo, de offic. ordin. cum alijs, quos
copiosè suo more cumulauit
Menoch. de præsump. lib. 2. præsum-
ptio. 18. vers. sextus est casus. In
79 hoc Regno etiam Magnus Ad-
miratus ex priuilegio habet me-
rum, & mixtum Imperium, cū
clausula abdicante iurisdictionem
ab alijs omnibus, vt testa-
tur Vinc. de Franch. decis. 142. &
417 num. 7. in fin. & Domin. Reg.
Tap. in loco superiùs citato.*

Tertiò obseruandum est, per
80 instructiones prædictas Præfe-
cto Classis omnimodam cōcedi
iurisdictionem in omnibus ca-
sibus, & quibuscunq; delictis,
duobus tamen concurrentibus,
videlicet, quod delinquatur à
Classico contra Classicum, &
quod comittatur delictum in
ipsa Classe, per verba illa: *Sobre
la gente de la Armada se os da
mano y jurisdicion entera, y cumpli-
damente, para que la ayais en todos
los casos, y delitos, que cometieren en
la mar.* Est autem hoc summa-
cum ratione, ac secundum Iuris
communis regulas constitutu. Marc enim ubi Classis reperi-
tur, est Territorium ipsius Du-
cis Classis, sicut locus, in quo
commoratur Exercitus, vt scri-
ptum reliquerunt Cyn. Bar. Bal.
& nouissimè post alios Guevara
& Orof. in l. 3. ff. de offic. Presid. ac
ijdem Bartol. Bald. & Jacobin.

aliquè recentiores in l. cunctos popu-
los, supra, de Summ. Trin. & Fide
Cathol. & iterum Bal. in l. pupillus
§. Territorium, & ibi Alciat. &
alijs, ff. de verb. signif. & Bal. in c. 1.
quib. mod. feud. amitt. num. 16. Bel-
lin. in tract. de re milit. cap. 18. n. 12.
circa med. in 2. par. Paris de Puteo
in tract. de duello lib. 1. cap. qui pos-
sunt indicere par. 4. Qui termini
rectè ad id, de quo agimus ap-
81 plicantur; Classis enim appella-
ri potest Castra maritima, vt
bellè dicit Boer. dec. 177. n. 7. in fi.
ex quo sequitur, quod cùm per-
sonæ sint sub iurisdictione ip-
sius Ducis, ac locus in quo pa-
tratur delictum, sit eius Terri-
torium, cognitio huiusmodi, tā
vigore harum instructionum,
quàm ex dispositione iuris cō-
munis, ad ipsum spectat.

Quartò noto, quod non solù
82 habebit Dux cognitionem in
eos, qui sunt de ipsa Classe, sed
& in omnes alios, etiam extra-
neos, qui in ea reperiuntur, &
ibi deliquerint, etiam si vterquè
tām offensus, quām offendens
non sit Classicus, ex verbis eius-
dem instructionis, videlicet: *y
aſſi mifmo os la doy sobre qualchequier
personas otras de Tierra en los deli-
tos, que dentro de mis Galeras, y Ar-
mada cometieren, en qualquier for-
ma cōtra los que anduinieren en ella.*

83 Quod etiam de iure communi
conuenit, siquidem si quis sit in
Exercitu, & delinquat, licet non
sit de Exercitu, punietur à Duce

belli

belli, quia ibi est cum Vniuersitate, vt eleganter scriptum reliquit *Præpos. in cap. ius militare*, 1. distinct.

Quinto non est prætereundū,
84 quod in casibus, in quibus diximus, cognitionem spectare ad Duxem Classis, erit id intelligendum absq; aliqua distinctione, an sint crimina militaria, vel communia, grauia, vel leuia, quando enim delictum sit in ipsa Classe, vel Exercitu, qualcumq; sit, punietur à Præfeto ipsius Classis, vel Exercitus, vt obseruauit *Accurs. in l. 1. supr. de exhib. reis, in princip. in versic. in Prouincia repertus*, quem secutus fuit *Boss. in tit. de for. competenti. num. 4. &c* è nostris *Ioann. Anton. de Nigris in Commentar. ad Capitul. huius Regni*, quod incipit *Castellanos num. 34.* licet quando delictum sit extra Exercitū, adhibetur distinctio superiùs notata, vt notarunt in *l. magistris, supra, de iurisdictione omnium iudic. Petr. de Bellapert. Butrig. Cæteris, Scribentes, & Accurs. in d.l. 1. de exhib. reis in ultimo scholio*, vbi hoc explicat melius cœteris omnibus *Salyc. & rursus idem Accurs. in l. desertores, in secundo vers. de remilit. cum alijs adductis per Vinc. de Franch. in dec. 88.*

Sexto meminisse oportet, has
85 instructiones seruandas esse, quando Classis est in Portubus, aut Lictoribus Prouinciarum subditarum eidem Principi, sic

enim cauetur illis verbis expresse: *Si alguno de la Armada cometiere delitos en Tierra en algunos de mis Reynas, y Estados*; hoc enim casu in certis casibus tantum in eis numeratis cognoscet Præfetus Clasis, sed si fuerint in Regione alia indistinctè, siue in Mari, siue in Terra Classici delinquant, animaduertet in eos Imperator belli, vel Classis, qđ si hoc non fuisset in his instructionibus dictum, idē erit obseruandum ex dispositione iuris, hoc enim voluerunt *Salyc. in d.l. 1. de exhib. reis, & in d.l. magisteria, & Gregor. Lop. in d.l. 3. tit. 24. par. 2.* qui loquuntur in locis vbi non adest Præses, qui adesse dicetur, etiam si non sit Præses, illius Prouinciae, cui Classis est attributa, dummodò sit sub eodem Principe; exemplum erit, quando Classis huius Regni Neapolitani est in lictoribus Siciliæ, vel Hispaniæ, nām obseruandi erunt limites mandati, ac instructiones nostræ. Quod si Classis erit in Prouincia alterius Principis amici, vel foederati, non attendetur tenor harū instructionum, sed seruabitur ius commune, secundum tradita latè per *Bart. in l. non dubito, ff. de capt. & postlim. reuers. in fin. & per Bal. in l. exequitorem, supra, de execut. rei iud. nu. 28.*

Septimo considerandum est,
86 per has instructiones esse prouisum, quod si Classici inter se

de-

delinquant in Terra, licet Praefes Prouinciae praeuenerit, esse causam ad Præfectum Classis remittendam , & è conquerlo , si aliquis Prouincialis in ipsa Classe delinquit aduersus aliquem Prouincialem, itaut neuter eorum sit de Classe, cognitio pertinebit ad Præsidem ipsius Prouinciae , etiam si Dux Classis præuenisset , & insuper si Classicus in Terra delinquit aduersus Paganum , animaduersio huiusmodi delicti fiet à Præside . Hos tres casus determinat instructio per hæc verba: *Pero si alguno de la Armada cometiere deliens en Tierra en algunos de mis Reynos , y Estados , tocará el conocimiento dello al Virrey , o Gouernador , o Capitan General de tal Reyno , o Estados mios , si tales delitos fueren echos contra la gente de Tierra , declarando en el un punto , y en el otro , que si el delito , que el de la Tierra cometiere en la Armada , fuere contra personas de la Tierra , aunque haya sido preso en la Mar por la justicia de la Armada , sea remetido despues , y entregado a la justicia de la Tierra , y assí mismo , que si el delito , que el de la Armada cometiere en Tierra , fuere contra la gente de la Armada , aunque se prenda una vez por la justicia de la Tierra sea remetido , y entregado tambien a la justicia de mar . Circa quod obseruandum est , im-*

mutatum fuisse per has instruções ius commune , dum iubet Rex , non obstante præuentione in casibus superiùs expressis, remissiones delinquentium esse faciendas , nàm alias præuentio locum haberet inter Præfectum Classis , & Præsidem Prouinciae , cùm alter personæ ratione , alter loci delicti commissi iudex esse posset , & inter eos is , qui prius cognoscere ceperit , sit de iure pretendus , per ea , quæ latè habentur in l. s. sup. ubi de criminib. agi oport.

Octauò non est omittendum , 88 Ducem Classis , quamuis amplam , ac omnimodam habeat iurisdictionem in omnes Clas- sicos , non posse tamen punire illos Officiales , qui sunt à Rege creati , sed de commis- sis tantum informationem capiat , & ad Regem referat , ita notabiliter Iacobin. in l. 2. per illum tex. supra , de officio Prefect. August. volens , Praefectos , ac Senescallos Exercitus non posse remouere Officiales sibi subditos , si à Rege sunt electi , quod sequitur Boer. decis. 149. num. 14. @ Gregorius Lopez in l. quarta , titul. 24. part. 2. quæ lex aperte id constituit in Regnis Hispaniarum : & ibi Gre- gor. ab istis Officialibus Clas- sium infert ad Magistratus Re- giarum Audientiarum ; ut non possint nisi à Rege puniri ,

R quod

quod conuenit instructionibus super hoc datis Proregibus huius Regni.

Nonò animaduertendum.

89 etiam puto, quod licet Dux Classis in casibus superius numeratis habeat merum, & mixtum Imperium, ac causarum etiam capitalium cognitionem, non potest tamen suorum Iudicium sententias executioni demandare in Terra, sed in ipsa Classe tantum, nisi de Praesidis Provinciae licentia, ut elegerat docuit *Paris de Puy in tract. de Duello*, in capite superius citato inquiens, Ducem Exercitus suam iurisdictionem exercere posse intra septa tamen, & metas sui Exercitus, dicit tamen *Rebuffus* satis notanter in l. tam Collatores infra, do re milia num. 4. ubi etiam *Jann. de Platea*, quod si Dux non habet locum, ubi possit erigere furcas, poterit hoc facere in loco tibi propinquo, ac viciniori, quod tamen intelligendum est, habita licentia, veniaq; impetrata à Praeside, siquidem non licet in alieno. T. Territorio exercere iurisdictionem, nem, etiam si sit Principis amici, & confederati, ut aptè ad propositam questionem tradidit *Bal. in Rub. supra, de fid. instrumen. in fin.* & ita feruatur, nām quotidie videmus, Ducem Classis suas sententias non demandare executioni, nisi in ipsa Classe, & memini in anno 1597. Bar-

chinone carceratum fuisse quemdam Tribunum Militum Italicorum ab Illustrissimo Duce Feriç, illius Regni Prorege, quod Militem suum desertorem Mi-

92 litiae ultimo supplicio in mole illius Ciuitatis affici mandasset, ipso inconsulto. Et anno 1612. cum pro quodam graui criminе fuisse igni damnatus quidam ex Remigibus Tricemini Barchinonæ, fuit super quibusdam vegetibus confectum tabulatum in ipso Mari, & arena, & lignis supra positis ibidem combustus, ut accepi

g3 à Domino Ioanne Baptista Valézuela Velazquez Viro Insigni, olim Collega nostro, nunc apud Catholicam Maiestate, in Supremo Italico Senatu Regente meritissimo, id proprijs oculis vidisse testante.

Decimò non arbitror prætermittendum, quod licet ex verbis instructionis appareat Duci Classis concedi omnimodā iurisdictionem, per illa verba: se os da mano, y jurisdicion entera, y

94 cumplidamente, non per hoc cognoscet de causis appellationū, quarum cognitio non venit sub generali concessione omnimodā iurisdictionis, Jacobin. in sua inuestie. in vers. Et dicti vassalli, col. 13. quem refert, & sequitur Capy. in sua inuest. in verb. secundum iurisdictionale, vers. Remaneat, cū alijs adductis per Conar. pract. q. cap. 4. num. 6. qui dicit, hanc op-

nio-

de anno
duo etenim post ar-
gent. I. Marchionis
Jacob. Inghenay
Thos. Gabronet
L. Gorn, huc
accusamus Thos.
mes Hispan. Regis
tac. et L. de la Sab
M. R. d. octauo
Aragonie, respondit
in Hispania in vni
d. 1. Petri oblatione
propter Hispaniam
exclusa ex exercitu
fieri, contumelias
in transversis factis,
cum pro Hispaniis et
Cypri et Francia
et Sybaractoris
et remitti ad
Iacob. de Rektion,
italicis, regnate
tritem, eti. nichil
nullum, fuit, id concordum d. Gabronet, eti. exhortari, ut oratione neglegantur, et orationis fuit lucens
opus temeritatem, nec provocare, quando agere libenter poterit, ut etiam si facti hi uiri
D. decies, qui execratione nullum committit ad obtemperandum.

nionem in praxi esse receptam, quamuis *Ias. in consil. 161. lib. 2. cap. Paris. cons. 8. num. 3* i. lib. 1. te-
 95 nuerint contrarium. Appella-
 bitur autem à Duce Classis, si-
 uè à iudice per eum dato ad
 summum Præfectum, quem
Generalissimum appellant, si in
 eodem loco reperiatur: quan-
 do verò Classis est in Portu, vel
 in alio loco huius Regni, prouo-
 catio ad Proregem interpone-
 tur, qui vel Iudicem in causa ap-
 pellationis dabit, vel quod ra-
 riùs accidit, causam eidem Ge-
 nerali remittet, vt cum consilio
 alterius Consultoris Iurisperiti
 appellationē terminet, prout ob-
 seruatum fuit his diebus in cau-
 sa quorundam, qui opem præ-
 stiterant, vt à Triremibus aufu-
 geret quidam Octavius Paladi-
 nus, qui cùm fuissent vltimo
 suppicio damnati ab Auditore
 Triremium, fuerunt auditi in
 causa appellationis, quæ fuit ad-
 missa ab Excellentissimo Prore-
 ge, ac iniunctum Illustrissimo
 Marchioni Sanctæ Crucis, vt
 Iudicem appellationis nomina-
 ret, qui elegit Don Franciscum
 Pimentellum Iudicem Magnæ
 Curiæ Vicariæ in Criminalibus
 ac Auditorem Generalē Exer-
 citus, per quem facta relatione
 in Collaterali, fuit reformata
 sententia, & unus fuit condem-
 natus ad remigandum perpe-
 tuò, cum comminatione mor-
 tis, alter (ex quo Nobilis) depor-

tatus, & sententia nomine Pro-
 regis prolata fuit, ex quo relatio
 fuit facta in Collaterali Consili-
 o. Quo casu hic Index appella-
 tionis, non à Duce Classis, sed à
 Prorege datus videtur, vt elegá-
 tè tradidit *Couarr.* in paulò an-
 tè citato *cap. 4. num. 6. in fin.* quia
 aliàs hoc non posset Præfectus
 Classis ex se facere, per notata
 per *Ioann. Fabrum in §. primo,*
institut. de valg. & pupill. substi.
 Vnde decimò colligendum est,
 96 Ducem Classis, & Belli ex spe-
 ciali prærogatiua posse causas
 meri Imperij alteri delegare,
 vt notauit *Rebuff.* post *Bartol. in l.*
tam Collatores, col. 1. infr. de re mi-
litar.
 Vidimus hucusq; de Iurisdi-
 ctione, quam habet Præfectus,
 sicut Dux Classis; Nunc de alijs
 commodis, ac prærogatiuis ad
 eum spectantibus aliquid est di-
 cendum, in quibus non vlti mū
 locum obtinet portio prædæ,
 quæ capi cōtigerit ab eius Claf-
 97 fe. Iure enim Militari hæc por-
 tio Principi debetur, *cap. Ius mi-*
litare, 1. distinet. c. dicat aliquis 23.
questio. 5. est enim hoc Ius de
 Regalibus maioribus, quæ à
 Regia dignitate separari, ac di-
 uelli nequit, vt notat *Lucas de*
Penn. in l. fin. in secunda column. de
omn. agro deser. Gulielm. de Bene-
dict. in cap. Raynutius de testamen.
in verbo Et uxorem nomine Ade-
lasiam, in secunda decis. num. 319.
& per Carol. de Grassal. libr. 2. Re-

gal. Franc. iure decimoquarto; Et
98 ideo lex Hispana expressim sta-
tuit, Principem hanc prædæ por-
tionem sibi Iure Supremi Im-
perij spectantem, non posse al-
teri in perpetuum concedere, sed
tantum ad certum tempus, ut
habetur in l. 2 o. tit. 4. lib. 6. na-
me recipil.

Quanta verò sit hæc prædæ
99 portio, variatum est, cum à iu-
re non sit certa quantitas desi-
gnata, ut post *Scribentes in d. cap.*
Ius militare, notauit *Cowar. in Re-*
gula Peccatum, par. 2. §. 1. 1. num. 6.
in fi. Variatur autem secundum
mores Regionum, ac consuetu-
dines Militares, quæ in his sunt
attendendæ, *Bald. in l. Adoptio*,
supra, de Adoption. *Calder. in cons.*
1 supra, de tregua, & pac. Dom. de
Ponte cons. 93. num. 18. Et quidē
olim Romani non uno modo
prædam partiti sunt, sed diuer-
simodè varijs temporibus id fe-
cerunt, ut obseruauit *Hermano.*
Datus in §. item ea, quæ, instit. de re-
rum diuis. & Herod. libr. 1 o. tit. 9.
cap. 15. Nunc Admiraglius in
Gallia habet decimam omniū
mobiliū, quæ in maritimo bello
capiuntur, ut testatur *Petrus de*
Gregor. lib. 1. syntagm. iuris, cap. 3.
num. 7. & Petrus Rebuff. in tract.
de decimis, quest. 3. num. 24. In
Hispanijs est quinta pars, ut sta-
tuitur in l. 4. tit. 26. par. 2. In hoc
Regno Neapolitano olim, quā-
do Admiratus erat Dux Clas-
sis, Naves omnes, Arma, resquæ

omnes non nouas habebat, eius
quoq; commodo cedebant Du-
ces captiui, ac vigesima pars
omnium aliorum captiujorum,
ut apparer ex concessione hu-
jus Officij facta olim à Regina
Ioanna II, Duci Suezano Io-
anni Antonio Marzano, quam
videre licet apud *Dom. Regen-*
tem Carolum Tapiam in tenua su-
perius citato, de Officio Magni
Admirati. Nunc autem per in-
structiones datas, quæ hodiè
seruantur, prædæ diuisio fit hoc
modo videlicet. Si sumus Dux
quem *Generalissimum* vocamus,
sit præsens, debetur eidem de-
cima, si absens in signum supe-
rioritatis eidem aliquod præci-
puum, & insigne referuantur,
quam vulgari vocabulo *Gio-*
jam appellant, quod reliquum
est, quinque in partes diuide-
tur, tres ex ijs Duci Classis, alte-
ra Trierarchis, seu *Triremium*
Capitaneis, quinta *Militibus*
assignatur. Si verò per Classi-
cos Milites Castellum aliquod,
vel Oppidum expugnatur, tres
fiunt portiones, vna Duci Clas-
sis, altera Nauarchis, altera Mi-
litibus cedit. Arma verò, ac
tormenta bellica, ac *Naves ma-*
iores Principi referuantur, & ei
acquiruntur, etiā si antea fuerint
alicuius amici, vel alterius, cui
ex postliminio restitui deberet,
liquidem postliminium locum
in his non habere, docuit *Iure*
consulius in l. Nauibus, de capt.

& post-

¶ postlimin. reuersis, l. 2. in fin. eodem, vide Bolognett. in l. 1. de acquirend. possession. numer. 52. 100 sic etiam si Rex aliquis, vel ex Regio sanguine natus capiatur, ad Principem spectat, quod & apud Romanos vnu receptum fuisse ex Linio colligimus, qui li. 10. tertie decadis refert, Scipionem Massinissę dixisse; meminiisse illum, debere Sophonisbā (Siphacis Regis ea vxor erat) nō ipsi Massinissę, à quo capta erat, sed Republicę debitam, vt recte, licet ad alium finem, obseruauit Bolognet. in l. 1. ff de acq. poss. num. 41. Dux Hostium, si capiatur, cedit Duci Classis in prædā, de eo tamen statuere aliquid nō potest, inconsulto Princeps, quod in Gallia, & Anglia aliter seruatur, nām si Talia (sic pretiū redemptionis appellant) excedit decem millia aureorū, est Principis, vt testatur Boer. decis. 178. num. 3. ¶ 4. Eidem Duci etiam debentur signa militaria omnia, quę ex Hostibüs capiuntur. Serui omnes assignari debent Regiæ Curiæ pretio certo triginta aureorum, in singula capita constituto, ac centum, si Nauarchi fuerint, quos Araizes vocant, vt illis valeat Princeps suas Triremes instruere.

Hinc orta fuit superioribus diebus elegans quæstio in Regia Camera, inter Fiscum, & Illusterrimum Marchionem sā-

ctæ Crucis Præfectum Clas- sis huius Regni Neapolita- ni, an seruæ, quas in cuiusdam Pagi direptione cœperat, essent tradēdæ pro pretio superius cō- 101 Itituto ipsi Regiæ Curiæ. Di- cebat enim Fiscus, verba instruc- tionis, leu mandati, quamvis concepta in sexu masculino, ex 102 iuris tamen significacione, masculinū n hoc casu compre- hendere fœmininum, si ita scri- ptum, in princ. de legat. 2. l. qui duos, de legat. 3. tradunt Sribentes, quos in frequenti numero collegit Tiraq. in tract. de Retract. §. 1. gloss. 9. num. 179. cum sequentibus, & afferebatur ad hoc particularis decisio tex. in l. seruis legatis, ff. de legat. 3. in quo, seruorum appella- latione veniunt etiam seruæ. Quod tamen Regia Camera nō admisit, declarauitq; seruas non deberi, cessat enim ratio in fœ- minis, quæ in instructionibus exprimitur, vt scilicet illis Princeps Triremes suas instruere valeat, quod in masculis tantum verificari potest, vnde cessante 103 identitate rationis, masculinū non comprehendit fœmininū, ex communi schola Sribentium in l. quicunq; supra, de seruis fugitiu. & in alijs locis cumulatis per Ti- raquell. paulò antè citatum num. 224.

Sed & altercatum est, an is, qui 104 vicem Ducis gerit, habeat por- tionem prædæ, quam ipsi Duci diximus deberi? pendet nunc

hæc controuersia inter illustrissimum Don Petrum à Toleto, olim Præfectum huic Neapolitanæ Classi, & Don Garsiam de Toledo, qui, cùm absente Don Petro, fuissest à Prorege constitutus Vicarius in locum dicti Dó Petri, prædamq; ex Hostibus cœpisset, portionem Duci debitam, suis vñibus applicauit, eam verò vendicabat Don Petrus, quia illam cœpisse videbatur eius nomine Don Garsias, cùm eius Vices gereret. Pro D. Garsia autem dicebatur, de hoc esse particularem decisionem *Gregorij Lopez*, qui in l. 3. in princ. tit. 24. p. 2. dicit, Præpositum Classis, quamuis non habeat titulu Admirantis, gaudere debere prærogatiis ipsius Admirantis; dicebatur insuper, D. Garsiam non esse Locumtenentem Don Petri; licet enim Admiratus posset sibi Vicarium, seu Locumtenentem constituere, de licentia tamen Proregis in hoc Regno, ut habetur in c. 7. de offic. Magni & Admirati, ipse tamen non fuerat ab eo nominatus, sed à Prorege, qui Principis locum tenet, & ideo omnia lucra, omnesq; dignitates, quas haberet principalis, competere etiam Locumtenenti, ac Vices alterius gerenti ex Regis mandato, ita *Bari*. in l. 1. §. hi quibus, ff. de legat. 3. & *Glo. Gulielm. de Cuneo, Roman.* ac plenius alijs *Alex.* in l. 1. n. 53. ff. de offic. eius, & hanc differentiā,

ac distinctionē videtur expresse constituere *tex. in l. fin. sup. de offic. eius*, ad quæ videndus est etiam *Cardin. in clement. i. de off. Vicary.* 105 vbi quatuor species Vicariorum recēset, & dicit, Vicarium à Principe datum gaudere debere omnibus prærogatiis, quibus principalis ipse gauderet. Pendet adhuc indecisā quæstio, & cùm Ego sim vñus ex Iudicibus, meam sententiam in hoc declarare nequeo.

Habebit etiam Dux portionē 106 prædæ illius, quæ capta fuerit ab alijs, qui proprijs sumptibus Naves armauerint, & sunt Milites voluntarij, quos Gallico verbo *Auentureros* vocari, testatur *Ripa* in l. *Centurio num. 11. vers. 4.* & *Sfortia Odd.* in tract. de compendios. substitution. in *præmisso 3. par. s. nu. 8.* Quod in Regno hoc constitutum est per *Capitulum concessionis Officij Magni Admirati*, cuius verba sunt hæc: *Ite Admiratus habeat, & habere debet decimam partem omnium, quæ capientur per vasella quæcumque, existentia in nostra Curia, etiam si contingat armari quæcumq; vasella per Fideles nostros, de eorum propria pecunia, & contingenter capi quæcumq; vasella, & bona inimicorum nostrorum.* Quod tamen alter in Hispanijs prouisum est, ac maiori cum ratione, siquidē portio Duci non debebitur de captis per Milites non stipendiarios, qui suis sumptibus Na-

ues

ues armauerint, l. 2 o. iii. 4. lib. 6.
nou. Recopil.

De alijs, quæ per socios auxiliares capiuntur, si proprium Ducem habent, nihil debebitur Præfecto, probat hoc *tex. in c. dicat aliquis, 2. 3. quest. s. vbi Glo. Archidiac.* Et alij, quibus accedant Præpositus in d. cap. *Ius militare, Hostiens. in Rubr. de treg. Et pace, Calder. conf. 9 s. sub eadem Rubr. de treg. Et pa. Et Dom. Reg. Lanar. conf. 8 4. vers. quarta opinio.*

Succedit nunc, nō incongruo 107 loco tractanda elegans, atquè ardua quæstio, quam aliquoties & in Supremo Italæ Consilio, & in ipso Principis Concistorio, in quo de Republica, atquè summa rerum tractatur in Hispanijs, quod *Status Consilium* appellant, aliquoties tractatā memini in grauissimis causis, & hic etiam in Collaterali nostro Consilio agitatam scimus: an licet Duci Classis prædam capere ex rebus hostium, existentibus in Nauibus, vel in Portu Amicorum? Exemplum erit, si in Nauibus Veneis, vel si in Portu Anconitano adsint bona Turcarum, vel Iudæorum, qui Regi Turcarum sint subditi, quos Hostium loco nobis esse, saepius iudicatum est, vt refert *Dom. Regens de Ponte in conf. 9 3. ferè per totum, Et Dom. Lanarius in superius citato consil. 8 4. nu. s. an in his casibus præda iure capi, ac diuidi possit inter capien-*

tes, seruata forma instructionū prædictarum?

Pendere autem videtur huius 108 quæstionis decisio à resolutio- ne Articuli, satis à *Doctoribus* cō- trouersi, vtrum scilicet iure mi- litari licitum sit prædam agere extra locum belli in alieno Ter- ritorio, qua in re inter *Scribentes* variatum est.

Siquidem prædam in hoc casu capi posse, tenuerunt *Io- annes de Riccijs* insignis Doctor in quodā eius *confilio*, quod apud me non est, ab omnibus tamen pro antesignano huius opinio- nis affertur, & post eum *Ioannes Crotus* in l. 1. ff. &c. q. poss. num. 5. & ibidem *Hermanus Detus*, num. 21. *Aemilius Ferretus* num. 16. *Bo- lognet* num. 70. *Marcellus Berin- gius*, col. 13. in f. s. Et *Bartho. Ro- nuleus* ibidem num. 32. affirmans, hanc eandem sententiam ibi- dem securius fuisse docim, & pro eius campanione infra- scripta feruntur.

Primo expedit ut *tex. in d. l. 1. ff. de c. q. poss. cc in S. sens ea, instit. de resu. di. s. in quibus Iuribus, nulla loci aribita distinctione, prædam hostiæm capienti de- 109 beri, statutu est, vnde cum lex non distinguat, id Nos facere, non debemus, vulgata l. de pretio, ff. de public. in rem actione. Secundo eadem Iura ad hanc senten- tiam probandam adducuntur, alio modo illa ponderando, vt 110 enim gemmæ, & lapilli, vbi- cunq;*

cunq; inueniantur fiunt capientium, nulla facta distinctione, vbi inueniri contingat; ita etiā, & res hostium, quæ ibidem sub eadem structura verborum cū lapillis, & gemmis enumerantur, nullo locorum discrimine capientibus cedāt, ut recta procedat æquiparatio, quod suadetur etiam ex illis verbis: *Item capta in bello*, habet enim dictio illa, *Item*, vim repetitiuam similium. Tertiò affertur *tex. in l. penultima, supra, de donatio*. quo in loco *Imperator* validam prædæ donationem ait à Ducibus factam, siuè in ipsa bellorum occupatione, siuè in quibuscunq; locis degere noscuntur; quibus ex verbis, *Scriptores*, qui hanc sententiam tuētur, eliciunt quocunq; in loco præda capiatur, tanquam iure captā, posse à Ducibus diuidi. Quartò citatur ad supradictorum confirmationem *tex. in l. Diuis. ff. de seruit. rustic. pred. iuncto §. plane, institut. de rer. diuis.* ex quibus iaribus habetur, venationem, ac auxupij prædam in alieno Agro, etiam in uito Domino, capientibus acquireti. Quintò, & ultimò subnectitur prædictis *tex. in l. 3. §. fin ff. ad l. Cornel. de Sycar.* vbi inquit *Iure consuli*. licere trans fugas, vbi cunq; repertos, quasi Hostes occidere. Si igitur hi, qui quasi Hostes sunt, quocunq; in loco Iure interfici possunt, multò magis id licebit in veros Hostes; quod si

in corpus laevire absq; discrimine permittitur, facilius in bona irruere, prædamq; capere, cùm minus hoc sit, ex Hostibus vbi cunq; repertis permittetur.

Alteram verò sententiā, quod præda in alieno Territorio non hostili, non licet capiatur, amplectati sunt *Angel.* in celebri illa *disputatione*, quæ incipit *Renovata guerra*, quem securi sunt *Soccinus in d.l. 1. de acquir. possess.* & ibidem *Ripa nu. 6. Marian. Soccin. nu. 75. Alciat. num. 12.* & in eam quoq; inclinare videtur *Guliel. Pontan.* ad interpretationem eiusdem *legis num. 20. in fin.* & expressè cam tenet eodem *in loco Card. Parisius nu. 16.* ♂ *Petrus Bellin. de re milit. in 2. par. tit. 8.* & nè desint particulares authoritates, *Dominus Lanarius in d. conf. 84. num. 4. ♂ 6. in fi. voluit, non adductis prædictis, Turcas, qui à Summo Pontifice assecurati sunt, non posse capi ab aliquo Principe Christiano in Portu Anconitano, & sic in ditione Summi Pontificis. Insuper *Celsus Hugo consil. 65.* respondit, iniuste captam fuisse Nauiculam Hostium in Portu communis Amici, atq; ita Supremum Aragonense Consilium pronunciasse refert, in quadam causa inter Rempublicam Ianuensem, ac Praefectum Insularum Balearium, idq; in casu magis dubio. Nam in ea facili specie, Nauis Hostilis insidiabatur Nauiculis Ianuensiū,*

ac Triremes illius Republicæ insequi cœperunt Nauiculam illam Hostilem in alto mari, & licet ipsa se receperit in Portum communis amici, videbatur initium lictum fuisse ex ijs, quæ habentur in l. quod ait lex, §. quod ait, ff. de adulter. idem etiam alias Iudicū sententijs comprobatum retulit Gomes. Leonius in decisi. 1 z. quæ habetur in 2. vol. diversarum decisionum, cui se subscribit Arismen. Tepat. de varijs iuris sent. compend. lib. 2. in tit. de captiis in bello, & pace. Facit ad prædictorum confirmationem insigne Imole responsum, quod est in ordine 5 1. incip. in casu premesso num. 6. in quo in tertio du-

1 1 4 bio inquit, non licere capienti Hostem suum, illum, quamuis in Hostico captum ducere per Territorium alterius Principis amici utriusq; ac bello se non immiscentis.

Et pro hac sententia vtrā autoritates prædictas, alia quoq; afferuntur iura, ac plura argumenta.

Et primò tex. in l. decernimus, supra, de his, qui ad Eccles. config. cum simil. in quibus probatur, alienū Territorium præstare securitatem. Secundo, roboratur hæc opinio ex tex. in l. postliminium, §. postliminio, ff. de captiu. & postlim. reuersi. quo in loco Iureconsultus eleganter docet, reuersum ab 1 1 5 Hostibus cum primū in amicam Ciuitatem venerit libertatē

recuperare (quia cum primū ibi nomine publico tutus esse cœpit) ergo in Ciuitate amica Hostem suum offendere quis non potest, quia ex prædictis ibi nomine publico est securus. Tertiò Alciatus in loco paulò ante citato, ad suæ sententiæ confirmationē affert celebre illud Scipioni, ac Asdrubalis exemplum, à Lilio relatū libro nono, 3. decadis, apud quem legimus, summos illos Imperatores, quāuis Hostes, cum apud Syphacē Regem, utriq; amicū conuenissent, ab omni iniuria ad inuicem abstinuisse. Quartò firmantur prædicta nonnullis exē-
1 1 6 plis, nām seruum fugitiuum ex alieno Territorio, quis per se abducere non potest, l. quis sit fugitiuus, §. item Celsus, ff. de adil. edito, vbi Accurs. hoc notauit. Item
1 1 7 & bannitus captus à Iudice, qui cum banno mulctauerat in alieno Territorio relaxari debet, vt firmauit Oldrad. in quadam eius disputatione, quam ad verbū retulit Joannes Andr. in Additio. ad Specul. in tit. de accusat. in Additio magna, latè prosequitur Nellus in tract. de bannit. in 2. par. 2. temporis, quest. 3 o. quod etiam trididerunt Jacob. Butrig. Franc. Aret. Ias. Hyppol. de Marsl. alijsq; Recentiores in l fin. ff. de iurisd. omn. Iudic. Florian. in l. sicuti, §. Arist. ff. si seruit. vendic. Gomes variar. resolut. in tit. de capture nu. 5. Corneus cons.
1 1 9. lib. 2. & nouissimè Farinac.

qui

qui omnes cumulauit in tract. de
var. quest. crimin. quest. 103. num.
208. vers. limita tertio. Accedit
predictis, quod satis proximè ad
id, de quo agimus docuit Bart.
in tract. de Represal. in 8. questio.
vers. ad quartum, quo in loco in-
118 quit, Represalias concessas cō-
tra Ciues alicuius Ciuitatis, nul-
lo pacto exerceri posse contra
ipso Ciues in Territorio alte-
rius Principis, subditq; hoc non
esse permittendum in pignora-
tionibus, ac represalijs, quæ sunt
ad instar belli, sicut non permit-
terentur in ipso bello, nisi (in-
quit ille) Princeps, aut Respubli-
ca, cuius est Territorium, fœdus
haberet cum Principe, qui re-
presalias concessit, ea lege, ut ad
arbitrium, ac iussum ipsius Prin-
cipis concedentis bellum mo-
uere, ac pacem facere teneretur.

Hæc sunt, quæ hinc inde pro-
vtraq; sententia afferri solent, ve-
rūm si quis posteriorem hanc
(Authore Angelo) se qui malit, qđ
& numero *Scribentium*, ac rerū
Iudicatarum authoritate me-
lior, ac receptione videatur, poten-
rit argumentis, atq; authoritatib-
us, quæ in contrarium addu-
cta sunt respondere, ac satisfac-
re.

Non enim alicuius ponderis
esse debet id, quod dicebatur, iu-
ra non distinxisse, quo in loco
præda ab Hostibus capi possit,
& ideo nec nos distinguere de-
bere, non enim nouum est ex

alijs locis iura declaraciones ac-
cipere: ac vt à materia, de qua
agimus non discedamus, nonnè
maxima distinctio adhibetur
in ipsa præda ab Hostibus capta,
quomodo ipsis capientibus ac-
quiratur, aliterq; diuidendum
esse affirmant *Scribentes*, si in pu-
gna Campestri, aliter si in di-
scursu, quam *Cavalcatam* appell-
lant Italo sermone, prout vsu re-
ceptum esse affirmat post alios
Domin. de Franch. in decisio. 268.
quæ distinctio nullo pacto adhi-
benda esset, postquam generali-
ter iura voluerunt, bona Hostiū
capientibus acquireti. Secundò,
tollitur etiam faciliter aliud ob-
iectum, quod ex equiparatione
acquisitionis gemmarum, lapil-
lorum, ac huiusmodi rerum
siebat; non enim necesse est, vt
in omnibus à pari procedant,
siquidē negari non potest, mul-
ta requiri, adhuc vt præda licet
ab Hostibus capiatur, quæ in
acquisitione gemmarum, & la-
pillorum non sunt necessaria.
Nemo enim dicet iniussu Prin-
cipis, non in dicto bello, præda-
ri posse Hostium bona, ut latè
notauit in *Commentarijs ad legem
vnicā, inf. Vt armorū usus inscio*
Principe, qui in gemmis quæ-
rendis, alijsq; in inuentionibus
non requiritur, sufficit autem
vt in aliquibus æquiparentur.
Textus autem, qui in tertio loco
afferebatur in l. penul. supra, de do-
natione nihil ad rem facere vide-
tur

tur. Non enim loquitur de ipsius prædæ acquisitione, sed de ipsius distributione, postquam acquisita fuit, quæ absq; dubio vbiq; locorum fiat, erit valida, & hic verus, ac germanus sensus est illius loci, ut ex verbis ipsis quilibet per se facile iudicare poterit. Quartò, ad lex. in l. Diuus, ff. de servit. rust. subtiliter respondet Barthol. Socci, dūm ait, non rectè sumi argumentum à prohibitione Domini agri ad prohibitionem Principis, ille enim cùm priuatus sit, non poterit id, quod Princeps, nec tantam vim habere poterit illius prohibitio, quantam Domini Territorij, qui pro eius Imperio prædam in suo agro fieri, iure optimo prohibere potest. Vnde ex diuersis inferri non potest, vulgata l. Papinianus Exuli, ff. de minorib. Deniq; minimè obstat videtur lex. qui quinto loco pro alia parte expenditur in l. 3. §. fin. ad l. Iul. de Sycar. dūm inquit, trans fugas quasi Hostes quocunq; in loco interfici posse, sunt enim ea verba intelligenda, ut possint occidi quasi Hostes, quocunq; in loco ipsi Hostes occidi possunt, ex quibus videtur contrarijs argumentis omnibus abundè esse latisfactū, quod si quis disputando priorē sententiam sequi mallet, posset quoq; tollere argumenta, quæ pro contraria parte sunt adducta, siquidem ad id, quod dici-

tur, alienum Territorium præstare securitatem, ex lex. in l. dcernimus, de his, qui ad Eccles. confug. Respondetur, verum esse in ijs, quæ per exercitum iurisdictionis explicantur, quia sicut extra Territorium iurisdictionis exerceri non potest, l. fin. ff. de iurisd. omn. Jud. sic & in loco exemplo, quia licet dicatur esse in Territorio, est tamen extra iurisdictionem, à qua fuit exemptus.

Secundò, ad lex. in l. postliminio, ff. de cap. replicari potest, quod ibi dicitur, reuersum ab Hostibus, cùm in amicam Ciuitatem venerit, tutum esse nomine publico, ut intelligatur, tunc demum beneficio postliminij incipere gaudere, quia respectu amicitiae, ac Ciuitatum inter se amicarum, tutus est fide publica, nihil tamen ibi dici de Hostibus, nec negari, quod si ab Hostibus capiatur, iterum seruus non fiat.

Tertiò, exemplum Alciati de Asdrubale, ac Scipione parum aptè afferri videtur, cùm enim ambo ad illius Regis animum sibi, si conciliandum venissent satis insanum consilium fuisset illum exacerbare, ac offendere, inter se contèdendo, ac pugnando, contempta quodammodo illius Principis Majestate.

Quæ verò de seruo fugitiuo, bannito, ac represalijs sunt considerata, minimè obstant, siqui-

dem,

dem, omnia hæc, exercendo iurisdictionem, ac per iudicis auctoritatem explicantur, quæ certis finibus circumscripta extra illos non extenditur, at prædatio, quæ iure belli fit, latius patet, cum iure omnibus gentibus communis sit inducta, nec loco aliquo restringatur, cum ius prædictum ubique vigeat, ac suum pariat effectum, ut superius dictum fuit. Vnde ex ipsis omnibus satis dubia quæstio reddi videtur.

Quid dicendum? Ego quidem in hac difficultate explicanda distinguendum puto secundum mentem *Beringutij*, & *Aemilij Ferretti* in loc. superius citatis, qui licet non bene se declarant, vindicant aliquid adumbrare, licet imperfectum relinquant. Dico igitur, quod aut querimus, an prædam in alieno Territorio facere liceat, respectu ipsorum Hostium, aut respectu Principis Domini ipsius Territorij, si quoad ipsos Hostes tractemus, vera mihi ea sententia videtur, ut semper, & ubique præda iure optimo capientium fieri, præsupposita iustitia ipsius belli, ex sententia *Ioannis de Riccijs*, & aliorum, qui eam sententiæ fuerunt, quæ mihi ineuitabiliter probatur ex tex. in l. *Diuus Pius*, ff. de seruit rustic. præd. & in l. 3. ff. de acquir. rer. dom. ubi (*Accursio* auth. re) aues, ac feræ, quæ in alieno agro capiuntur, fiunt capie-

tum, etiam agri ipsius Domini no contradicente, cui tamen iniuriarum actio competit, quæ tentativa passim securi fuerunt. *Scribentes in d. l. Diuus*, ubi *Dyn. Bart. Castrensis*, & *Florianus*, qui dicit esse communiter recepta, prout affirmat etiam *Cantiuncula* in d. *S. feræ*, *Vivius lib. 2. com. mun. opin. conclus.* 311. *Suar. in suo Thesauro receptarum sentent. ver. f. venator. Cæpoll. de seruit. rust. præd. cap. 27. Franc. Marcus dec. 5, o. Sebast. Med. in tract. de Venat. q. 6. Vuesembec. in paratil. ad tit. de rer. diuis. *Mysing. in d. S. feræ*, *Vbert. Gyphanus in l. 3. num. 4. de acq. rer. dom.* Vnde fit, quod sicut in alieno agro, etiam in uito ipsius Domini, præda venationis, vel alicuius fit capientis, nec ipsius Domini contradictione impedit, quominus dominium ipsarum fætarum capienti queratur, ex eo, quia in nullius dominio sint; ita etiam bona ipsorum Hostium, quæ in acquisitione, ut dictum est, feris, ac auibus æquiparantur, etiam si in alieno Territorio capiantur, & siue velit, siue nolit Dominus agri, occupanti concedentur. Nec obstatit responsio *Bartholom. Soccini*, dum suo more acutè hos casus diuersos esse ostendere conatur, descendendo, prohibitionem Domini agri non impedire dominij translationem, quia priuatus homini hoc non licet, nec tantam vim habet eius prohibitio, quæ tam*

tam Principis domini territo-
rij, qui pro suo imperio, ac pu-
blica authoritate vetare potest,
nè in eius ditione alius prædari
possit, nàm facilè hoc obiectum
tollitur ex infra scriptis. Posito
enim pro constanti, in venatio-
ne, ac aucupio quæri dominii
ferarum, quia in nullius bonis
reperitur, idem erit dicendum
de præda hostili, cùm in hoc ca-
su sola qualitas hostilitatis suffi-
ciat ad quærendum dominium.
Nec erit differentia inter prohi-
bitionem hominis priuati, aut
Principis, nàm exemplum est
121 in promptu. Fac enim ades-
se Principis, vel legis prohibi-
tionem, quòminus certo in-
loco, vel certo tempore ven-
ari, vel aucupari non liceat; si
quis contra hanc prohibitionē
feras, vel aues capiat, prædam
suam facit, licet in pœnā, si edi-
ctum pœnale sit, incidat, ex fre-
quentiori *Scribentium sententia*
relata à *Couarr. in explicatione re-
gulae peccatum, par. 2. §. 8. nu. 4. cum
seq. & à Molin. de iust. & iu. dispu.
s 1. tract. 2. à Palacio, de contracck
lib. 2. cap. 9. vers. 4. concl. & antè
à Petro Nauarro, de restitut. lib. 3.
cap. 1. num. 291. Petr. de Aragon.
in summa, eod. tit. de restitut. quest.
62. art. 3. circa fin. per Rodriq. in
summa cap. 37. Medin. de restitut.
quest. 12. & per Io. Guttier. canonic.
quest. lib. 2. cap. 28. Idq; adeò ve-
122 rum esse censuerunt, vt si lex
alicuius Regni iubeat, venatio-*

nem captam contra domini
acti voluntatem, esse eidem do-
mino assignandam, prout lege
Hispanica cauetur, quæ est 17.
ut. 28. par. 3. quia id in pœnam
statutum est, nec possit dici re-
stitutio rei alienæ, cùm nunquā
in eius dominio fuerit, sed tan-
tum satisfactio iniuriæ, quæ ei
facta fuit, dùm venator ingres-
sus fuit fundum, ipso domino
inuito. Poterit venator antè cō-
demnationem licet feras, &
aues retinere, & si quis ab eo
emerit, nullus culpæ erit reus,
vt benè ex prædictis affirmant
Medina, Couarr. Io. Guttier. & alijs,
quibus addendus est etiam *Pa-
dill. in l. per agrum, C. de seruit. &*
123 *aqua*. Ex quibus patet, per pro-
hibitionem Principis, vel legis
non impediri acquisitionem
prædæ, quæ iure naturali occu-
panti conceditur, sicut non im-
peditur per prohibitionem ho-
minis priuati domini ipsius fü-
di, quæ multò fortius in casu no-
stro procedunt, quandoquidem
prohibitio Principis prohibetis
alium Principē in sua Prouincia
prædari suos hostes, non ha-
bet tantam vim, quantā prohibi-
tio legis, vel Principis prohibetis
aucupium suis subditis, hoc
enim pro sua iurisdictione po-
test prohibere; in illos verò tan-
quā in pares nullum habet im-
perium. Accedat prædictis insi-
gne dictum *Molina in prec. tract.*
de iust. & iu. trac. 2. dispt. 1 o 1. col. 7.

124 dum docuit, prædam ab hostibus licetè capi, & retineri posse absq; peccato, etiam si facta fuerit contra Ducis belli prohibitionem, quādo illa prohibitio nō fuit facta in fauorem hostiū, veluti inducijs constitutis, sed ob aliam causam, nē scilicet milites prædæ intenti pugnam deferant, vel periculo exponantur, vel nē hostes irritentur; nec à propositis erit alienum id, quod voluit Bal. in l. 2. vers. quod ergo si Index, supra, de seru. fug. quod si bā

125 nitus capiatur extra territoriū illius, qui banniuit, valet processus, & executio contra ipsū bannitum: poterit tamen iudex territorij, tanquam offensus suam iniuriam prosequi, & ipsius remissionem petere.

Aut agimus respectu domini, in cuius Provincia, vel Portu prædam alter Princeps à suis hostibus facit, & tunc etiam aliqui particulares casus erunt distinguendi, pro quorum distinctione, ac explicatione meminisse oportebit naturali iure inter omnes gentes cognitionē quādam constitutam fuisse propter participationem eiusdem naturaliæ humanæ, cap. charitas, §. proximos, de pœnit. distinct. 2. cap. debet 2 s. distinct. 4. notant Sribentes in l. utr. vim, ff. de iusti. & iur. & in c. 1. de homicid. in 6. Postquam vero diuīlæ fuerunt gentes, in diuersos Populos distincta dominia, & exorta bella, fracta ma-

gnæ ex parte naturali illa cognatione in tres species omnes Populi diuisi fuerunt, nām alij inter se hostes sunt, alij pacem seruant, vt inquit Pompon. Iurecons. in l. postliminium, in princ. & §. sequenti, ff. de capt. & postl. reuer. certiā speciē addidit Bar. in l. hostes, n. 8. eo. ti. quē secutus est Bal. in §. ab hostibus, inst. quib. mod. ius patr. potest. soluit. Alex. conf. 1 3 0. vol. 7. n. 6. & Baer. dec. 1 7 8. eorū, qui inter se neq; pacē habent, neq; bellū, & quod de Populis diximus, idem erit dicendum de Principibus, qui eis dominantur.

* His ergo sic constitutis, dico, 126 quod aut agimus de gente, vel Principe, cū quo inimicitia intercedit cū prædate, & hostes sunt, & nullū in hac specie dubiū esse pōt, si enim liceret, & eius agrū iure hostilitatis deuastare, & ex eo prædā abigere, cur id non licet de bonis aliorum hostium facere? Illud tantū adnotandum est, quod nēdūm in agro hostili ex alijs hostibus, sed etiā in territorio fœderatorum nostrorum hostiū prædari pōt, quia ipsorū agrum inuadere licet, vt notauit Salyc. in l. ab hostibus, sup. de capt. & postl. reuer. n. 8. faciunt tradita per eundē Salyc. Bald. & alios in l. liberti, sup. de inoff. testa. & quē proximè ad casum nostrum accedē do scripsit de præda capta à cōfederatis hostiū, Gram. in cons. civili 2 4. n. 6. Alter casus erit, quādo præda capta est in territorio

Prin-

Principis, vel Populi, cū quo prædāti nō est neq; pax, neq; bellum, exemplum ponit Bart. in Indis, quod sequitur Bald. in d. §. ab hostibus, & nec etiam in specie prædam legitimè fieri posse credo. Probat hoc mihi omnino tex. in d.l. postliminij ius, §. in pace, vbi Iuriscons. dicit, *In pace quoq; postliminium datum est: nām si cum gente aliqua neq; amicitiam, nequè hospitium, nequè fædus amicitie causa factum habemus: hi hostes quidem non sunt: quod autem ex nostro ad eos peruenit, illorum fit.* Si enim gentes istæ, quæ inter se commercium non habent, licet ad inuicem bona extrinsecus occupare possunt, eaquè occupanti conceduntur, quamvis verè bona hostium non sint, multò magis in territorio huius gētis à veris hostibus prædā abducere licebit.

Sed difficultas non modica. 127 excitari potest circa intelligētiā illius §. in Pace, quam à nemine ex Scribentibus, quos vide- rim tactam inuenio: nām quāuis Budeus multa in annot. posterior. ad Pandectas eleganter ad illius tex. explicationem præter cæteros annotauit, hanc tamen, quam exposituri sumus difficultatem, omisit: dicit enim ibi tex. quod illi Populi, quamvis hostes non sint, querunt sibi dominium rerum nostrarum, quæ ad eos peruererunt, & è contra. Si ergo isti populi non sunt hostes,

quo iure illi nostra bona, & nos eorum, circumscripto hostilitatis titulo retinere possimus? Satis dubium esse videtur, sunt enim illi, quāuis extranei, & barbari, domini suarum rerū, etiā si Religionem Christianam non sequantur, vt docuit D. Thom: 2.2. quæst. 10. art. 10. Innoc. in cap. quod super his, num. 3. vers. prædicta in quā de voto, vbi Zabarell. Co uarr. latè in Regula Peccatum, p. 2. §. 10. num. 2. Corrad. de contract. quæst. 7. par. 1. Ergo res illorum absq; titulo legitimo nostræ fieri non possunt, & è conuerso, & cùm deficiat qualitas hostilitatis, inuestigāda est alia habilis ad transferendum dominium.

Accursius solus in explicatione d. §. in pace, sentire videtur, licet non apertè hanc difficultatem, eiq; satisfacere conatur aliquo pactu inter dentes; dicit enim huiusmodi Populos extraneos, cum quibus non habemus neq; hospitium, neq; amicitiam, solùm differre ab hostibus, quia non est eis bellum indictum, subdit tamē, vt eius verbis utar, sed cum eis guerram habemus, & sic patet, quod à latrunculis differunt, quia non habent ini micitiā patentes, & ideo non est postliminium, d. l. postlimium, §. à piratis, hæc Accurs. qui licet 128 clare non loquatur, voluit tamen dicere, quod cum huiusmodi gente, cum qua cōmerciū non est, licet non sit bellum legi

timè indicatum in actu, sit tamè in potentia, & hoc sufficere ad hoc, ut bona ad inuicem occupari possint, sed hæc *Accursij* explanatio incidit etiā in aliā difficultatem. Nàm Populi quāuis extranei, quamuis Barbari, & Infideles, si quietè viuunt, bello à nobis lacerari non possunt, & sic non adest bellum in potētia, vt ex frequētiori sentētia Theologorum, & Canonistarum firmarunt latissimè *Couarr.* in d. reg. peccatum, §. 1 o. p. 2. n. 3. *Greg. Lop.* in l. 2. par. 2. tit. 23. *Franciscus à Victoria in relectione*, quam fecit de *Indis*, & latissimè *Molin. de iust.* & *iur. tract.* 2. *disp.* 2 o s. Vndè Ego cogitabam, bona horū Populorum, si ad nos, vel contra ad illos perueniant, non fieri capie- tium, tanquam bona hostium, quia nec in actu, nec in potētia sunt hostes (vt supra firmatū est) sed tanquam vacantia occupan- tibus cōcedi, quasi in bonis nul- lius, nàm quamuis extra dispu- tationem sit nos habere domi- nium rerum nostrarum, & ipsos barbaros esse etiam dominos bonorum suorum, hoc tamen dominium considerabile non videtur inter gentes, quæ ad in- uicem cōmerciū non habent, sicut dicimus, leges, & consue- tudines Barbarorū quoad nos, & nostros, non esse in consid- eratione, sc̄cūs quoad illos, per ea, quæ *Bar. tradidit* in l. qui à la- tronibus, ff. de testamentis, cum alijs

superiùs citatis, & si commer- ciū non est, neq; rei vendicatio, neq; actio aliqua ad rerum oc- cupatarum repetitionem dari pōt, sic licetē penes eos, ad quos peruererunt, remanere viden- tur, facit ad hoc *tex.* iuncta glo. in *L quis sit fugitiuus*, ff. de *edil.* edict. *vers idem Cælius*, vbi *Iurecōf.* scri- bit, placere eum fugitiuum esse, qui eò se cōferat, vndè eum do- minus recuperare non possit.

Offert se nunc tertius casus, qñ 129 Princeps, vel Populus aliquis prædam in territorio Principis, vel Populi, cū quo pacē, & amici- tiā habet, agere vult ex bonis ho- stiū, cum quibus legitimū in- tercedit bellū; & in hoc videtur esse maior difficultas, quę distin- guendo similiter, ac diuersi- cando facti species, erit superan- da, igitur in primis hac in re ob- seruādū erit, an in pace ista, & a- micitia, quę inter illos Populos, vel Principes intercedit, sit quoq; fœdus aliquod initum, nàm erit tunc ipsius tenor attendendus, sūt enim plures fœderū species, quas post alios recenset *Meno. de arb. jud.* c. 1 o o. & in eis quid fue- rit conuentum, erit inspiciendū, vulgata l. i. ff. de *pact.* Quod si ni- hil in fœdere dictū sit, vel sim- plex amicitia, & pax vigeat inter iplos, tunc erit distinguendum, nàm aut Princeps dominus ter- ritorij est amicus præstantis, & non amicus deprēdati, & erit tunc præda legitimè parta, nec

pol-

posset prohibere illam Dominus Territorij, nām si aduersus negantem innoxium transitum Exercitui alicuius Principis, qui ad inuadendum suorum hostium Exercitus, vel Provincias transire intendit, legitimè bellum indici potest, quia iniuriā facere videtur, vt est tex. in cap. notandum, ubi Sribentes 23. quæst. 2. per quem itā voluit Barol. in l. 1. supra, de pagan. & Angel. in l. si venditor, in §. constat, ff. commun. præd. num. 1. Ripa de remed. reseruatiuis contra pestem, §. nūc deueniō, num. 117. Couarr. in d. regul. Peccatum, p. 2. §. 9. nu. 5. Padill. in repet. l. per agrum, supra, de seruie. & aqua, nu. 18. & antē istos Isern. in rub. que sint regal. vbi etiam Affl. Et non video quomodo idem non liceat contra prohibentes prædam in suo Territorio, dummodo tamen nullum ei damnū inferatur, alias enim non teneatur, etiam si iter dare promisset, vt eleganter docuit Ang. in l. qui sella, ff. de serurust. præd.

Restat videndum, quando Do
130 minus Territorij est æqualiter amicus utriusq; tam prædatis, quam depredati, quod esse
131 potest, nām licet amicus inimici mei, mihi inimicus esse videatur, l. liberi, de moff. testam. neq; possit quis eodem tempore adhærere duobus, qui adiuicem sint Hostes, vt notauit Jacobin. in sua ius. feud. in verb. adhærentibus, nu. 9. & Jo. de Lignano in tra-

cta. de amicitia, in cap. de pluralitate amicorum, id intelligitur de eo, qui amicitiam iungit in perniciem meam, nām tunc amicus inimici mei dicetur meus inimicus, vt declarant Glo. Iser. Bal. Martin. Laudens. & Aluarot. in c. 1. § porrò, quib. mod. benef. amittat. latè Dec. in l. Consilij, § socij mei, de reg. iur. vbi Cagnol. & Jacob. in ius. in verb. dictiq; vassalli promiserunt, num. 14. & polt alios Menoch. de pr. esump. lib. s. pr. esump. 43. & Mascal. de probat. concl. 898. num. 35. & in hac specie dicendum arbitror, prædam lictè fieri capientium, licet actione iniuriarum possit Dominus Territorij agere ad prædæ, ac damnorum restitutionem, per ea, quæ de præda capta invenatione superius latissimè firmauimus. Duo tamen obseruanda erunt circa hanc resolutionem. Primum, quod si quis prædam occultauerit, vel vendiderit, occultante in emptorem, ac venditorem ad restitutionem non teneri, vt ex communi Sribentium tententia superius in feris, & auribus captis conclusum.
132 fuit. Alterum, quod si Dominus Territorij sciuerit Principem in suorum Hostium persecutionem, eius agrum ingressum fuisse, & non prohibuerit, vel statim conquestus non sit, neq; etiam iniuriarum actionem habere ad prædæ ipsius restitutionem opinor, dum enim permi-

fit ingressum, omnia hæc, quæ consecuta sunt, permisisse videatur, ita in hac specie tenuit Soc. *Jun. in l. 1. de acq. poss. num. 72.* sic limitando eius *Patri* opiniōnem, qui semper voluit, prædam in alieno Territorio esse illicitam.

Deniq; non erit ab re illud subnettere, quod securitate concessa alicui Domino Nauis, vel Principi, vel Populo pro eis, & socijs suis, non intelligitur concessa pro socijs, qui hostes sint concedentis securitatem, & ideo prædari poterint, vt respōdit *Decius cons. s 1. per scripta per Bart. in l. 1. ad leg. Iuliam Maiest. @ Angel. in l. utimur, de sepulchr. viol. Boer. dec. 1 79.* quod tamen eleganter restringit *Petr. Bellin. in tract. de re milit. p. 9. cap. unico, num. 23.* quando securitas concessa esset etiam Hostibus, quia tunc in habentibus symbolum, (ipse inquit) facilem esse transiūt, & extenderetur etiam ad socios Hostes, qui molestari nō possent, quæ est magna, & satis insignis limitatio, & forsitan raro locum non haberet, siquidem securitas, vt plurimum Hostibus conceditur, & sic semper extenderetur ad socios similiter hostes, nisi forsitan essent hostes diuersi generis, veluti si concessa fuerit alicui Principi, vel Populo Christiano, cū quo concedens bellum haberet, extendetur etiam ad alios hostes so-

cios eius, cui securitas concessa est, si tamen essent eiusdem Religionis, secus si Infideles: cogitandum est, cū m casus occurrit, & tandem non est omittendum id, quod respondit *Thomas Grammat. in cons. 24. col. 2. nu. 5.* bona scilicet non inimicorum prædari posse, si vehuntur à Na*134* ui inimica sub vexillis inimicorum, quia videntur se cum inimicis amicitiam copulasse, & hoc casu Assecutorēs non teneri, voluit *Stracc. in tract. de assecur. in fine.*

Vt autem vniuersa hæc præ*135* dæ materia absoluatur, non est prætermittendum, tunc demum illius portionem in hoc Regno Duci Classis, vel Magno Admirato deberi, quando capitū vi armorum, erit enim tunc ipsius Ducis Classis, sin autem ex naufragio, applicatur Magno Admirato, quando non apparet Dominus, sed si sciatur, bona prædicta esse hostium, & naufragio ad nostra littora delata fuerint, Fiscus illa habebit, idq; prævia maxima contentionē iudicatum fuit per Regiam Cameram, & Collaterale Consilium, ac Regio rescripto Supremi Italici Senatus comprobatum in causa Regij Fisci, cum Illustrissimo Marchione de Mó dejar, tunc huius Regni Prorete, ac Duce Sueſſæ Magno Admirato, in qua scripsierunt Domini Regentes *Lanarius*, ac de

Ponte

Ponte, ille in cons. suo 84. hic in cons. 93. & hoc hodiè extra controuersiam est, tūm ob rei iudicatæ authoritatem, quæ cūm sit per sententiam tantorum Patrum, habet vim legis, cūm quia in concessione, quam postea fecit Rex Dominus noster huius officij Magni Admirati, hoc expressè cautū fuit, & Fisco referat. Sed non inelegans quæstio superioribus mensibus agitatā fuit inter Regium Fiscum, ac Præfectum arcis Brundusinæ, quem Castellatum appellant, Nauis enim quædā hostiū vi vētorum, ac tempestatis pœnè obruta fluctibus sive Rectore, ac Gubernatore propè littus illius Ciuitatis deuenerat, ac iecerat anchoras, adeò tamē quæsata, ut naufragium omnino facturam esse putaretur: Castellanus armatis continuò militibus paruis in nauiculis illam obsevit, hostibus timorem incutiēs, ac minatus se illam vi expugnaturum; qui tot malis circumuēti, se, ac sua dediderunt. Controversia erat, an bona hostium tanquam vi armorum ipsis erupta, Castellano, vt Duci, ac suis militibus deberetur, vel vti naufragata Fisco cedere deberent? Pro Fisco dicebatur sibi ex naufragio bona deberi, nām naufragata dicuntur, siue post naufragium, siue in ipsa naufragij trepidatione capiantur, l. 1. §. ex incendio, ff. de incend. ruin. Et nau-

frag. l. Pedius, cod. tit. Bart. in d. §. ex incendio, Et in Auchen, Naugia, supra, de furtis, cumulat alios Surdus in dec. 183. num. 2. Ex aduerso considerabatur, bona non posse dici naufragata, quia verè naufragium secutum non fuit, & licet immineret, multa accidere poterant quominus fieret, argumēto eorū, quæ de fera vulnerata, vel in laqueo detenta habentur in l. naturalem, §. illud quæsum, Et in l. in laqueum, ff. de acq. rer. dom. cum his, quæ latè in prædæ acquisitione censuit Senatus noster in decis. Grammat. 71. & quamvis ad arma non fuerit deuentum, satis tamen fuit ad deditonem timor armorum, qui eundem parit effectum, l. 3. §. armis, ff. de vi, Et vi arm. cum similibus adductis à Cagnolo post alios in l. vani timoris, ff. de reg. iur. & per Neuizzan. cons. 91. num. 1. Nact. cons. 50. num. 17. Et Burf. 137 cons. 81. n. 8. His omnibus perpendicularibus, atq; discussis, factaq; relatione per Regiam Cameram, in Collaterali Consilio, fuit dictum, deditonem verè fuisse factam, vtriusq; mali timore, sed ex ijs, quæ in facto deducuntur, constare naufragij mætū præualuisse, & proinde censendum esse ex naufragio potius bona quæsita fuisse, argumento iex. in l. queritur, ff. de stat. homin. Sed quia aliquid etiam cooperatus fuit timor armorum, ac Præfectus arcis diligenter, & benè

se gessit, ita ut si naufragium hostes euaderent, non possent à militum manibus effugere, & sic reddit certam prædam, decretum fuit, bona vti ex naufragio ad Fiscum spectare, verum ex causis discussis quandam portionem esse dandam arcis Præfecto.

Quid autem dicendum in alia, non minus eleganti quæstione, & erit, si hostes, qui ob metum triremium hostilium, in terram fugiendo appulerūt, si ab Incolis capiantur, num debeat capientibus, vel Duci triremium? Hæc questio de facto disputanda venit in ulterioris Siciliæ Regno, eamq; ex professo tractat *Mastrill. in dee. 1. 80.*

138. & pro capientibus faciebat tex. in §. illud quæ situm, insit. de rer. diuis. in l. in laqueū, ff. de acq. rer. domin. & in l. naturalē, §. illud quæ situm, ff. eod. vbi fera vulnerata ab uno, & capta ab alio, fit capientis. Item faciebat regula generalis, quod in bello præda fit capientis, §. item quæ ab hostibus, insit. de rer. diuis. l. 1. ff. de acqui. poss.

139. nec capta dicitur, nisi apprehendatur, l. 1. §. item si in bello, ff. de acq. poss. eff. l. 3. §. Neratius, eod. tit. §. si ab hostibus, insit. quib. mod. ius patr. potest. sol.

His tamen non obstantibus *140* pluribus rationibus, quas non transcribo, pro Classis Duce, concludit *Mastrill.* & ad allegata iura respondendo, illa in casu

ambiguo procedere affirmat, quo fera si vel nè capi potuisse, vt ex d. §. illud satis constat, qui casus fatis differt ab isto, de quo tunc agebatur, nam hostes (eorum Classe capta) ab Insula minimè libertatem recuperare poterant, & sic quod capi debebant, certissimum erat, vt in allegato §. illud, *Aret. Platea*, & alij adnotarunt, dum voluerūt, quod si fera esset ita vulnerata, vt aliter fieri non posset, quam ut caperetur, statim vulnerantis efficeretur, & hæc quoad hanc materiam dixisse sufficient.

Prosequendo nunc explicacionem huius textus ex illis verbis, *Vi Classicorum numerus ex incensis, vel accrescentibus compleatur;*

aduerto, posse Summum Imperatorem, cui omnes Classes subsunt, sicut erat Præfectorus Prætorio Orientis ex una Classe ad aliam, milites, nautas, & remiges transferre, prout ei expedire videbitur. Vnde *Rebuff. hic deduxit Senescallum, siue Præfectum duorum Castrorum ex uno, in quo habet suberabundantem numerum militum, ad aliud supplementum ex accrescentibus mittere, quando adeat periculum, & Regis iussio expectari non potest, non solum si est utriusque Arci Præpositus, sed etiam si altera alienæ curæ sit credita, eitat ad hoc tex. in l. 2. C. de Off. Præf. Afric. in l. tam Collatores, §. erit, de re milit. & alia iura.*

Miror

Miror autem non adduxisse *tex.*
qui videtur ad hoc factus in.
l. Milites, sup. de off. mag. mil.

Est etiam obseruandum, Du-
142 cem in sua Triremi Prætoria,
vel Regia, signum sui Principis
habere debere, ut sciatur cuius
sit Classis; Nauis enim dominiū
143 ostēditur ex insignibus, quæ in
vexillis geruntur, ut voluit in-
hac specie *I. s. cons. 170. col. 4. nu.*
2. in fin. vol. 2. Poterit etiam in-
144 sua Triremi Dux propria ar-
ma gestare, non autem in alijs
Triremibus, prout lege Hispania
cauetur, quæ est *l. 14 tit. 23 p.*
2. quæ licet non loquatur nisi in
Regnis Hispanicis, cùm tamen
ratione fundetur, habebit etiam
magnum vim apud alias Natio-
nes, itaut in exemplum tra-
hi possit, ut eleganter inquit
Isern. in pralud. fœd. *¶ in rub. quæ*
sint regal. col. 2. vers. idem dicendū
est in quolibet Regno.

Ex verbis etiam, quæ in prin-
cipio huius constitutionis ha-
bentur, scilicet, *Classem Seleuce-*
nam, aliasq. vniuersas ad offi-
cium, quod magnitudini tuae ob-
sequitur, volumus perinere, eli-
145 *citur, Summum Ducem,*
scù Generalissimum ab alijs mi-
noribus Ducibus esse obedien-
146 dum. Vndè in subordinatio-
nis signum habere non poterūt
insignia coram Generalissimo,
sed illa submittere debent, sicut
Proconsul signa Imperij non
habebit coram Consule, *Bartol.*

Fulgos. Oroscius. ¶ alij in L Procon-
sul, ff. de off. Procons. Petr. Gregor. in
suis syntagm. 3. par. lib. 47. cap. 3 s.
num. 5. latè Bouadill. qui in specie
loquitur de submissione signo-
rum militarium, ad quæ acce-
dunt notata per Canonist. in cap.
antiqua, de privileg. vbi tradunt,
147 *Patriarcham coram Summo*
Pontifice Crucem deferre non
posse, facit cap. 20. de offic. le-
gati, vbi Bald. aduertit, Episcopū
148 *Romæ Rocchettum non de-*
ferre, neq; alia insignia iurisdi-
ctionis, quibus concinunt nota-
ta per Alex. ab Alex. Genial. dierū
lib. 2. cap. 27. dūm inquit, falsces
secures, prætextam, sellamq; cu-
rulem Proconsulem retinere in
sua Prouincia, nisi eò abiret, vbi
Consul præsens foret, facit id,
quod docuit Paris in tractat. de
duello, in cap. quis posset indicere,
quod vbi est Princeps, non po-
test Dux belli ea facere, quæ eo
absente posset, adducens ad id
**tex. in l. fin. ff. de off. Proconsul.* quo*
tendit illud Plinij in Panegyrico
ad Trajan. Hac est natura syderi-
*bus, ut parua, *¶ exilia validiorū**
149 *exortus obscuret, similiter Im-*
peratoris aduētu Legatorum di
150 *gnitas inumbratur. Luminare*
enim maius superueniens, mi-
nus obscurat ob reuerentiā, *cap.*
denique 21. dist. c. 20. volentes, de offic.
legat. Carauit. super ritu 48. M. C.
Vic. nu. 5. Inde superioribus an-
nis ingens cōtrouersia orta fuit
inter Io. Andréam Auriām, tunc

summum maris Imperatorem,
& M. Antonium Columnam ,
qui cū è Sicilia , in qua pro Re-
ge p̄fuerat, Hispanias nauiga-
ret, cū triremibus illius Regni ,
ac Clas̄e , Io. Andrex obuiam-
iuisset , noluit illi signa submit-
tere, cūm se non illi subditum
diceret, & ideò submissionis si-
gna ostendere non debere, quod
aliás illius Siculæ Classis Dux ,
si ipse p̄fens non fuisset, facere
tenebatur.

Tandem ex illis verbis , quæ
151 in hac lege habentur , *Ad au-*
xilium purgandi Orientis, aliasq; ne-
cessitates, colligere libet, Clasiū
vsum ad Reipublicę tutamen-
maximè necessarium, quod vel
ex eo licet extimare, omissis alijs
multis, quæ ad hanc materiam
scripta reperiuntur, quod Ro-
mani, qui non minus prudēn-
tia, quam armis rerum domini
euaserunt, docentes barbaros
vsum nauigationis, ac Nauium
constructionem capite plecten-
dos fore censuerunt, l. fin. supr. de
pœnis, quæ sumpta est ex tex. in l.
fin. cod. tit. in Cod. Theodosiano, &
Summi etiam Pōtifices grauissi-
mas pœnas imposuerunt, vt vi-
dere licet in cap. ita quorundam,
de Iudeis , ac in solemnī illa ex-
cratione, quæ profertur in die
Cœnæ Dominicæ caput, quod
est septimum speciatim edide-
runt, quo diris grauissimis p̄r-
dicti deuouentur, indè sit, vt
propter hanc Reipublicæ utili-

tatem, ac n̄cessitatem sustine-
atur prohibitio illa , quæ à Prin-
cipib; cipibus fieri solet, dūm pro-
hibent, Dominos Syluarum in
suis nemoribus ligna incidere ,
quæ ad Naues construendas sūt
idonea, vt bellè notauit *Ioan. de*
Plat. in l. 2. de cupr. ex luco Daphn.
non excidendis, & Luc. de Penna
ibidem in Rubrica , citans ad id
tex. insignem in l. infraudem, S. fi.
ff. de iur. Fisci , & in hoc Regno
adest *Pragmatica sub tit. de inci-*
sione arborum, & propterea apud
Romanos Cōsulibus syluarum,
ac nemorum custodiam demā-
dari adnotauit *Cassaneus in ca-*
teolog. glo. mundi, par. 7. confid. 2 1. in
fin. C. el. Rodig. lib. 14. cap. 5. For-
catul. in cupid. Iurisperit. cap. 4. n. 1.

Quinīmmò apud Nos inter
153 alia iura Regalia, est illud, vt
Princeps in nemoribus feuda-
libus priuatorum , absq; pretio
valeat ligna incidere ad nauēs ,
& triremes construendas, & in
antiquis concessionibus , ex cō-
muni stilo Cancellariae, hoc ex-
pressè Rex sibi reseruabat, vt te-
statur insignis Doct. Nicolaus
Ant. à Montibus, qui fuit Regie
Cameræ Locumtenens, in qua-
dam relatione per eum facta in
caula Ducis Venusij , cum He-
gio Fisco, quam videre licet de-
scriptam in Archivio Cameræ
in litterarum par. 7. fol. 214. Quo
supposito dicendum est, quod
licet in recentioribus concessio-
nibus hæc reseruatio non appa-
reat,

reat, censeatur tamen iuris ministerio facta, vel ex eo, quod concessiones omnes debeant intelligi factæ secundum consuetudinem concedentis, l. vel universorum. ff. de pigno. act. vel ex generali illa clausula, quæ semper apponitur: *Iuribus nostra Curia, & his quæ nobis debentur majoris dominij ratione semper saluis, quæ etiam si omittatur, posita intelligitur,* Iser. in cap. 1. num. 3. qualiter vas. iur. deb. fidel. & in c. 1. qui success. tens. & in cap. 1. §. si verò heredes, num. 4. de pace tenen. latè Camer. in cap. Imperiale fol. 71. Affl. dec. a 65. nu. 83. & Anton. Capyc. in inuestit. in verb. iuribus nostra Curiae, & nè desit particularis authoritas, in nemoribus à Rego concessis hoc ius Regale, rectè fundari docuit Paris de reintegr. feud. in cap. quod incipit Et iuxta præmissa, sub Rub. vasal. an feud. possit extirpare, fol. mihi 31. nu. 8. licet postea relinquat cogitandum. Nō piget autem antiqui decreti lati per Regiam Cameram in anno 1536. verba transcribere, quod est huiusmodi: *In causa Fabritij Maramaldi Baronis Ottaiani cum Regio Fisco.* Declaratum est, Regiam Curiam manutenendam esse in possessione incidendi omnia, & quacunq; lignamina necessaria pro rvsu domus, & habitationis Sue Cesarea Maiestatis, & successorum in hoc Regno, ac pro munitione, & reparatione Regiorum Castrorum, & pro

rvsu, seruitijs, & operibus quibuscunq; & quomodocunq; necessarijs Regie Curia libere, & absq; solutio ne aliqua pretij lignaminum. Quod ius competit etiam Principi nostro in Regnis Hispaniarum latius tamen, quia nedum prorsu suo, sed & familiarium suorum ligna incidit, ut habetur in l. 17. cum duob. seqq. tit. 7. lib. 7. nouæ recopil. hic autem pro rvsu suo tantum hoc ius competit, adeò ut nō liceat Proregibus illud exercere, prout eodem decreto superius relato declaratū fuit, penes acta quondam Nardi Antonij de lo Rizo.

Sed non modicè superioribus 155 annis controversum fuit, vt refert Dominus Regens Moles in cap. quando Rex huius Regni possit exigere seruitia à Baronibus pro seruitio alterius Regni, an Rex noster, qui diuersis in Regnis suis Clases, separatis in stationibus habet, & vnicuique proprium Ducem præficit, possit pro construendis (exempli gratia) triremibus Siciliæ ligna absquè pretio incidere in hoc Regno Neapolitano? & pro Fisco licet aliqua pauca tunc temporis adducta fuerint, videbatur omnia infrascripta considerari posse. Primò, Regem vnum esse Principem totius huius imperij, quod vnicum corpus facit, diuisum tamen gratia commodioris administrationis, quæ diuisonis species separationem

non

non inducit, argumento *tex.in l. Caius, §. Titius, de legat. 2.* cum similibus : vnde siue Classis sit Regni Siciliæ, siue stationem habeat in alio ex Regnis eiusdem Regis Domini nostri, vnicam esse Classem diuersis tamen in stationibus patet, quia decet Principem varijs in locis esse instructum, ut inquit *Iser. in c. 1. §. sed nec alia iustior*, *vers. si habet bellum*, immò videmus, quod etiam in locis fœderatis habet Classem, prout est Januæ, & tamen nemo posset dicere, Classem illam esse alicuius Prouinciarum ipsius Regis, & adhoc expendi potest hæc nostra Constitutio, ubi Classes, licet in diuersis Prouincijs maneat, subsunt tamen, ac attributæ sunt imperio Comitis Orientis, quasi vna Classis, & vnum corpus, & illa, quæ est vnius Prouinciarum, deseruit pro tuitione alterius Prouinciarum.

Secundò, quia sicut vassalli *156* tenentur seruire extra Regnum, quando bellum suscepimus est pro tuitione ipsius Regni, vel aliorum Regnorum ipsius Principis, ut hoc in *vtroq; calu docuit Isern. in paulo antè citato §. sed nec alia iustior, num. 41.* ubi idem voluit *Afl. & antè eum Bal. in cap. 1. num. 4. quib. mod. feu. amitt. Jacob. in sua inuest. in verb. Et promiserunt eidem domino suo, vers. quarto quæro, Camerar. in cap. Imperiale, fol. 34. col. 3. lit. P. in magnis, Capyc. in Comment.*

eiusdem legis, in §. firmiter, vers. secundo limbo, ita etiam vassalli hu- ius Regni tenentur ad præstan- dam patientiam, ut ligna gra- tis in suis nemoribus abscindā- tur pro triremibus, quæ licet ex- tra Regnum sint, deseruiunt ta- men pro eiusdem Regni, vel alio- rum Regnorum eiusdem Prin- cipis defensione, cum hi casus in exhibitione seruitiorum, & obsequiorum parificentur.

Tertiò, ius seruitutis *157* tenditur etiam ad futura, *l. seruitus, ff. de seruit. urb. prædior.* & quando non est limitatum, debetur etiam pro augmentatione, ex ijs, quæ habentur in l. non mo- dus, *sup. de seruit. & aqua.* Vnde, *158* & promittens quis panem co- quere ei, ac familiam suæ, vel fru- mentum molere, tenetur etiam aucta familia: & is, qui spopon- dit se permisurum, ut Titius ex suo nemore ligna abscindere va- leat pro se, & filijs suis, tenebi- tur non solum pro ijs, qui nati erant tempore obligationis, sed etiam pro alijs, qui postea pro- creati sunt, ut per *Albericum, & alios in l. cui fundus, ff. de condit. & demonstr. & per alios*, quos latè cumulauit *Cæpolla in tit. de furno, in tract. de seruit. urban. præd. nu. s. per totum.* Vnde, & pariter auctis triremibus, idem ius incidendi ligna pro augmentatione debebitur.

Quartò, quia iura Regalia, *159* vnius Regni, extenduntur ad alias Prouincias quæsitas, & ad-

di-

ditas illi Regno, ut in specie in iuribus Regijs tenuit Arnulf. *Ruzeus de Regal.* in 16. priuilej. in fi.

Ex aduerso dicebatur, Regna hæc, ac Prouincias esse separatas, & vnam alteri non esse vnitam, neq; annexam, & ideo leges, mores, ac iura Regalia vnius non extendi ad alia, per ea, quæ docuit *Willem. de Cun. Bar.* Cæteriq; in l. si conuenerit, §. si nuda, ff. de pign. act. *Innoc.* in c. cùm iniunctio, de oper. nou. nunc. *Bal.* in c. 1. §. preterea ducatus, de prohib. feud. alien. Et Arnulf. Ruz. quem pro contraria parte adduximus, loquitur in Prouincijs vnitis, & citat authoritates Doctorum, quas paulo ante citauimus, & bene declarat *Fulg.* in d. §. si nuda, dicens, quod Comitatus Tholosanus non vtetur iuribus Regni Fraciæ, quia non fuit illi vnitus, ex mente *Cyni*, & *Bal.* ibid.

Secundò adducebatur *Accur-*
si locus in l. 3. ff. de off. *Præsidis*,
dùm voluit, Règem Angliæ nō posse Valconibus seruitia indi-
cere, nisi in Vasconia, nec ius
dicere vassallis vnius Prouinciarum
in alia, licet id possit per Iudices
à se in Prouincia delegatos, ut
rectè ibi declarat post eum *Bal.*
& *Fr. Marcus* decis. 341. par. 2.
& de Prorege duarum Prouinciarum,
quod homines vnius Prouinciarum
ad aliam reuocare
non possit, *Capy.* in c. *Imperiale*,
fol. 32. vers. sexto notandum, &
Camer. ibid. fol. 78. à ter. lit. P. qui,

160 ut id obiter dicam, ostendit priuilegium à Serenissimis Do-
minis nostris concessum huic fidelissimæ Ciuitati, nè causarū inter huius Regni incolas, co-
gnitio ad eius Curiā auocetur non solùm in gratia, sed in iu-
stitia fundari, prout nouissimè

161 videre est penès ingeniosissi-
mū D. Reg. Tap. Belmontis Mar-
chionē, qui doctissimè, copiosè,
& eleganter super hac re *decisionē*
integralm composuit, inter *decis.*
Supremi Italæ Senatus, in or-
dine *primam*, iam ad Dei glo-
riam, nostratumq; vtilitatem
sub prælo existentes. Ità etiam
sit dicendum, seruitia debita
à vassallis huius Regni extra-
hoc Regnum non deberi, &
quando extra Regnum tenen-
tur vassalli pro tuttione ipsius
Regni, erit iusto stipendio con-
stituto, & non gratis, sed domi-
ni expensis, ut declarat *Scriben-*
tes per me adducti in secundo
argumento pro contraria sen-
tentia.

Tertio, quia seruitus, quibus-
162 cunq; verbis generalibus, vel
vniuersalibus imposita, non ex-
tenditur ad augmétum extrin-
secum, ex communi resolutio-
ne omnium *Scribentium*, quam
exornauit *Capol.* in d. c. de *furno*, &
quāuis posset Fiscus ligna gra-
tis incidere pro triremibus hu-
ius Regni ad quemcunq; nume-
rum auctæ fuissent, non ità hoc
ei licebit pro alijs triremibus

Regni alterius, quod non fuit vnitum, nec annexum huic Regno, ut superius dictum est.

Vltimò expendebatur *tex. in l.*

163 ex meo, ff. de seru. rust. præd. vbi seruitus cōstituta pro certa parte fundi, non debetur pro alijs, licet sint eiuldem domini, quia videtur limitatè concessum, nec tempore cōcessionis fuit de alijs cogitatum, argumento *tex. in l.* qui cum tutoribus, *ff. de trans.* Ex **164** quibus die 11. Ianuarij 1577. reperio fuisse contra Fiscum iudicatum per Regiam Camerā, quod de mense Aprelis eiusdem anni consultus Rex noster suo tescrito comprobauit: idemq; antea conculsum fuerat in eodē Prætorio in anno 1565. de mense Nouembbris, vt vtrumq; ex libris Actorum eiusdē Camerę, quod *Notamentorum* vocant videre licebit; excepta tamen fuit *Triremis Regia*, quam *Realem* appellant, pro cuius constructione poterit in hoc Regno ligna abscindere gratis, idq; suaderi pot, quia cū caput sit omniū Classum, eq; omnes aliae obsequuntur, vt in hac nostra lege statuitur, videtur esse etiam de triremibus huius Regni. Addatur prædictis, quod contra Fiscum respondendum est, etiam si Triremes in hoc Regno construantur, destinatæ tamen sint pro alijs Regnis, quia locus destinationis attenditur, *I.cetera, §. sed si separauerit, ff. de legat. 1.*

Postremò non pigebit hoc in loco deferre vsum obtinentē hodie, circa differētias oriri solitas inter Duces bellicos, nimirū inter Præfectū pedestris Cohortis, & Ducē triremis. Cū enim vtriq; pro expeditione bellica simul in eadē triremi reperiuntur, sēpē ab eis deuentum est ad contentionē præminētioris loci, & iurisdictionis. Huiusmodi autem cōtentio definita fuit sanctione ordinata à Marchione Sanctæ Crucis maritimæ Classis Locūtenente Generali; qua Classica gens instruitur; vt scilicet, Dux **165** pedestris Cohortis suos dūctaxat regat; & tēpore arreptæ navigationis, & ineundæ militiæ, compescat suos milites, præscribendo ei localem stationem, nimirum in Balistrerijs triremis, vbi insimul cum nauticis, & stipeziarijs militibus pedices quoquā morari habeant, omni cum pace, & moderatione. Cœterum **166** pedestri Duci assignatur tam medietas puppis superioris, quā altera pars puppis inferioris. Signifer aut, siue Alpherius habebit pro se scapham, quam dicūt Schiffum. Sergens verò habebit cymbam, quæ Barchetta nuncupatur. Cū verò pedestris Dux fuerit ablens, Alpherius in eius locum succedet, & Sergens habebit locum Alpherij absq; villa alia prætentione, & hæc ad huius Constitutionis explicationē dixisse sufficiat.

DE MENDICANTIBVS
validis. Tit. XXV.

SUMMARIVM.

IMPPP. GRATIAN.

VALENT. ET THECD. AAA.

AD SEVERVM P. V.

LEX VNICA.

Cunctis, quos in publicum quæstum incertam mendicitas vocauerit, inspectis, exploretur in singulis & integritas corporum, & robur annorum: atq; inertibus, & absq; vlla debilitate miserandis necessitas inferatur, vt eo rum quidem, quos tenet conditio seruili, proditor studiosus, & diligens dominum cōsequatur: eorum vero quos natalium sola libertas persequitur, colonatu perpetuo fulciatur, quisquis huiusmodi lenitudinem prodiderit, ac probauerit: salu dominis in eos actione, qui vel latebram forte fugitiuis, vel mendicitatis subeundem consilium pre stiterunt.

- 1 Mendicantes validi, si serui sint, Iudici addicuntur, libcri colonati perpetuo adcribuntur.
- 2 Pœna hac de iure Auctent immunita, sed utraq; in desuetudinem abiit.
- 3 In Hispanijs certa mendicandi forma constituta est, & alibi varie, remissione nis. 4.
- 4 Neapolitano in Regno pœna triremiū statuta est.
- 5 Errones, qui vagabundi appellantur, pena triremium plectentur.
- 6 Hoc genus hominum inertium, ac otiosorum in oneri bene instituta Republica, improbatum, dicit Plato.
- 7 Valetudinem simulantes, aut qui herbis ficta vulnera sibi comparent, gravius plectentur.
- 8 Nobiles pauperes etiam validi, ac robusti in pœnam non incident.
- 9 Senes sub hac prohibitione non includuntur, quia senectus morbus est, ibid.
- 10 Religiosi paupertatem professi, ab hac lege excipiuntur.
- 11 Filius iuuenis bene valens, qui operari non vult, & suam dignitatē operari non dedecet, à patre non est alendus.
- 12 Filius, qui neq; militiae nomen dare velit, neq; alicuius Principis obsequio se addicere, negantur à patre alimēta cum Cur. Iun. Sed contrarium per Surd. & recte.
- 13 Nemo militare tenetur, neq; se expōnere periculo vita.
- 14 Filius tunc teneretur alicui Principi-

- pi inseruire, dummodo posset id salua dignitate facere .
- 15 Pater ut ab alimentis excusaretur probet, Principem aliquem libenter opera filij usurum fuisse, sed filium recusasse .
- 16 Vir, si Medicos uxori agrotanti non adhibuerit, priuatur dole, si probatur, Medicorum copiam esse in illo loco.
- 17 Mendicantes validi peccant, Et tenentur ad restitutionem .
- 18 Restitutio an su facienda dāti elemosinam, vel veris pauperibus remissiūe .
- 19 Restitutio prædicta, quando fieri debet, distinctio .
- 20 Restitutio veris pauperibus est facienda, vel in alia pietatis opera insumenta .
- 21 Consensus errontis, ac conditionalis non praiejudicat .
- 22 Donanti restitutionem faciendam, concludit Author .
- 23 Admissus in Hospitali, vel pia domo tanquam habens aliquas conditiones necessarias, pura talis nationis, gradus, vel etatis, Et c. si illas vere nō haberet, peccat, Et ad restitutionem tenetur .
- 24 Actio lata Republica competit contra Patrem, qui debilitat filios, Et medicare cogit, atq; mercedem ab eis exigit, et refere Seneca:

AC Constitutione mendicantes validi, si serui sint, iudici addicuntur, liberi colonati perpetuo adseri-

- buntur, ita enim frequentiori numero Scribentes illā interpretati sūt hic, & ultra eos Hostiens. in summa, in tit. de Natis ex libero ventre, Abb. in c. indicatum, col. 2. vers. notatu mirabilem, de immun. Eccl. Bened. in c. Raynui in ver. Et uxorem nomine Adelasiam, nu. 8. Et Menoch. de arb. Iud. lib. 2. casu 2. 532. n. 8. Verum tamē hæc pœna immutata fuit à Justiniano in Auth. de questore, §. si vero vita occasionem, & hodie vtraq; in desuetudinem abiit: quia aliquibus in locis tolerantur, ut teletur Benedict. in proximè citato loco nu. 462. In Hispanijs certa mendicandi forma constituta est pluribus legibus, de quibus in noua recopilatione habetur lib. 1. tit. 12. In Regno hoc Neapolitano pœna triremium statuta est; alibi arbitraria erit, per ea, quæ tradit Menoch. ubi supr. qua pœna plectentur errones, qui vagamudi appellātur, ut notauit D. Reg. de Pon. in tract. de posest. Pro reg. in tit. de Regal. imposit. in princ. n. 56. In omni autem benè instituta Republica hoc genus hominū inertium, ac otiosorū est improbatum, ut sanciuit Plato li. 12. de legi. atq; alij quos cōmemorant Pet. Greg. synag. li. 39. c. 6. post Valer. Max. in lib. de otio, & Pegue. dec. crim. dec. 4. nu. 6. Et 7. Hac etiam pœna arbitraria tenentur ij, qui se, vel filios debilitat, sed grauius plectendi sunt, quam ij, qui valitudinem simulates, aut herbis

ficta

ficta vulnera sibi comparant, de quibus *Lapus in alleg. 18. Ripa de peste, de remed. præseru. contr. pest.* num. 170. cum seq. *Anton. Sola in Constit. Sabaud. in tit. de mendicant. validis.*

Tres autem restrictiones ad hanc nostram Constitutionem communiter traduntur, Prima est in nobilibus pauperibus, nā quamvis validi, ac robusti sint, in pœnam non incidunt, si mendicando verecundè suam inopiam subleuare procurent, iuxta illud Euangelij: *Fodere non valco, mendicare erubesco*, quod in huius legis commentario obseuarunt *Io. de Platea num. 2. & Jacob. Rebuff. num. 3. Petr. Gregor. in præcit. cap. 6. lib. 39. num. 17. latè Bonadilla*, qui plura ad huius Constitutionis ornatum cumulauit in sua *Republ. Politica lib. 2. cap. 13. num. 44.*

Alter casus est in senibus, qui sub huius legis prohibitione nō includuntur, quia senectus ipsa morbus est, ideoq; Gerontocormia plura ad eos educandos sūt instituta.

Tertiò excipiuntur Religiosi paupertatem profesi laudabili instituto, *cap. unico, §. sanè, de religios. domib. in 6. Petr. Gregor. in loco supra citat. & Menoch. in d. casu 532.*

Non autem omittam elegantem quæstionem, quam *Bart.* in huius legis commentario excitauit, an filius iuuenis, ac benè

valens, qui operari non vult sit à patre alendus, supposito, quod suam dignitatem non dedebeat operari, & negari posse, ait, à patre alimenta, cui subscriptis *Menoc. conf. 321. n. 26. Aemilian. conf. 146. nu. 1. & Anton. Gabriel. commun. opin. lib. 6. tit. de alimen. conclu. 1. nu. 27.* Consequenter etiam quæsiuit *Curt. lun. conf. 148.* an à parente inuito ali debeat filius robustus, si neq; militiæ nomen dare velit, neq; alicuius Principis obsequio se addicere? & respondit, iustum hanc esse causā negandi alimenta, cui aduersatus est *Surd. in tract. de alimen. lib. 13. 9. cap. 28.* fretus sui Senatus auctoritate, qui ita censuit, & recte, nemo enim militare tenetur, neq; se exponere periculo vitæ, per *l. fin. supra, de accusatorib. l. nostris, de calumniat. cum simil.*

14. Sed alicui Principi Viro teneretur inferuire, dummodò posset id, salua dignitate facere, sed vt ab alimentorum præstatione parens excusaretur, probare deberet, Principem aliquē libenter eius opera vñrum suis

*15. se, ac filium recusasse; sic enim necessè est probare, Medicorū copiam esse in eo loco, vbi mulier egrotabat, vt vir dote priuari possit, eo quod Medicos non adhibuerit, vt aduertit *Paul. de Castr. & alij in l. si vir, solut. matrim.**

Illud deniq; apud omnes cōuenit, hos mendicantes validos,

nedum in pœnas supra relatas incidere, sed etiam peccare, dum eleemosinas veris pauperibus debitas, per fictiones, & malas artes usurpant. Sed controuersum est, an ad restitutionem ipsarum teneantur, & si tenentur, cui sit

i 8 restitutio facienda, danti eleemosinam, an veris pauperibus? quam quæstionem tractarunt *Alisdor, lib. 4. tit. de restitutione,* *Alex. de Ales 4.par.q.8 6. memb. 3.* *Medina de restit. q. 24. Nauarr. in manu cap. 17. nu. 107. Valdes in tract. de eleemos. & Azor instit. mor. lib. 4.par. 3.c. 21. lit.B. & C.*

Vera autem resolutionis huius difficultatis habetur ex ijs, quæ docuit latissimè *Molin. de iustit. & iur. vol. 1. tracta. 2. disput. 210.* & per *Lassius lib. 2. de iust. & iur. 19 cap. 18. disp. 17.* Quod aut loquimur in datis in parua quantitate, quam verisimiliter donans non esset repetiturus, si pauper est is, qui accepit, non teneri ad restitutionem, si donata consupsit, quod si magna sit quantitas donata, & appareat donantis animus illam repetendi, vel in dubio ex rei magnitudine, alijsque circumstantijs coniici possit, ipsam, si sciuisse non donaturum, & quod dedit reuocaturum; tunc restitutionem esse faciendam, nisi aliqua iusta causa, veluti impotentia excusaret. Quibus autem restitutio sit facienda, est variatum inter gravissimos Authores. Nam *Me-*

dina, Caiet. Nauarr. & alij censuerunt, donantem eius quantitatis dominium à se abdicasse, Deoq; & suis pauperibus donas-
20 se; vnde vel veris pauperibus ipsam esse reddendam, vel in-
alio pietatis opere insumenta.
Sotus verò *Molina, et Lassius*, qui-
bus me suscribo, opinati sunt.
eo, quod donantis animus cōdi-
tionatus fuerit, dum credit pau-
peri vero, & non facto donare,
dominium nunquam fuisse ab
21 eo translatum; cum consen-
sus erroneus, ac conditiona-
22 lis non præjudicet, ideoq; ipsi
donanti vero domino restitu-
tionem faciendam.

Sed quid dicendum in alia
23 elegantius quæstione, an si quis re-
cipiatur in Hospitali aliquo, vel
pia domo, aliquas conditiones,
in admissione, & receptione re-
quirentibus, & illas non habeat,
an scilicet peccet, & ad restitutio-
nē teneatur? videlicet, sicut *Ti-
tius* se esse talis nationis, gradus,
generis, ætatis, & conditionis,
qualem admittio ad tale colle-
gium requirit. In hac quæstio-
ne *Azor. loco citato litt. D.* estima-
uit, talem peccare, & ad restitu-
tionem omnino teneri, idquæ
authoritate *Nauarr. in manuali
cap. 18. nu. 8.* rationem in prom-
ptu assignans, quia si rei veritas
nota fuisset, talis admittio lecta
non esset.

Postremò ad exornandam
hanc materiam procoronide

- accedit venusta, & erudita Sene-
ca declamatio in lib. 10. controuersi.
- 24 contra patrem, qui debilitabat
expositos filios, & debilitatos
mendicare cogebat, merce-
demq; exigebat ab eis; pro cu-
iusmodi scelesto facinore actio-
nem læsæ Republicæ compete-
re, apertissimis argumētis ostē-
dit.
- VT ARMORVM VSUS,**
inſcio Principe interdictus ſit.
Tit. XLVI.
- IMPP. VALENTIN.**
ET VALENS AA.
- AD BVLEPHORVM**
CONS. CAMPAN.
- LEX VNICA.**
- Nulli prorsus (nobis
inſcijs, atq; inconsultis) quorumlibet armorum
mouendorum copia tri-
buatur.
- SUMMARIUM.**
1. Intellectus duo referuntur ad hunc
tex. & quis eorum ſit verior, de-
claratur.
2. Princeps ſolus habet ius indicendi
belli, ac mouendi, quod eſt ius Re-
gium ab eius persona inseparabile.
3. Princeps, quarè ſolus bellum mouere
poſſit?
4. Princeps ſubditos ſuos ab externis,
& internis iniurijs tueri debet.
5. Bellum mouens priuata authoritate,
& ſurpat Principis officium.
6. Constitutiones omnium Regnum
benè constitutorum prohibent belli
motum priuata authoritate.
7. Magna Curia ſola in Regno Nea-
politano cognoscit de guerra moſta.
8. Rex Gallia ſolus cognoscit de portis
armorum, Et quid ſit portus ar-
morum?
9. Guidonis Papa locus in dubium re-
vocatur.
10. Principis ſcientia in mouendo bel-
lum non ſolum requiriatur, ſed eius
expressus conſensus.
11. Bellum quando moueri dicatur?
12. Campanas pulsanti ad bellum pro-
uocandum, pœna que ſit Hispana
Iure conſtituta.
13. Bellum priuata authoritate exci-
tans, incideat in crimen laſa Ma-
ieſtatis.
14. Bellum mouens, ſi re integra cum
pœnitentia, qua pœna puniatur?
15. Delectum militum habens, tenetur
lege Julia Maieſtatis.
16. Armatos homines habens, quos
Brauos vocant, qua pœna tene-
atur?
17. Barones nō poſſunt habere homines
(ut aiūt) recommendatos, & ſub
eorum protectione in alijs Terris.
18. Bellum gerens ſinè Principis autho-
ritate, tenetur pœna legis Juliae
Maieſtatis, etiā ſi rem bene gerat,
& hoc faciat nomine Principis.
19. Bel-

- 19 Bellum propria auctoritate gerere non licet, etiam aduersus hostes declaratos.
- 20 Armare Naves contra piratas in Sicilia non licet absq; licentia.
- 21 Armare Naves in Hispania ex priailegio omnibus licet contra Mauros, & predones.
- 22 Vassalli cum alijs absq; Domini licentia confederationes inhire no possunt.
- 23 Pacem frangens, vel securitatem à Principe concessam tenetur lege Iulia Maiestatis.
- 24 Vassalus an possit, inscio domino sub alio Principe stipendia matri.
- 25 Vassalus potest se alteri obligare, & quomodo.
- 26 Vassalus, an & quando possit impunè morari cū inimicis domini.
- 27 Vassalus quidam Hispanus nobilis noluit acceptare feudum sibi donatum à Duce Sabaudie absq; sui Regis licentia.
- 28 Vassalli burgenses tenentur iuramentum fidelitatis præstare.
- 29 Princeps potest prohibere ex causa suis vassallis, nè ab alijs stipendia capiant.
- 30 Banni Imperialis pena, eadem est ferè cum pena legis Iulia Maiestatis.
- 31 Princeps potest prohibere suos subditos ex causa, nè ad aliena Regna accedant.
- 32 Princeps solus facit pacem, & inducias concedit.
- 33 Dux Belli non habens speciale mandatum, vel generale cum libera,
- pacem facere, vel inducias concedere non potest, nisi ad breue tempus ex causa.
- 34 Vicerex solus in Regno Neapolitano, & non alijs Prouinciarum Gubernatores, potest asscurare pirates ob captiuos redimendos.
- 35 Princeps in aliquo recognoscens superiorem, si in reliquis est absolutus potest mouere bellum, & quomodo hoc procedat?
- 36 Superiorem in aliqua re recognoscet, in cæteris dicitur liber.
- 37 Belli indicendi auctoritas, præscriptione an queri possit?
- 38 Bellum priuatum pro exequitione iustitiae, quando mouere liceat?
- 39 Executio quando fieri debeat manu armata, fit per familiam Iudicis, & quomodo?
- 40 Familia Iudicis, si non est sufficiens ad execusionem, potest ab alijs protestatibus mutuari.
- 41 Bellum mouere, an liceat sine Principi auctoritate cōtra non habentes Superiorem? Et Saly. locus notatur nu. 42.
- 43 Bellum ad sui defensionem, absente, vel negligente Principe liceat unicū gerere.
- 44 Comestabilis Magnus Regni Neapolitani, absente Rege, & Prorege, habet ius mouendi belū, & quando.
- 45 Princeps bellum absq; voto Consilij non mouet.
- 46 Princeps, si censeat bellum mouendū, & Consilium contradicit, statabitur iudicio Principis, nisi sit notoriè iniquum.

- 47 Subditum inquirere teneantur de iustitia belli.
- 48 Subditi qui ex probabili ignorantia ad bellum sunt eorum Principem secuti, si postea constiterit de iniustitia belli, an teneantur resicere damnna inimicis facta.
- 49 Miles, qui est in Exercitu à quo Urbs aliqua capitur, et diripiatur, num teneatur in solidum ad omnia damna, quæ Exercitus dedit, an verò ad restituendum ea, quæ ipse furatus est supponendo direptione iniustum?

 Constitutio hæc nostra, quamvis sit ita breuis, ut paulo plura verba contineat, quæ ipsam Tituli inscriptio, amplam tamen habet materiam, & duplice sensu, ac utrumq; à Scribentibus communiter receperunt: & licet unus ab altero ita differat, ut nihil prorsus habeat commune, materiam tamen diuersam simul cumularunt, omnia permiscentes.

Primò enim loco hunc *textus* interpretantur, ut per legis nostræ Constitutionem armorum delatio absq; Principis permissione prohibetur. Secundo verò loco tradiderunt, hac lege interdicti omnibus, quominus bella indicere, mouere, ac gerere valeant sine iussu Principis. Ego verò posteriorem hunc intellectum huic nostræ Constitu-

tutioni magis conuenire arbitror. Hoc enim mihi suadent illa verba: *Armorum mouendorum copia tribuatur*; quæ potius bellicis tumultibus, ac publicis motibus, quam priuato armorum usui quadrare videntur, ut aduertit rectè Tiber. *Decian. tracta. crim. lib. 8. cap. 3. de prohi. vsu arm. num. 5.* Non nego tamen axioma illud, quod ex priori sensu elicetur in se esse verissimum, siquidem armorum delatio, etiam antè huius nostræ Constitutionis tempora prohibita fuit, ut accurate docuit Menoch, de arbitr. *Iud. c. 394.* Et Decian. in loco paulo superiùs citato, sed tantū contendō, istum non esse verū, ac genuinum nostræ legis sensum.

Ex his ergo, quæ diximus patet sanciri hac Constitutione, ne quis bellū gerat iniussu Principis. Hoc enim supremi dominij iure ipsi soli est reseruatum, adeò quod absolutæ, ac summæ potestati cohæret, ut ab ipsis Principis persona diuelli, atque abdicari nequeat, *Bodin. de Republ. lib. 1. cap. vli. Baldaxar Ayala in tract. de iur. belli lib. 1. c. 11. n. 9.* & eleganter tradit *Iust. Lips. in sua Republica*, eiusq; rei satis impromptu ratio est, nam ut inquit *Diuus Augustinus* relatus in cap. *quid culpatur 23. quest. 1.* 3 Ordo naturalis mortalium paci accommodatus, poscit, ut suscipiendo belli authoritas pœ-

nes

- nes Principem sit, cùm enim in eum totius Reipublicæ potestas translata sit, l. 1. ff. de constit.
- 4 Princ. Ad eum spectat suos subditos, & à domesticis, & ab externis insidijs tueri, pro quibus propulsandis vñusquisq; adire Principem debet, nec se propria authoritate vindicare, vt eleganter docuit D. Thom. & post eum Caietan. 2. 2. quest. 4. art. 1. Solus de iust. Et iur. lib. 5. quest. 3. art. 5. Viæt. in relect. de iur. belli num. 1. & nouissimè, vt omittam alios Molin. qui omnes huius propositionis rationes cumulauit in tract. inscripto similiter de iustit. Et iur. tract. 2. disp. 100. ferè per totam. Hinc dicebat Isern. in Conf. nostri Regni Neapolit. quæ incipit, Comes vel Baro, sub tit. de his qui Guerram mouerint, quod bellum mouens usurpat id, quod Principis est, authoritatem scilicet animaduertendi in inobedientes, ac rebelles, & Bal. in cons. 483. vol. 1. tres alias rationes adducit, inter quas illa est notata digna, dūm ait, ideo Regem solum posse bellum mouere, & non alios, quia propter bella, territoria, atq; agri, qui Principis sunt deustantur. Hoc autem adeò Reipublicæ rectæ administrationi conuenit, vt in omni bene constituto principatu peculiari lege hoc Principi referuetur, ac grauissimis pœnis alijs interdicatur, vt in Hispanijs per l. 2. tit. 1. par. 2. in
- Gallia, vt refert Rebuff. in l. hostes, de verb. signif. col. s. & in Regno Neapolitanó, in quo sola Magna Curia potest de bello moto agnoscere, vt per Ruum ipsius 47. vbi latè Caravita, & hoc est inter alia iura regalia Regis Gallorum, vt ipse solus agnoscat de portu armorum, hoc est de bello moto, & non de simplici armorum delatione, vt rectè declarat Petr. Jacob. in sua pract. in tit. de mun. quæ impon. rebus, sub rubr. de success. Reg. Francia in 1. 9. priuil. Guid. Pap. q. 437. nu. 7. Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius, in ver. Et uxorem, in 2. dec. nu. 437. post Masuer, per eum citatum, & latissimè Carol. de Grassal. in tracta de Regalib. lib. 1. sure 14. Idem de dicendum foret, etiam alijs in locis, in quibus non adesset particularis cōstitutio, Nam si mouendo bellum, Principis maiestas lœditur, eiusq; authoritas contemnitur, ac usurpatur, est prout lubio dicendum, ad solum ipsum Principem huius criminis cognitionem pertinere, prout & cetera omnia, quæ pertinent ad l. Iul. Maiestatis, vt communiter notatur per Scribentes in cap. 1. quæ sine rega. in vers. Et bona committentium, & latè post alios Tiber. Decian. li. 8. tract. crim. sub tit. quis erit Index in crimin. les. Maiest. cap. 3. 8. Negari autem minimè potest, hoc delictū ad dictam legem Iuliam pertinere, vt infra dicemus. Vnde mi-

ror

ror Guid. Pap. in dict. quæst. 437. in fin. dixisse, Regale illud ius cognoscendi priuatiuè de portu armorum, non iure, sed sola cōsuetudine fundari, cùm ex ijs, quæ dicta sunt contrarium videatur affirmandum; est etiam aduertendum ad id, quod dixit Gulielm. de Benedict. in loco paulò ante citato, dūm voluit, quod si ultra portum armorum patratum fuit homicidium, Rex de Portu armorum, Baro de homicidio cognoscit: hoc enim non videtur verum, absorbet enim homicidij causam cognitio Portus armorum, & censenda erit tanquam appendix annexa dictæ causæ principali.

Ad perfectam verò huius nostri tex. intelligentiam notandum est, illa verba Rubricæ inscio Princeps, & ea, quæ habentur in ipso contextu, nobis. inscijs, & inconsultis, esse interpretanda, ut non sufficiat sola Principis scientia, ad hoc, ut bellum impunè, ac licetè geri possit, sed requiri ipsius expressum, & speciale mandatū, ut docuit eleganter Isern. in cap. Domino Guerram, num. 7. hic finitur lex Corr. vbi etiam Afflict. & hic etiam adnotauit Luc. Penn. & post eum Menochius præcato cap. 394. de arbitr. Iud. num. 27. expendens geminationem illā verborum sex. nostri, inscijs, & inconsultis.

Vterius quærendum est, quādo bellum moueri dicatur, ita-

ut contra hanc nostram legem fiat, quod mihi recte videtur fuisse ab eodem Isern. explicatū in dicta Constitutio. Reg. Neapolis. dūm inquit, bellum motum videri, quando armati homines sub ordinibus, ac Præfectis coguntur, & sub vexillis militibus instruuntur, quia alias non belli motus, sed vis publica dicetur, quamvis armata hominum manu quoduis facinus per patraretur, quod secutus est Pennenſ. & Carauit. in Commento præcitate Ritus M. C. V. 47. nu. 2. & huc spectasse arbitror Hispanā illam Constitutionem, quæ habetur in l. 4. tit. 1 o. lib. 4. de las ordenan. quæ repetitur in tit. 15. lib. 8. noua recopil. leg. 5. qua impo- nitur pœna ultimi supplicij ijs, qui campanas pulsauerint more bellico absq; publica autoritate, hoc est ad finem homines conuocandi, ac concinādi ad bellum, ut recte interpretatur Did. Perez in comm. ad d.l. 4. ordin. & sentij Autil in cap. Praetor. cap. 2. in glos. in verb. confederacion nu. 6.

Est etiam videndum, quæ nā sit pœna imposta ijs, qui aduersus hanc legem faciunt, ac bellū priuata autoritate suscipiunt? & proculdubio dicendum est ex communi cōlensi omnium Scribentium, illos teneri lege luita Maiestatis, per tex. in l. 5. ff. eod. tit. & nē laborem, cumulando authoritates, satis est adduce-

re Martin. Laud. in tract. de bell. quæst. 2. Gigan. de crim. laf. Maiest. sub tit. qualiter, & quibus, nu. 30. & Decian. qui alios congerit in d. tract. crim. lib. 7. sub tit. de varijs mod. quib. crim. laf. Maiest. comm. 14 cap. 9. nu. 12. Quod si belii concinatorem pœnitentia re integra nullo alio delicto perpatrato, ex tra ordinem puniendum esse, censuit Guid. Pap. d. quæst. 437. ad quod videnda sunt ea, quæ scripsit idē Decian. d. lib. 7. c. 35.

Incidit autem in eandem pœ-
15 nam legis Iuliæ etiam is, qui militum delectum habet, ut expressim habetur in d. l. 3. nám non licet priuatis habere milites, l. nemo de re milit. & in Auth.

16 ut neq; miles, neq; fæd. Quamuis jj, qui milites cogunt non præ- uio delectu, sed ut illos habeant ad malum finem, prout sunt illi quos in Italia brauos vocant, non teneantur pœna legis Iuliæ Maiestatis, sed alia expressa in d. leg. nemo, ut scriptum reliquit Tiber. Decian. lib. 8, tract. crim. cap. 3. de prohib. vnu arm. nu. 8. & Aul. in cap. Prætorum, in princ. cap. 2. Semper enim est prouidendum, nè priuatorum potentia supra ciuilem modum excrescat, vndè

17 in Regno nostro Neapolitano prohibentur Barones habere homines recommendatos, ut aiunt, ac sub eorum protectione, ut per Constit. ut vniuersis, & alteram, quæ incipit Ad subiectorum, & per Capit. Regni eiusdem

incipien. Prædecessorum, vers. Sta- tuimus, quibus cōcordat lex Hi- spana, quæ est i. tit. 4. lib. 6. noue recopil.

Nec est prætereundā pulchra Alberici authoritas in d. l. 3. ad l. Iul. Maiest. qui extendit illius, & huius nostri tex. dispositionem.

18 ad eos etiam, qui nomine Prin- cipis, eius tamen iniussu, bellū gerunt, quamvis postea victoriā consequantur, ac rem fœ- liciter administrauerint, cuius authoritatis memor fuit Decian: in præcitate lib. 7. cap. 9. num. 12. adducens tex. in l. desertorem, §. in bello, ff. de re mil.

Est etiam adnotandum, adeò latè huius nostri tex. prohibitio-

19 nem patere, ut in eam incidat etiam illi, qui bellum mouent aduersus hostes iam declaratos, veluti Mauros, & Turcas, nám neq; id licet sine Principis permitione, ut latè firmat Paris de Puteo in tract. de duello lib. 5. q. 23. adducens ex Tito Liuio exem- plia de Asellio prouocato à Tau- rea Iubellio, ac de Tito Manlio, qui sine iussu Consulis, nequè aduersus publicos hostes, etiam prouocati pugnare voluerunt.

20 Et in Regno Siciliæ hoc in spe- tie peculiari sanctione prohibi- tum fuit per Pragm. Reg. Cathol.

21 in anno 1493. Indè fit, ut in Hi- spanijs ad euitandos frequentes Maurorum incursus per legis beneficium concessum sit vni- cuiq; in maritima Ora priuile-

gium

gium armandi Naves contra prædictos , vt in l. 21. lib. 6. tit. 4. nou. recopil.

Similiter nec licet vassallis facta cere confederaciones, ac fœdus inire cum alijs , absq; Principis licētia, vt notat Iaco. in sua inuest. in verb. de adharentibus nu. 9. allegans Bar. in l. 2. col. 2. de colleg. illic. & Bal. in l. 1. §. conuenticulas , de pac. iur. firm. ad quod videndum est quod cauetur lege Regia Hispana in l. 1. & 2. tit. 14. lib. 8. recopilat.

Incidit quoq; in hanc legem 23 & is qui pacem frangit, rumpes securitatem publicam à Principe concessam , vt latè explicat Decian. in d.lib. 7.c. 16. de frang. secur. per tot..

Sed & quæstionis est , an per 24 hanc nostram Constitutionem sit prohibitum vassallis alicuius Principis sub alio stipendia mereri absq; sui domini permissione? & quidē Bal. in l. 2. sup. de oper. 25 lib. inquit posse vassallum vnius, alteri le obligare quoad obligationem perlonalem, vt eius verbis utar, & non vassallaticam, & realem, quem sequitur Azeued. in l. 2. num. 5. tit. 4. lib. 6. recopil. post Greg. Lop. in gl. 2. leg. 8. tit. 25. p. 4. faciunt ea , quæ cumulat Fælyn. in cap. dilecti, de maior. & obedient. quod homines mei non possunt me inuitio subijcere se alteri , allegat Innoc. in cap. olim, il terzo, de rest. spoliat. in cap. cum dilectus post med. de relig. dom. Bal. in c. licet, co. 7.

de probat. Ad hæc spectat ea, quæ dicuntur, quod dominus potest reuocare suos vassallos , de quo alias diximus. Et in proposita specie hoc firmauit in terminis Idem Gregor. Lop. in l. 13. in glof. fin. tit. 2 s. par. 4. affirmans, posse Baronem sui lucri causa, mereri stipendia sub Principe Christiano, ita quod in nullo noceat suo Regi, aut Regno, quin immò ultius procedit, dicendo, idem licere etiam sub Principe inimico sui domini, in bello tamen cōtra alium Principem, de quo dicto satis ambigendum cēsio , 26 nam licet vera esset conclusio, posse vassallum morari cum inimicis domini , si nihil contra ipsum machinetur, eiūè noceat, de qua latè Isern. Cæteriq; Feudista in cap. 1. §. porrò, Quæ sit prima cau. benef. amitt. Affl. decis. 307. nu. 28. Negari tamen non potest, quin saltim vassallus in eo , domino suo noceat, quod reddat eius inimicum potentiores, audaciores, & magis aptum ad offendendum , dum illum iuuat ad superandum , vel resistendum alteri eius inimico. Vnde ab hoc omnino cauendum arbitror . Sunt enim huiuscemodi res satis delicate tractandæ , nè Principis iram prouocando cogatur vassallus etiā super eo, quod sibi licuisse putat in vinculis se defendere, vt benè consuluit Isern. 27 in præcitato §. porrò. Vnde prudenter fecisse mihi videtur his

diebus, Nobilem Hispanum, cui virtutis causæ cùm donasset Serenissimus Dux Sabaudia quodam feudum, quamvis posset scire in iure esse expeditum, quem posse esse vassallū duorum, ut Zabarell. in c. ad Apostolicae, de fene. & re iud. quia hoc facere nō posset, inuitio, vel ignorantia domino suo, cui est vassallus ligius Capyc. in inuest. in ver. Ligium, fol. 234. concl. 13. illud non acceptauit, nisi præcedente licentia Potentissimi Regis nostri, qui eam impertitus fuit, prævia consulatione huius Supremi Consilij Italici. Et vt hanc questionem absoluamus, est aduentendum id, quod dictum est, procedere non solum in vassallis, qui feuda, vel aliquod beneficium tenent à domino, sed etiam in ijs, qui nihil habent, sed subditi vocantur, quia Regnum incolunt, vt per Gloß. in clems. unica. in ver. subditos, de for. comp. Quos in Regno Neapolitanō Burgenses vocamus, vt dixit Iser. in Constitut. Regn. quæ incipit Prosequentes, 28 qui ratione Terræ, aeris, & aquæ tenentur iuramento fidelitatis, vt per eundem Iser. in cap. 1. qual. vas. iur. deb. fidel. ex cuius iuramenti obligatione sunt astricti ad ea, quæ continentur sub eius forma, Alex. conf. 79. vol. 1. col. 5. Affl. dec. 265. num. 49. Et deniq; 29 potandum est, quod etiam in casibus, in quibus licet vassallis sub alijs dominis militare, po-

test dominus hoc illis prohibere ex causa, illosq; reuocare, quemadmodum eleganter tradidit Gregor. Lop. in præcitatā glossa, l. 13. tit. 25. par. 4. & hoc ysu receptum esse in Terris Imperij, affirmat Petr. Bellin. in tract. de 30 Bello, dicens, recusantes parere, subiici han no Imperiali, quod est ferè, ac si dicaretur teneri poena legis Iuliæ Majestatis, qui nimmò superioribus annis in bello, quod à Summo Pontifice parabatur pro recuperatione Ciuitatis Ferrariae, scimus ab aliquibus Principibus Italis vetatum fuisse suis subditis, nè eo in bello se immisceret, vel ab alio Principe stipendia acciperent. Idq; fundari potest per ea, quæ notantur per Scrib. in l. Mercatores, supra, de coll. & merc. ex quo 31 tex. dēducitur, posse ex cœla dominum prohibere subditis, nè ad aliena Regna accedant, quæ omnia minimè sunt dubitanda in hoc Regno Neapolitano, quia vt docuit glossa in Confl. quia frequenter, Rex est dominus personarum, & non potest vassallus obligare alteri eius personam sine eius consensu, Affl. dec. 32 307. num. 2. Sicut autem solum ad Principem spectat bellum indicere, ac mouere, ita etiam suum est ipsum finire, vel in totum per pacem, vel ad tempus 33 per inducias; neq; potest id facere Dux belli, nisi sint inducias ad breue tempus, & aliqua ex-

cau-

caula, veluti corporum curandorum, vel sepeliendorum, secundum opinionem Fulgosij, quā sequuntur Alex. Ias. Duarenus, & post alios Io. Orosc. nu. 10. in l. conventionum, ff. de pacē. & nouissimè Mendoz. in lib. de pactis, cap. 9. vel nisi habeat speciale mandatum, Speculat. in tit. de iure. Et pac. §. hoc quoq; vel generale cum libera, ut habent Locumtenentes, per ea, quæ habentur in cap. significasti, de elect. Et in l. 1. §. à Prefecto, de leg. 3. cum alijs multis, quæ ad hunc propositum adducit Frecc. in tract. de subfeud. lib. 2. cap. quis dicitur Dux, nu. 27. Et Capyc. in dec. 27. num. 4. Et Io. Grand in lib. de bell. exulum, in cap. quæ sint specialia, in sexto speciali.

34 Ex quibus in Regno Neapolitano constitutum est, soli Proregi, qui est Locumtenens, & Vicarius Regis, non autem alijs Gubernatoribus Prouinciarum licere assecurare piratas, easq; inducias concedere, etiam ob redimendos captiuos, ut per Pragmat. unicam, sub tit. de Piratis non assecurandis, quod non putarem prohibitum, quando Princeps non posset contulī, & periculū esset in mora; puta si piratae ve- lint assecurari, ut captiui redimi possint, faciunt, quæ de breuitate, & modicitate temporis scri buntur, & de ijs, quæ tempore sunt peritura, & quod paulò ante dictum est, quod inducias potest facere ad breue tempus,

qui alias non habet potestatem, inducias faciendi.

Principem verò, qui ius hoc 35 supremum belli mouendi habet intelligimus non solum illum, qui nemini est subditus, vel Rempublicam, quæ suis legibus vivit libera ab omni subiectione, sed etiam illos, qui a aliqua in re, puta census præstatione, vel in tributo annuo recognoscunt alterius superioritatem, sed ex legitimis, & præscriptis consuetudine ius belli gerendi sibi vendicauerunt, ac eo bona fide v̄si sunt, & vtuntur, ut ex Casetani mente docuit Veter. in præcitat. relect. de iur. bell. nu. 9. Et c. Alphons. de Castr. de iusta ha- ret. punit. cap. 14. Quales esse di- cit Duces Ferrariæ, & Mancuæ, cui opinioni etiam subscribit se Molina in præallegata disp. 100. penult. column. Qui tamen dubi- tant, an hoc procedat in Princi- pibus Imperij, quæ omnia satis 36 ex eo fundari videntur, quod quamvis aliquis Princeps, vel Respublica aliqua in re supe- riorem cognoscat, in cœteris ei remanet libera potestas, atq; ab- solutum dominium, Bal. in letiā sup. do iur. dot. Pet. Ancha. conf. 138. Dec. conf. 360. col. 4. aliq; Scribentes per Restaur. Castal. in tractat. de Imper. q. 109. Nec supradictis contradicit id, quod voluit hic Rebuff. dum tradit ius hoc supre- 37 mum belli mouendi non pos- se acquiri præscriptione. Is enim

loquitur in subditis alteri in omnibus, qui huius iuris, quod in solis Principibus cadere potest omnino sunt incapaces. Viterius etiam progrediendo, non omittendū est id quod ad hunc propositum Sribentes voluerūt, dum dixerunt etiam Regulis, & potestatibus, ac dominis alteri Principi subditis, si tamen merum Imperium habeant, licere bellum mouere; tribus tam men concurrentibus, scilicet, quod sit intus eorum territoriū, quod fiat aduersus suos vassallos, & quod geratur pro executione iustitiae, ijs in casibus, quibus licet Iudici manu Regiam suam iurisdictionē tueri, ex quo hoc non propriè publicum bellum dici possit, sed priuatum; immo potius executionem iustitiae, nec in eo belli leges sibi locum vendicarent, vt docuit Bartol. in l. hostes, num. 11. ff. de cap. Et postlim. reuers. & antē eum Innoc. quem sequuntur Hostiens. Anton. de Butr. Anch. Ceteriq. Sribentes in cap. cūm olim, de restitut. spoliat. Abb. in cap. sicut, nu. 3. de iur. iura. latē Calderi. in consil. 1. de treg. Et pace. Adeo quod Molina in d. disput. 100. dicit, hoc nullam habere dubitatio-

38 nem. Ego verò hoc passim non admittendum censeo, nām quāuis liceat habētibus iurisdictionem compellere suos subditos, & cogere quatenus iuris est ad sibi parendum, manu, vt dici

solet, armata, vt docuit Bald. in sua Margarita, in ver. Index, ex regula tex. in l. qui restituere, ff. de restituend. cum simil. hoc tamen totum per Iudicis familiam expediendum est, vt inquit Glos. communiter recepta in d. l. qui restituere, & si eius familia non 40 est sufficiens, potest alios sibi adiungere, & à vicinis Potestatibus familias impetrare, vt notat Io. de Plat. in l. in fiscalibus, sup. de Exact. tribut. & plenè ex recentioribus Auiles in libr. de cap. Prætor. cap. 2. in verb. usurpan. & vide notata, & tex. in l. non est singularis, ff. de regul. iur. Non autem 41 milices cogendi sunt, atq; armati homines sub vexillis, & ordinibus, prout in bello publico fieri solet, quia solūm in publicis negotijs ad Principem, vel ad Rempublicam spectantibus, nō autem in huiusmodi rebus tutio militaris tribuēda est, vt inquit tex. in l. fin. sup. de his, qui latro. occuli. Cauendum ergo erit, nē aliquid in hac executione iudicaria fiat, quod belli speciem representet; led si vires ipsius nō sufficiunt, debent Barones adire Principē, & ab eo vel auxilium, vel veniā belli gerēdi impetrare. Similiter nec tutam puto opinionem Salyc. in l. ab hostibus, supra, de capti. Et postli. reuer. colum. penult. vers. si autem ē conuerso, dicentis, subditum etiam abl. quē sui domini licentia posse bellum mouere contra illos, qui

- superiorem non habent. Vide-
tur enim hoc dictum generali
huius Constitutionis regulæ, &
communi DD. scholæ repu-
gnare, vt benè notauit Petr. Belli.
post alios per eum citatos in li-
bello, de re milit. iij. s. num. 6. Illud
autem extra controuersiam est
ad sui necessariam defensionē,
43 & quando Princeps vel negli-
git, vel absens est, ita vt frustra
eius iussio expectaretur, posse
subditos bellum gerere se defen-
dendo, vel ē offendendo, si opus
fuerit, idq; omnes Scribentes af-
firmant, sed certè absentia Prin-
cipis non sufficeret, si esset in
Regno prælens eius Legatus,
Archid. in cap. quod autem. 23. q. 2.
- 44 sicut in Regno Neapolitano est
Prorex, & eo absente Magnus
Comestabilis, vt docuit Frecc. de
feud. in tie. de Offic. Magni Comest.
in fin. Non autem adeò libera est
45 potestas Principis in decernen-
do, ac mouendo bellum, vt so-
lus, & ex capite suo id constitue-
re dñebeat, sed omnia debet de-
cernere, adhibita maxima con-
sultatione Procerum sibi in cō-
ſilio existentium, ad hoc, vt bel-
lum dici possit iustè motum
Ifern. quem *Cæteri* sequuntur in
cap. domino guerram, hic finit lex,
46 additq; aliud satis notandum,
dicens, quod si Princeps censeat
bellum decernendum, & Cōſili-
lium dissentiat, ipsius Principis
iudicio standū erit, nisi euiden-
ter appareat de eius iniuitate.

Sed quid dicendum facta iā
à Principe deliberatione de bel-
lum mouendo, an subditi, qui
ad illud Principē sequi astrin-
guntur, inquirere in conſcien-
tia teneantur de iustitia belli,
vel nulla diligentia circa hoc
adhibita militare possint? qua
in difficultate DD. infra citan-
di tres distinxerunt casus. Pri-
mus, quando manifestè ipsis cō-
stat de iniustitia belli. Secun-
dus, quando appetet de iustitia.
Tertius, quando sunt in dubio.
Primò casu, nullo pacto Prin-
cipem sequi tenentur, nec ipsis
militare licet: est enim contra
legem interficere innocentem,
et si id cum Principis authorita-
te fiat: probatur, quoniam, qui
impedire potest damna grauiſ-
ſimā, quæ bello iniusto proxi-
mis inferuntur, sanè lethaliter
peccat, nisi illa impedit, tene-
turq; ad eorum restitutionem.
Secundò, res est notissima, po-
steriori verò casu, & sic quando
res est dubia licet militare abſ-
què peccati labe possunt, ac pa-
rere Principi, pugnare præci-
pienti tenentur, quod extendi-
tur etiam ad alienigenas mer-
cede conductos, qui continuis
ſtipendijs sub eodem Principe
degunt, tām tempore pacis, quā
belli, quoniam hi tanquam fa-
muli reputantur, quod tamen
restringe, nisi talia eſſent indi-
cia, & argumenta de iniustitia
belli, quod ignorantia non ex-

cularet etiam huiusmodi subditos militantes; posset enim talis esse ignorantia, quæ crassa censeretur, hoc eleganter adnotarunt *Victo.* de iur. bell. 1. par. select. 6. num. 22. cum plurib. seqq. *Gabr.* in 4. dist. 1. s. quæst. 4. concl. 4. *Sotus de iust.* & iur. quæst. 3. art. 3. ad primam *D. Thom.* *Molin.* tom. 1. de iust. & iur. tract. 2. dist. v 13. per totam, *Angl.* in 2. par. *Theol.* quæstio. in tit. de restit. ex bello iusto.

Sed illud circa hoc eleganter
48 potest dubitari, verum subditi illi, qui ex probabili ignorantia ad bellum iniustum sunt eorum Principem secuti, si postea constiterit eis de iniustitia belli, teneantur damna reficere, & restituere, & hoc etiā in ipso Principe? Resolutiū, & negatiū respondendum, nisi in quantum locupletiores facti sint, & res nondūm consumplerint: ratio est in promptu; cum ex probabili ignorantia non peccarint, ut bene aduertit *Victor.* ibid. nam. 3 s. & *Molin.* circa finem.

Sed quid dicendum in mate-
49 ria, in alia elegantia quæstione, & est, nū Miles, qui est in Exercitu, à quo Vrbs aliqua capitur, & diripitur, teneatur insolidum ad omnia damna, quæ Exercitus dedit, an verò ad restituendum ea, quæ ipse furatus est, superponendo direptionem iniusta, sicut *Scribentes* exemplum posuerunt in direptione Vrbis Romæ à Bourbonio facta? & tres

fuerunt in hac specie sententiaz; Prima, vt ad omnia damna quilibet Miles insolidum teneatur, in defectu aliorum, quia ipse fuit causa cum alijs direptionis, ideoq; ad integrum damnum reficiendum sic obligatus, ita censuit *Adria. Pontif.* de restitutio. quæst. 1. *Caieta.* 2. 2. quæst. 6 2. art. 7. *Sot. de iust.* & iur. quæst. 3. art. 3. *Couarr.* in regul. peccatum, par. 2. §. 1 2. ad finem. Altera fuit sententia *Nauarr.* in manua. c. 17. n. 20. Militem teneri tantum ad restituendum, quod ipse furatus est. Tertia fuit *Molin.* sententia in tract. de iusti. & iur. to. 3. disp. 7 34. qui utramq; moderatus, voluit militem, nè ad id, quod facere non posset obligatus, spem omnem veniam consequendi amitteret, ad id, quod ipse diripuit teneri, & ulterius ad aliquā quantitatē prudentis, atq; pij, Religiosiq; Viri arbitrio, & hęc mihi sententia amplectenda videtur, quæ & nimio rigore homines ad desperandum de salute non inducat, & è contra facilite satisfaciendi ab huiusmodi facinoribus homines deterrat.



D E P A L A T I S ,
& Domibus Dominicis.
Tit. LXXVI.

IMPP. THEOD.
& VALENT. AA.
IOANN. COM. RER. PRIVAT.

LEX VNICĀ.

Cōsecratas nobis eōdes,
idest inclyta palatia ab
omni priuatorum vsu, &
cōmuni habitationē ex-
cipimus.

S U M M A R I V M .

- 1 Palatia sunt de regalibus.
- 2 Regalia non vniunt in generali cō-
cessione.
- 3 Palatum, Domus dominica, Basili-
lica, & Aula sunt synomina.
- 4 Palatum vnde sit dictum.
- 5 Basilica est verbum Gracum.
- 6 Differentia inter Basilicam, & Ec-
clesiam.
- 7 Palatia non solum dicuntur Regum,
sed etiam Reipublica alteri non
subditae.
- 8 Priuati non possunt in Palatio ha-
bitare, neq; circa, nisi ipsi Principi,
aut Reipublica inseruiant.
- 9 Item in eo non nisi imagines Prin-
cipis depinguntur, atq; nuptiae cele-
brantur.
- 10 In Palacio arma deferri nō possunt.

- Ampliatur etiam in Palatio Rei-
publicae liberae. ibid. Limitatur in
Palatio Ducis, Comitis, vel
Marchionis nu. 11.
- 12 Aedificia adhaerentia domibus do-
minicis diruuntur.
 - 13 Equi, vel currus in Palatijs Re-
gijs introduci non possunt.
 - 14 Excubia ante Palatum fieri de-
bent.
 - 15 Delinquentes in Palatijs Regijs pro-
prium Iudicem sortiuntur. Et ulto-
rime supplicio damnantur n. 16.
 - 17 Priuilegijs, quibus gaudet domus do-
minica, gaudent etiam ipsius con-
finia.
 - 18 Domus appellatione, comprehendū-
tur etiam ostium, scala, & hortus
ipsius.
 - 19 Et an porticus ipsius etiam com-
prehendatur, variae. Scriben-
tium opiniones referuntur, & exa-
minantur ab Authore.
 - 20 In palatijs Regum baptizari potest.
 - 21 Palatia Regia habere solent Capel-
lam exemptam, ac Regios Capel-
lanos, qui Ordinarij iurisdictioni
non subsunt, ex decreto Sacri Con-
cil. Trident. dummodo actu ser-
uant.
 - 22 Tenor priuilegij exemptionis prædi-
cta inspiciendus est.
 - 23 Capellanus Maior tanquam Pre-
latus exemptus in suos subditos po-
test exercere iura Episcopalia.
 - 24 Exemptio data Capella extendit
etiam ad locum ipsius, & ad om-
nes Capellanos, secus si deitur Ca-
pellanis, quia tunc locus non erit
exemptus.

- 25 Principes in eius Palatio Capellam propriam non habens, cui conficeri debeat? quae sium proponitur. Resolutur nu. 27. Ⓛ 28.
- 26 Principes omnes in spiritualibus sub sunt Ordinario Prælato.
- 29 Iudices in Aula Regia iudicia exercere debent. Et si alibi resident puniuntur num. 30. De quo duæ afferuntur rationes num. 31. Ⓛ 32.
- 33 Domus Regia, vel Officialium ubi non adest, Vniuersitates non possunt astringi ad dandum domum Rectoribus, ac Capitaneis ipsarum. Sed Iudices predicti preferuntur in locationibus nu. 34.
- 35 Camilli Borrelli consil. 2. examinatur.
- 36 Palatia Regia prescribi non possunt.
- 37 Officinae mechanicae in Palatijs Regijs esse non debent.
- 38 In Palatijs Regijs, tanquam in capite Ciuitatis possessio ipsius loci, ac Imperij accipitur.
- 39 In Ciuitatibus, in quibus non adest Regia domus, Principi datur melior, ac magnificentior illius loci.
- 40 Domus priuatorum pretio iusto capi possunt, etiam ipsis inuitis, pro construendo Palatio Regio.
- 41 Delinquentes non possunt extrahi à Palatijs Regijs, sine iussu Regis, vel Domus Prefecti. Fallit in Palatijs aliorum Dominorum aliqui Principi subditorum nu. 42. Et quid si configiant ad domum alicus, qui ex priuilegio Principis, vel consuetudine prætendat es-

- se immunis? num. 43.
- 44 Domus Nobilium, in Regno Aragonum habent immunitatem.
- 45 Item Domus Legatorum eodem priuilegio gaudent in Hispania; Sed contrarium videt Author seruari.
- 46 Quid in domibus Cardinalium?
- 47 Damnatus, qui ducitur ad supplicium configiès ad Ecclesiam, vel alium locum immunem, an fit tutus?
- 48 Domus Episcopi, an gaudeat immunitate, qua gaudent Palatum Principis, ac Ecclesia? quatuor referuntur opiniones, Ⓛ num. 49. Ⓛ 50.

Verba. Etat hæc lex priuatas personas Principis palatia habitare, quod etiam sequentibus temporibus alia sanctione constuerunt Archad. Ⓛ Honor. vt legitur in Codice Theodosiano in l. vniica, in tit. nè quis in palatijs maneat: sunt enim palatia de Regalibus, cap. 1. vers. Ⓛ palatia, quæ sint Regalia, vbi Iser. Bal. Prepos. Affl. Cæteriq. Scribentes notant; & ultra eos Peregr. de iur. Fisci, lib. 1. tit. 1. num. 26. Cassan. in Catalogo glo. mund. par. s. consider. 24. vers. 17. Castald. in tract. de Imperat. quest. 86. Capyc. in inuest. feud. in vers. hospitijs, qui ex hoc infert, 2 quod cum Regalia non veniant in generali concessione, vt per Constitut. huius Regni, Ea quæ ad decus, lancitum est, si Rex con-

ce-

cedat alicui Ciuitatem, vel Oppidum, in quo esse palatum Regium, videtur palatum non esse concessum, ideoq; apponuntur in huiusmodi concessionibus illa verba, *Cum palatijs, For-
telicijs, &c.* Accipiuntur autē ferre prō synonimis hæc quatuor: Palatum, Domus dominica, Basilica, & Aula, quamuis, cùm in hac Rubrica disiunctiūe ponantur palatia, ac domus dominica, differentiam aliquam, ac diuersitatem dari inter ea posse videatur. Palatum verò vnde dictum sit apud Interpretes iuris dubitatum est. *Lucas enim Pennenſ. hic* putat, palatum dictum esse à Pallade Principe Arcadię, in cuius honorem Oppidum cum Regia ædificatum, palatum vocatum est, *Io. de Plat.* putat à palando dici, eò quod domus dominica sit ita ampla, vt in ea multi vagari, ac palari possint, *Gregor. Lop. in l. 2 9. tit. 9. par. 2. censuit*, palatum ex eo de nominari, quod ibi Princeps palam ad iudicandum, ad comedendū, & ad amena loquendum (vt eius verbis utar) se præbeat. Basilica Græcum verbum est, idemq; significat, quod Romana lingua, Regia, neq; à palatio differre videtur, quamuis Ecclesia quoq; Basilica nominetur, quasi domus Summi Regis, *gloss. in extraagan. 1. de pœnit.* *& remiss. in ver. Basilicas, et si inter Ecclesiam, & Basilicam ab*

aliquibus differentia constituatur, vt Ecclesia dicatur propriè Templum, quando est consecratum; Basilica verò antè consecrationem, *Abb. in rubr. de con-*
secrat. Eccl. vel Altar. Io. Andr. in cap. nobis, de iur. patr. Scrib. com-
muniter in cap. Ecclesia, de immu-
Eccles. Aula verò licet prō pala-
tio usurpetur, verè non est, nisi pars ipsius; ita notat Zabarell. in
7 clem. 1. de baptis. Dicuntur autem palatia non solùm Regum, sed etiam Reipublicæ, quæ alteri nō subsit, vt obseruauit *Luc. Pennen.* in l. 3. in princ. infr. de metat. Huius autem prohibitionis, quæ in hoc Imperatoris rescripto habetur multiplex ratio esse potuit; quandoquidem Prima afferti potest ratio reuerentia, quæ debetur rebus Principis, quasi sacris, idq; probat verbum illud *Consecratas*, vt *Pennenſ. hic* adnotauit. Altera ob securitatē, vt tradit *Angel. in l. si cui, supra, de*
ædific. priu. Ultima propter secretum, quod Principis palatio debetur, *l. quicunq; supra, de oper. publ.* & ideo debet esse in Insula, vt tradit *Rebuff. in commentar. ad*
l. impensa, §. utiles, ff. de verb.
8 significat. Sunt & aliæ quoquæ prærogatiæ, ac præminentia Regiæ domus ultra prædicta; siquidem non solùm in ipso palatio, sed nec etiam circa licet priuatis habitare, nisi ijs, qui ipsi Principi, aut Reipublicæ inferiunt, *d.l. quicunq; de operib.*

publ.

publ. Isti autem admittuntur, quia sunt spectatæ, ac probatæ vitæ, & opinionis, ita *Luc. hic per rex in l. omnium, sup. de testam.*

9 Altera est, vt his Regijs domibus alterius quā Principis imagines depingi, aut nuptiæ celebrari non possint; hoc enim innuit lex nostra illis verbis: *Ab omni priuatorum vſu, &c. & expressim cauetur in l. basilicam, quam ita Salyc. interpretatur sup. de oper. publ. idq; vſu receptum in Hispanijs vidi; siquidem puellæ Reginæ obsequio dicatæ, quamuis nobilissimæ, in Regio palatio minimè viris tradūtur. Tertia est, vt ad palatum Principis nemo arma deferre possit, cap. 1. §. ad palatum, de pac. tenend. vbi id notant Ifern. Affl. Aluarot. & alij numerati à Tiraq. in tract. de nobilit. cap. 20. nu. 73. cum seq. & à Par. de Pst. in opere de sindic. in ver. notorium iudicij cap. 1. nu. 8. quod & in palatio Reipublicæ liberæ procedere voluit Bald. in d. cap. 1. vers. ad palatum, quibus nouissimè accedit Tib. Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 3. de prohib. vſu arm. nu. 61. Hæc autem in Duce, Comite, vel Marchione minimè locum habere opinatur Marin. Frecc. lib. 2. de diff. feud. in 12 40. diff. Quarta est, vt adhæretia ædificia domibus dominicis diruantur, l. edificia in precit. tit. de 13 oper. publ. Quinta, quod equi, vel currus in palatijs Regijs non possint introduci, vt cavit præ-*

allegatus *tex. in l. basilicam*, hinc forte vſu receptum videmus in portis domus Regiæ poni catenas, nè equi, aut currus valeant introire, quod tamen intelligitur prohibitum, dum Princeps ibi habitat, per ea, quæ notauit Bart. in l. 2. ff. de aur. & arg. legat. & Ias. in l. eius qui in Provincia col. 14 vſu ff. si cer. pet. Sexta est prærogatiua excubiarum, quæ antè palatum fieri debent, & eas defterens, grauiter punitur, l. qui excubias ff. de re milit. l. 1. vers. quies 15 ff. de offi. Praef. Vrb. Septima, vt delinquentes in palatijs Regijs proprium Iudicem fortiantur, qui in hoc Regno est Magnus Senescallus, alijs in Regnis dominus Regiæ Maior Praefectus, de quibus videñdus est Marin. Frecc. in lib. de subfeudis cap. de offic. 16 Magni Senesc. lib. 1. Octaua præminentia est, vt delinquentes, ac offendentes aliquem in palatio Regio, grauius puniantur, vt bis ultimo suppicio duos affectos vidisse refert Cassan. in catalog. glor. mund. par. 5. consid. 24. nu. 125. sequitur idem Frecc. in paulò antè citato loco, idq; auctoritate Bal. in l. 1. supra, de his qui 17 propter met. iud. non app. Nona, vt his priuilegijs non solùm gaudeat domus ipsa dominica, sed etiam ipsius confinia, Alber. in l. presenti, supra, de his, qui ad Eccles. confug. quem sequitur Dom. Praef. de Franch. dec. 402. num. 3. Com- 18 præhenditur etiam appellatio-

ne domus oltium ipsius domūs,
Bar. in l. 1. de cloac. Item Scala,
Bald. in l. fistulam, in fin. ff. de serui.
verb. præd. Item hortus l. Olimpico,
eod. tit. de seruit. verb. præd. Nec non
& area ad eius vsum compara-
ta, l. testatrix, ff. si seruit. vendic.

19 De portico autem ipsius do-
mus satis inter Scribentes varia-
tum est, dūm hanc quæstionem
tractant in terminis statuti a-
criùs puniētis delicta commis-
sa in domo; & quod veniat por-
ticus appellatione domus, voluit
primūm Guid. de Suza. in suis
quest. statutar. & Alber. Galeat.
cuius verba transcripsit Specul.
in tit. de iniur. vers. pone in statuto,
Gandin. in tit. de pæn. & eandem
tenere videtur Alber. in d.l. præsen-
ti; nām quamuis recitet opinio-
nes, dicit istam vñu receptam
propter terrorem maleficiorū:
& Barbat. in cons. 33. lib. 4. num. 5.
& ea videtur sequi lo. de Visch.
in tract. de immun. Eccles. par. 1. nu-
m. 80. & Remig. Goni. in eodem tra-
cta. ampliat. 7. num. 2. & 3. prò
qua fundanda adducitur Pri-
mò tex. in l. cætera, §. hoc Senatusc.
ff. de legat. 1. in qua prohibitio
illius Senatusconsulti loquens
de domo extenditur ad porticū:
adducitur etiam tex. in l. qui edes,
ff. de incend. ruin: & naufrag. qua-
cauetur incendiarium domus;
ac porticus eadem poena tene-
ri: adducitur prædictis etiam
cap. si quis contumax 17. questio. 4.
ex quo habetur, immunitatem

Ecclesiæ atrijs, ac porticibus ip-
sius Ecclesiæ dari; ad idem cita-
tur tex. in l. si quando, supra, de oper.
publ. vbi porticus, & domus pro-
miscuè ponuntur; quibus suffra-
gari videtur id, quod dicitur, do-
mo legata, omnia eius addita-
menta venire, l. prædijs, §. penult.
& fin. ff. de leg. 3. ac ædificia con-
tinentia iudicari eo iure, quo
consentur principalia, l. ædificia,
l. qui in continentibus, ff. de verb. si-
gnific. cum simil. Negatiuam verò
opinionem amplexi sunt alij ex
Scribentibus, eò quod in pœnali-
bus stricta fit interpretatio,
l. interpretatione, ff. de pæn. maximè
in statutis, l. ait Prator, §. hac. ver-
ba, ff. de negot. gest. vbi Scribentes
communiter hoc notant; at por-
ticus propriè domus non est,
quæ ex solo parietibus, & tecto
constat, l. solum, cum glo. ff. de rei-
uend. ergò dispositum in mate-
ria stricta in domo, non proce-
dit in porticu, qui extensiù, &
non propriè domus appellatio-
ne venit, vt notat Bart. & alij in
d. §. hoc Senatusconsulto, & tenuit
Dom. de Franch. in præcit. dec. 40 2.
num. 8. cùm ipsius additamen-
tum, atq; ornamentum sit, ad
tex. in l. penult. ff. de verbor. signific.
Tertia fuit sententia Iacobi de
Arena, Bar. Bal. & aliorum in d.
§. hoc Senatusconsulto. & Cæpoll. in
tract. de seruit. in ca. 44. de clauistro,
qui voluerunt, verba statuti at-
tendenda esse; nām si loquantur
puniendo delictum factum in-

do-

domo, si in porticu fiat, statuto non comprehendatur, secus si loquatur de commissis ad domum, quo casu affirmatiua opinio procedat, quia porticus, quasi accessorium domus, vigore dictio[n]is illius ad venire videtur; atq[ue] ita distinctionis fœdere præcitat[us] contrarias opiniones conciliare videntur verbali potius (ni fallor) quam reali concordia. Vnde quarta orta fuit opinio *Floriani in l. quidam Hiberus, ff. de seruit. verb. prædior.* qui voluit, opinionem affirmatiuam amplectendam esse, quando porticus est domui annexus, ita ut meritò domus pars censeatur, secus si porticus per se stetit quid separatum, quia domus appellatione non veniet. Quinta tandem opinio fuit *Ang. Aret. in tract. de malefic. in vers. fecit insultum*, qui *Floriani sententiam probat in portico domui annexo, quando vero porticus separatus est, tunc in fauorabilibus etiam domus partem censemendū esse arbitratur, licet secus in odiōsis, quæ opinio mihi verior videtur, & in eius decisione, habenda præoculis est opinio Abb. in cap. i. de decim. dūm dixit, questionem hanc secundū statuentium mentem esse diffiniendā, & quoniam ex prædictis apparet facilis responsio ad iura, & rationes præcitat[us] & quomodo ad concordiam redigantur, vlt[erius] non insisto. Decima præ-*

rogatiua est, vt baptizari possit in palatijs Regum, vt statuit *Summus Pontifex in clement. i. de Baptis.* non enim habet locum tit. authent. vi in priuatis domibus **2.1** *sacra mysteria non fiant*; Immò solent habere Capellam exemptam, ac Regios Capellanos, *cap. cum capella, de priu. idemq[ue]* caustum est in *Sacro Concil. Trid. sess. 2. 4. de reform. cap. ii.* quod sint exempti ab Ordinarij iurisdictione, dummodo actu seruat: quæ autem priuilegia sint ultra exemptionem concessa Capellæ prædictæ, non potest satis certe **2.2** diffiniri; nam tenor priuilegij exemptionis inspiciendus est, *cap. per exemptionem, in fin. de priu. in 6. cap. porro, & cap. recepimus, eo. tit. in eo enim, quod non reperitur priuilegiata Capella prædicta, & eius Capellani sub Ordinarij iurisdictione sunt, cap. omnes Principes, cap. solita 6. de maior. & obedient. vt in specie notat Abba. in dict. cap. cum capella, num. 3.* **2.3** quæ tamen iura possit Prælatus exemptus exercere, vide *gloss. in clement. prima, in verb. proprij, de rebus Eccles. non alienand. & ibi Cardinalem, vide etiam Abbatem in c. primo, codem titul. de rebus Ecclesia non alienandis, & Navarr. consil. 2. 3. in titul. de priuileg. Quando autem exemptione data est Capellæ, non solum locus ipsius, sed omnes Capellani contentur exempti: secus si exemptione de-*

tur

cur Capellanis, quia locus capellæ non erit exemptus, ut decidit notabilis tex. in d. cap. per exemptionem, de privileg. in 6. ubi Ioan. Monach. Anchar. Franc. Cæteriq. Sribentes, ac in d. cap. cùm Capella
 25 latius prosequuntur. Quando autem Princeps in eius palatio capellam propriam non habet, quæsitum est, cui confiteri debeat? Qua in re supponendum
 26 est, omnes Principes in spiritualibus subesse eorum Ordinario Prælato, ut latè habetur in c. omnes principes, & in d. cap. solitæ, de maiorit. & obedient. facit tex. in c. omnes Basilica i. 6. q. 7. & in cap. cùm Episcopus, de off. ord. & in specie notauit hoc Abb. in d. cap. cùm capella, num. 3. Confiteri autem ienetur Parocho, in cuius finibus eius palatum possum est, & ab eo recipere Sacra menta: & si
 27 plura palatia habeat in diuersis Parochijs, illi Parocho suberit, in cuius Parochia frequentius habitat, ac decimas soluit; sed diuidet proportionabiliter, vbi magis frequentat diuina: ita ex mente glo. notat Hostiens. Abb. Henric. Bohic, & alij in d. cap. omnes, refert, & sequitur Prepos. in cap. duo sunt, 9 & 10. distinet. Unde ci-
 29 ma prærogatiua Aulæ Regiae est, vt in ea iudices iudicia exercere, ac ius dicere possint, immò debeant: notat hic Accur. per tex. in l. nulli Iudicum, sup. de offic. Recl. Prouinc. quod etiam lege Hispana cautum est, ut habetur

in lib. 2. nouæ recopil. l. 2. tit. 4. quæ addit, quod saltim in proximioribus domibus fieri debeat, si Regia non sufficeret: & in hoc Regno Neapolitano in Regia, quæ olim erat in Castro Capuanio omnia Tribunalia memorabili opere in unum palatum reducti fuerunt à Don Petro Toletano, Villefranchæ Marchione, olim Prorege; nec de-
 30 bēt alibi iudices residere, aliàs puniuntur, d.l. nulli, ut aduertit etiam Paris de syndicatu, ver. Of- ficialis, in fin. fol. 88. Auil. in cap. Prae torum, cap. 2. in ver. Casas, Auend. de exequend. mand. lib. 1. cap. 20. in
 31 principio; rationes autem duæ afferuntur. Prima, nè habitando in domibus particularium, familiaritas pariat contemptū, l. obseruandum, de off. Presid. Cara- uita super Ritu M. C. 46. nu. 19.
 32 & 10. de Plat. hic. Altera, quia sunt personæ publicæ, adeò quod Magistratus sicut publicus Minister alteri stipulari pos sit: notat hic 10. de Plat. per tex. in l. 1. §. exigere, ff. de Magistrat.
 33 conuenien. & si non adsit domus Regia, vel Officialium, nō pos sunt Vniuersitates astringi ad dandum domum Rectoribus, ac Capitaneis ipsarum; quamuis sua pecunia debeatur eisdē prouideri de domo, Luc. Pennen. in l. fin. infra, de Professor. & Me dic. Alber. in l. obseruare 4. ff. de off. Proconsul. Martin. Lau. in tract. de offic. domin. quest. 47. late-

Ausl. in d. cap. Pratorum, cap. 8. lib. 34. i. in ver. dineros, vbi inquit, esse hos iudices præferendos in locationibus, cùm multò fortius in eis procedant ea, quæ in schoolibus voluerunt Bald. Ang. l. s. & alij in l. i. ff. solut. matrimon. 35 sed omittam, quod ex prædictis reuocari possent in dubiu. n ea, quæ asseruit Camillus Borrellus doctus, & laboriosus Iureconsultus in suo consil. 37. dūm respondit, Ciues teneri suis sumptibus palatium ædificare Episcopo, si à Summo Pôtifice impetraverint, Ciuitatem eorum Episcopatus dignitate de novo decorari, Eo quod dūm Episcopum sibi dari postulauerint, cùm certos redditus annuos præstare obtulerint, palatium quoquæ obtulisse videantur, cùm a littere Episcopus pro dignitate habitare non posset, vt veniant omnia, sine quibus Pontificium munus explicare commodè nō possit, ex regula tradita in l. ad rem mobilem, ff. de Procurat. & in l. 2. ff. de iurisdict. omn. Iud cum similibus adductis per Cœphal. consil. 165. num. 14. volu. 4. Quamvis etiam ex alio respôsum hoc Borrelli minus tutum videatur ex eo, quod Ciuitas, quæ Episcopum petierat certam quantitatem introituum obtulerat, ultra quam ad aliud teneri Episcopo non videbatur, ex iuris nos 36 tissimis principijs. Duodecima etiam est prærogativa, quod

Regia palatia præscribi nō possunt, vt scriptum reliquit Isern. quem Omnes lequuntur in dicto verb. *Palatia, que sunt Regalia,* nisi essent diruta; nam tunc præscriptioni locum esse voluit ibidem affl. & si sint ruinosa, donari, alienari, ac cōcedi posse, voluit Renat. *Coppi. de doman.* Reg. Franc. lib. 3. tit. 18. in principio. 37 Decimatertia est, vt Stationes, vel Ergasteria, idest Officinæ mechanicæ in prædictis palatijs esse non debeant; sic enim Ergasteria interpretatur Alciat. in l. si quis, supra, de divers. præd. hocq; statuit tex. in l. Basilicā, sup. citato ii. de oper. publ. Et in anno 1598. à palatio Philippi Regis II. immortalis memorie eius iussu omnes tabernæ, ac officinæ ab atrio Regiæ fuerunt expulsa, licet postea restitutæ ex indulgētia. Decimaquarta præminentia est, quod in istis palatijs tanquam in capite Ciuitatis possesso accipitur ipsius loci, ac imperij. *Auendan. de exequen. mand.* Regum Hisp. cap. 20. 1. par. allegans dicta per Bald. in l. 1. ff. de off. Pref. August. quia dicitur caput. loci: ita notanter idem Bald. in rubr. de rer. diuis. num. 24. vers. Sed hic queritur, in his enim palatijs dicitur habitare Vniuersitas, siue Communitas, Bald. in Auth. sed cùm Testator, col. 11. in principio ad legem falcidiam, quod tamen intelligendum est secundum ea, quæ declarat Domin. Pref. de Franch.

39 *Franch. in decis. 393.* Decima quinta prærogatiua est, vt in his Ciuitatibus, in quibus non est Regia domus, debeat Principi dari melior, ac magnificentior illius loci; quod Hispana lex s. tit. 26. p. 2. expresse cauit, quâdo capitur Ciuitas aliqua hostium, nā tunc Principi domus Regia referuatur, si adsit, sī minus honestiores, ac maiores domus il-
40 lius. Decimasexta, quia pro construendo ipso palatio, vel ampliando, priuatorum domus pretio iusto capi possunt, ac domini ad vendendum cogentur, argumento *tex. in l. si quando 1. supra, de oper. publ. & corum, quæ Bal. Floria.* Et alij tradiderunt in fauorem Ecclesiæ in l. si quis se-pulchrum, ff. de relig. Et sumpt. fune. & ad palatia Regia, & alia pu-blica ædificia ea procedere af-firmauit *Auil. in d. cap. Praetor. lib. 1. cap. 18. in ver. f. baga, column. 2.*
41 Decimaseptima prærogatiua est, vt à palatijs Regijs delinqué tes, sīne iussu Regis, vel domus Præfecti non extrahantur, *Remig. Gond. de immun. Eccles. ampl. 25. nu. 1. Burg. de Paz in sua pra-ctic. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 3. nu. 5 2. Bouadill. in sua polit. lib. 2. cap. 16. fall. 90. Paris de syndicatu, in ver. captura, cap. 6.* quæ sola præemi-
42 nentia est palatij Regij, non au-tem aliorum dominorum ali- cui Principi subditorum, vt no-tat *Bouadill. in præci. loco, Et Mon-talv. in L 7. tit. 5. lib. 1.* refert, & se-

quitur *Paz. in pract. tom. 1. par. 5.*
43 *cap. 3. §. 3. num. 1 2.* An autem ex Principis priuilegio hæc immu-nitas domui alicui possit com-petere, vel ex consuetudine ha-bente vim priuilegij? & *Isern. in cap. 1. que sunt Regalia, in ver. bona committentium*, quem ibi sequi-tur *Affl. num. 41. tenet*, non vale-re priuilegia concessa domibus priuatis, vt damnati, qui ad sup-pliciū ducuntur, possint, si tran-sient per domos prædictas, eri-pi, additq; *Affl.* vidisse se multa priuilegia huiusmodi, & non ieruari, quia sunt cōtra publicā utilitatem; sed *Isern.* sententia aduersatur *Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 25. num. 1 6. in fin.* qui dicit, has immunitates vale-re ex priuilegio, quia tantum sunt contra ius positiuum. Et
44 ideo in Regno Aragonum ha-bent immunitatem domus no-bilium, quos *Infanzones* vocant, vt in l. Arag. in tit. de his, qui ad Ec-cles. vel palatia Infanzonum con-fugiunt, c. 2. Et *Remig. Gond.* nota-uit in *præcitat. loco, ampliat. 22.* &
45 in Hispania domos Legatorum eodē priuilegio gaudere voluit *Bouadill. in alleg. polit. lib. 2. cap. 14. num. 11.* licet Ego viderim de facto hoc non fuisse seruatū in Legatis potentissimi cuiusdā Regis, & aliorum Principum, magna tamen cum ipsorum.
46 quærela, & in domibus Cardi-nalium *Manfred. in tract. de Car-din. cap. 8. priuileg. 18. Iul. Clar. in*

pract. crimin. §. fin. quest. 30. quod
 an hodie procedat, remitto me,
 ad ea, quæ nouissimè tradit *Farinac.* i. tom. crimin. tit. de carcere, q.
 8. num. 48. & hæc posterior opinio, quod priuilegio, aut consue-
 tudine vim priuilegij habente,
 possit hoc acquiri, verior vide-
 tur in immunitate concessa de-
 linquentibus, qui confugiunt
 ad domos prædictas. Verum
Ifern. in alio casu loquitur, in-
 eo scilicet, quando iam damna-
 tus ducitur ad supplicium, qui
 47 quamvis ex communi, ac rece-
 pta opinione *Scribentium* gau-
 deat immunitate, si ad locum
 immunem, puta, Ecclesiam, co-
 fugiat, nec delicta sint talia, quæ
 immunitatis priuilegio non
 gaudeant, ut post alios docuit
Cassan. in *Consuetud.* *Burgund.* uit.
 des iustices, num. 121. & *Boer. dec.*
 110. num. 9. & *Iul. Clar.* in §. fin.
 quest. 30. vers. scias autem: negari
 tamen non potest, quin iam per
 condemnationem sit quodam-
 modo seruus pœnæ, & propter
 publicam utilitatem, ac iustitiae
 rectam administrationem hu-
 iusmodi priuilegia esse magis
 odiosa, quam simplex priuile-
 gium immunitatis, eximendi
 damnatos, ut delinquens liber
 ad huiusmodi domos confugere
 48 valeat. Sed & illud questionis
 est, an domus Episcopi gaudeat
 hac immunitate, qua Princi-
 pis palatum, ac Ecclesia ipsa
 gaudet? & in hoc articulo qua-

tuor diuerſas *Scribentium* sente-
 tias reperio. Prima enim fuit
 eorum, qui voluerunt, hanc do-
 mū Episcopi vbiq; sit po-
 sita, & distet ab Ecclesia gaude-
 re immunitatis priuilegio, cu-
 ius Author fuit *Io. Theutonicus*.
 antiquus glossator decreti in cap.
 id constitutimus 17. quest. 4. per il-
 lum tex. & per tex. in cap. *Episcopus*
 de consecrat. distinct. 3. quem secu-
 tus est *Hostien.* in cap. inter alia,
 & *Panorm.* in cap. penult. num. 9.
 de immun. Eccles. & *Ioann. Fab.* in
 l. 1. nu. 4. sup. de his, qui ad Eccles.
 confugiunt, *Soccin.* in l. pluriq; ff. de in-
 ius vocan. *Angel.* & *Sylu.* in sum-
 ma, *Bart.* in *Auth.* de mand. *Princ.*
 §. sed neq; num. 7. *Zabarell.* in dict.
 cap. inter alia, *Gregor. Lop.* in l. 4.
 glof. 2. par. 1. *Anast. German.* de fa-
 cr. immun. lib. 3. cap. 15. num. 50.
Farin. in 1. tom. crimin. tit. de carc.
 quest. 28. num. 38. & hanc opini-
 onem videtur sequi *Bouadill.*
 in lib. 2. polu. cap. 14. num. 84. Se-
 cunda opinio est earum, qui idem
 affirmant, modò domus Episco-
 pi sit intra quadraginta passus
 49 Ecclesiæ contigua; quia domus
 Episcopi distare non debet ab
 Ecclesia, cap. *Episcopus*, 41. distin.
 & hanc opinionem videretur am-
 plecti *Innocent.* in d. cap. inter alia.
 dum eam ultimo loca refert, &
 clarius hanc opinionem tenet
Oldr. conf. § 5. *Alber.* in l. fideli, nu. 2.
 sup. de his qui ad Eccles. confugiunt,
 & ita inclinat *Bellug.* in *Specul.*
Princip. rub. 2. §. sed quia loquimur,

num. 3

num. 3. Decian. in tract. crim. lib. 6.
cap. 2 s. tom. 2. num. 14. Tertia est
opinio eorum, qui dicunt esse
attendendam consuetudinem; ;
itā ex mente Hosti. dicit Anani.
in d. cap. inter alia, num. 1 o. Guliel.
de Montelaud. in clement. 1. de pæ-
nitent. & remiss. & hoc videtur te-
nere Couarr. variar. resolut. libr. 2.
cap. 2 o. num. 5. dūm ait, quod in
praxi non seruatur, quod do-
mus Episcopi hac immunitate
gaudeat; & idem dicit, quod nō
seruatur in practica Iul. Clar. in
d. q. 3 o. vers. scias autem.

Alia etiam reperitur opinio

50 Hugutij volentis, domum Epi-
scopi gaudere hac immunitate,
si intus eam sit capella; nām to-
ta domus videtur cimiterium
eius, & hanc opinionem secutus
est Turrecrem. in d. cap. id constitui-
mus. 17. q. 4. & in hac etiā vide-
tur inclinare Bellug. loco superiūs
citato, licet non expreſſe id fir-
met.

Et quoniam paulatim dilapsi
sumus ad materiam immuni-
tatis, & retroannis aliqua sup-
plicibus precibus ad Sanctiſ.
D.N. Paulum Papam V. scripsi-
mus, ideo non repeto.



LIBRI DVODECIMI
DE CONSULIBVS,
& non spargendis, &c.

TITVLVS TERTIVS.

IMPP. THEOD.
& VALENT. AA.

AD SENATVM
VRBIS CONSTANTINOP.

LEX PRIMA.

Antiquitus statutum est, Consularibus viris cœteros quidem honoratos ipsius trabeæ summitate, pares verò insulis, consideratione tantum temporis anteire. Quis enim in vno eodemq; genere dignitatis prior esse debuerat, nisi qui prior meruit dignitatem? cum posterior etiam si eiusdē honoris prætendant auspi-

cia, cedere tamen illius temporis consuli debeat, quo ipse non fuerit: hoc obseruando, et si iterata vice fastigia Consulatus aliquis ascenderit. Reptiti etenim fasces, virtutes sœpè mariti comprobant, non augent: quia nihil est altius dignitate. Quod si quis prior Consul posteriori Consuli eidemq; patricio posthabitus, patriciatum postea consequatur: vinci eum oportet, qui prior meruit patriciatum, postquam iste honore patriciæ dignitatis decoratus est.

SVM.

SUMMARIUM.

- 1 Temporis prioritas, & dignitatis maioritas seruantur in precedentijs.
- 2 Obtinentium eandem dignitatem, ille est preferendus, qui prius meruit illam.
- 3 Si duo eadem die sint creati Principes, ille est preferendus, qui creationis tempore aliquam noscitur habere dignitatem, ut puta si alterius esset Comes.
- 4 Antiquior aetate preferri debet, illorū, qui uno eodemq; tempore fuerint in dignitate constituti, si nullus eorum possit dici alijs antiquior.
- 5 In subscribendo scripturas, vel instrumenta, senior preferri debet, Sicq; in loquendo, & respondendo in consilijs, nu. 6.
- 6 Aduocatorum in defendendo causas, Iunior primo proponere debet, Senior vero ultimò.
- 7 In causis decidendis in omnibus ferè Tribunalibus Orbis, & praincipiis in Regno Neapolitano, ille qui posteriori loco in Senatu receperus est, incipit ad tractandum.
- 8 Iudicium in numero tantum valeat votum ignorantis, quantum doctissimi Viri. Limita prout n. 10.
- 9 In duobus diverso tempore equalia officia obtinentibus, si unus sit maioris praheminentia alterius, precedit secundus dignitate potior. Contrarium seruatur in Titulariis, nam temporis antiquitas anteponitur maioritati dignitatis, n. 12.
- 10 Canonicus maiorem ordinem ha-

- bens, & posteriori loco admissus, precedit priori loca admissum minorem ordinem habentem.
- 11 Vicarius Episcopi in omnibus processionibus, Congregationibus, & sessionibus precedit omnes Canonicos, Decanos, Primicerios, & Archidiaconos, tam presente, quam absente Episcopo. Item in Synodo Diocesana debet sedere ante dignitates, & Canonicos num. 15. Limitatur in Vicario Episcopi, qui simul est Canonicus Cathedralis Ecclesie, is enim in Choro, Capitulo, & Vrocessionibus locum Canonicum non autem Vicarij teneare debet, nisi contrarium de consuetudine seruetur. nu. 16.
- 12 Episcopus sedens in Choro vel Canonicus in loco Canonicorum, sedere debet in primo loco ipsorum post Archidiaconum, seu Decanū. Sed si esset de Collegio Doctorum debet sedere post Collegij Rectorem, num. 18. Contrarium ramen seruatur in Almo Collegio Neapolitano ex privilegio Regine Joanne, nu. 19.
- 13 Regentes Regiam Cancellariam de Collegio Doctorum etiam absentes consecuntur emolumenta, immo maiora. Quod secus est in Episcopis, & Cardinalibus, & afferetur decisio Collateralis, nu. 21.
- 14 Canonicus posterior in data, anterior vero in possessione precedit priorem in data, & posteriorem in possessione. Affertur ratio nu. 23. Contrarium vero seruatur in beneficijs nu. 24.

- 25 In Regno Neapolitano Regij Consiliarij, & alij Officiales, qui primò officij possessionem fuerunt adepti preferuntur eis, qui primò habuerunt priuilegium, & officij possessionē posteriorē. Afferatur decisio Collateralis in contrarium, n. 26.
- 27 Vicerex debet iurare in manibus Elektorum, & ante iuramentū officium Prædecessoris non expirat.
- 28 Dominium, & officij possessio non transfertur ex solo priuilegio, nisi præstetur iuramentum.
- 29 Priuilegia Regia in Regno non sunt valida, nisi executorientur, sigillentur, ac firmentur.
- 30 Iuramenti præstatio est de forma, & sic omitti non debet.
- 31 Vincentij de Franchis decisio 62. declaratur.
- 32 Duo vincula fortius ligant, quam unum.
- 33 Cardinalis Episcopus precedit Cardinalem non Episcopum, sic Cardinalis Præbyter Cardinalens Diaconum, sicq; Episcopus Doctor Episcopum non Doctorem.
- 34 Regens Titulari dignitate ornatus, an præcedat Reges nō Titulatos?
- 35 Consiliarius si fuerit effectus Presidentis Reg. Cam. præcedit alios Præsidentes, præter Decanū Presidentē.
- 37 Consiliarius adiunctus Reg. Cam. in causa decidenda in Collaterali Cōsilio præcedit in sedendo omnes Præsidentes; ubi decisio.
- 36 Consiliarius, quāvis de antiquioribus S.C. si eligatur in Fisci Patronum Regia Cameræ, non præcedit Præsidentes. Declaratur nu. 38.
- 39 Ius fiduciarum seruatur in Regno in successione feudorum, ubi decisio Collateralis. Consilij.
- 40 Titulati refutantes feuda primogenitū, in præcedentijs erūt omnibus alijs posteriores, licet retineant nōmen Tituli.
- 41 Regentes Regiam Cancellariam renunciantes officium, si sine de Almo Collegio, fruuntur iisdem emolumentis, quibus fruebantur anterenunciationem.



N hac Mundi machina, diuina prouidentia formata, quilibet naturali quodāmodo instinctu cœteris præesse potius quærit, quam tubefisse, quod cum in honestum Legislatoribus visum fuerit, valde curarunt in hac facti specie duplē ordinem fore seruandū, nempe prioritatis temporis, & maioritatis dignitatis, ut in hac nostra Constitutione Imperatores Theodorus, & Valentinus aperte verbis statuerunt, quæ quantum celebris, & singularis sit in sua materia, nemo est qui ignoret, præterim cum in nulla alia iuris sede melius quam in ista, hæc prædecentiarum frequen-
tissima, & utilissima materia tractetur, adeò quod innumerabiles Supremorum Senatuū decisiones, duce ipsa, in lucem prodierunt, hocq; breuiter dicit,
2 in lumma. Inter obtinentes ean-

dem

dem, paremque dignitatem, ille prius in honoribus, præcedentij, & prærogatiis erit prærendus, qui prius meruit dignitatem illam. Vnde cum de anno 1566. de mense Nouembris fuissent à Catholica Maiestate creati Præsidentes Regiæ Cameræ Summariaæ tres Viri doctissimi, refert Pres. de Franch. in dec. 144. per hunc tex. fuisse decisum, debere præferri duos illos, qui per prius fuerunt Regiæ Officiales, & in dignitate constituti, non obstante, quod alter fuerat prius doctoratus, quod secus fuisset, si neuter eorum prius dignitatem adeptus esset; tunc enim ille veniebat prærendus, qui priore loco doctoratus dignitatem erat consecutus, prout decisum refert idem Dom. de Franch. eadem decis. inter Iacobum Anellum de Bottis, & Cesarem Vitellum Regios S. Cons. Senatores creatos, sequitur Anna Filius cons. 40. num. 33. Magistril. decis. 130. num. 23. & in tracta de Magistra par. 2. lib. 5. cap. 4. num. 26. Mart. decis. Pisan. 101. 3 num. 6. Hoc idem decisum per hanc Constitutionem, quando duo eadem die Duces, vel Principes creati sunt, is enim præcdere debet, qui creationis tempore aliquam noscitur habere dignitatem, reputa si alteruter esset Comes, prout etiam deci-
sum in Collaterali Consilio refert Idem de Franch. decis. 365.

inter Magdalunenium, & Boiani Duces. Vbi autem uno eodemq; tempore fuerint aliqui in dignitate constituti, ita ut nullus eorum possit dici alijs antiquior ordine, certè ætate antiquior debet cœteros præcdere, est punctualis Bart. determinatio in l. 1. ff. de obseq. à liber. pair præstan. & in l. 2. §. prius, col. 2. vers. circa secundum, ff. de vulg. & pup. sequitur Iaco. Gallus olim Preceptor meus cons. 105. in princ. & ante ipsum Tiraq. in tract. de iure primog. in prefatio n. 10. cum pluribus sequent. vbi ait, seniores, ante alios instrumentis, consilijs, & alijs huiusmodi subscribēdos esse, ex glo. in c. Statuimus & 1. dist. q̄a qui dignior est, is quoq; prior subscribere debet, cap. notandum 17. dist. & in decidendis sententijs seniores quoq; præferendi sunt, vt scilicet priores ante cœteros loquantur, & respondeant, l. 1. §. in sententijs, ff. de albo scrib. Verum Specul. in tit. de Aduocato, §. iam videndum est, in vers. inniores, inquit, aliter inter Aduocatos tempore defendendæ causa seruandum esse, vt eo casu Iuniores priore loco proponere debeant, Seniores verò ultimo, vt eorum efficaciores rationes melius. Iudex memorię commendet, nam quæ ultimò audiuntur, melius memorię commendantur, cano. liquido, de conscr. dist. 2. quod in causis decidendis ferè in omnibus Chri-

stiani Orbis Tribunalibus seruatur, nempè, vt ille, qui posteriori loco in Senatu receptus est, ad votandum incipiat, cuius rei illa affertur ratio, nè Iuniores à maiorum sententijs declinare formideat, prout in nostro Sac. Cons. seruari testatur *Matt. de Afflict. dec. 1. in Senatu Pedamōt. Antonin. Thess. & in Senatu Lusitaniæ Ant. Gamm.* oēs in eorum prim. decis. & in Senatu Parisien-
si Apostill. ad Alex. in conf. 202. nu. 7. lib. 7. Tiraq. ubi supra, nu. 114.
¶ Gaspar. Thess. in Additio. ad patrem, citata decis. prima, in ver. idem in supremo Senatu Parisiensi,
9 *vbi ait, in Iudicium numero tan- tū valere votum ignorantis, quantum doctissimi Viri, ex Bald. in l. cùm magistratu, supra, quando prouoc. non est necess. Iecus*
10 *verò in actibus extrajudiciali- bus, & voluntarijs, in quibus nō numerus, sed authoritas atten- ditur, vt in constituenda com- muni opinione tradit Alex. in d. conf. 202. col. fin. & nouissimè Dom. de Franch. decis. 30.*
11 *Sed. quid dicendum in duo- bus diuerso tempore æqualia officia obtinentibus, vnum ta- men maioris præheminentiæ alterius, vter eorum præcedere debeat, primus forsitan, qui prior est tempore, vel secundus digni- tate potier? In hoc omni seclu- sa difficultate resolutiùe est re- spondendum, præualere secun- dum dignitate potiorem, licet*

ordine posteriorem, prout deci- sum in nostro Supremo Colla- terali Consilio refert olim Col- lega noster *Reg. de Ponte in dec. 8.*
*¶ Anna conf. 122. per totum, ipso in causa patrocinante, inter D. Celarem de Aualos, & Princi- pem Conchę, Don Cesar enim prius adeptus fuerat Magni Re- gni Cancellarij officium, Prin- ceps verò posteriori loco Ma- gni Regni Admiratus: sed quia fuit habitum pro indubitato, Admiratus officium, maioris esse authoritatis, dignitatis, ac præcedere in omnibus Magni Cácellarij officium; fuit in Col- laterali Consilio pro Principe pronunciatum, pro cuius deci- sionis corroboratione *Idem D. Reg. e adem decis. num. 15.* refere- conluetudinem, & casum deci- sum, inter Præsidem Sac. Cons. Sanctæ Claræ, & Locumtenen- tem Regiæ Cameræ, qui si om- nes. de supradi ordinis Consili- lo sint creati, et si prior Locum- tenens, tamen quia officium Præsidis est dignius, & præcedit officium Locumtenentis, debet præferri in Collaterali Consili- lo Præses Locumtenenti, licet esset tempore anterior, attenta regula maioritatis dignitatis, non autem temporis antiquita- tis, sequitur *Anna d. conf. 122. nu. 43. ¶ Consil. de Georg. allegat. 35. num. 11.**

Hec tamen regula haud ven-
12 dicat sibi locum hodie in Ti-
tula-

culatis, ad supremum Consiliū admissis, qui ex consuetudine præcedunt secundum temporis antiquitatem, non autem secundum maioritatem dignitatis, ita ut si prius fuerit creatus Consiliarius supremi ordinis Marchio, vel Comes, posteriori verò loco ad idem officium fuerit promotus Dux, vel Princeps, certè Marchio venit præferendus Duci, vel Principi, sicut hodie, ad Dei gloriam practicatur in persona nostra, qui ut Marchio de supremi ordinis Consilio, ut omnibus antiquior Decanatus officio fungimur, & tamen de eodem supremo Consilio adsunt Principes, attenta, ut diximus, regula antiquitatis temporis, non autem maioritatis dignitatis, prout decisum ad favorem Marchionis Vici, contra Ducē Montisleonis refert *Marinus Frecc. de subfidi. in tit. de offi. Magistr. Iustit. num. 29.* vbi latè per tres colūnas examinat quæstionem, & post eum *Surgens. de Neap. illustr. lib. 1. cap. 23.* & de Ponte citata decis. 8. num. 10. quod ampliatur, & sic ut antiquitatis ordo serueretur, etsi ad supremi ordinis Consilium fuerit admissus. unus ex Regentibus Regiam Cancellariam, qui licet ut Doctor veniret præferendus alio non Doctori, ad eundem Consilium prius admisso, prout fuit seruatum in persona Don Sigismundi de Loffredo, qui de-

hoc valde conquerebatur, ut refert *Surg. loco citato, nu. 37.* tamen contrarium postea terminatum sollemniter fuisse idemmet *Surgens locis citatis* aduertit, & practicatur hodie in persona Illustris Marchionis Cusani, qui ut unus ex antiquioribus à Latere Consiliarijs, præcedit Illustrē Regentem Marchionem Sancti Iuliani, eiusdem supremi ordinis Consiliarium, & proprijs meritis Regiæ Cameræ Summariae Locumtenentem dignissimum.

Hæc tamen regula, ut antiquitatis ordo seruetur, in præcedētia Canonicorum non fuit admissa, neq; seruata à Rota Marchisana, dum voluit, & ex Sacra Congregationis declaratione determinauit, Canonicum ordine maiorem, posteriori loco in Capitulo receptum, in Choro, Capitulo, processionibus, & sessionibus præcedere priore loco admissum minorem ordinē habentem, ut refert *Gratian. dec. 16. per totam*, non obstante consuetudine Ecclesiæ, quæ tanquā abusiua, atq; improbata admitti modo aliquo non debet, quod etiam seruatur inter Canonicos nostrę Metropolitanę Ecclesiæ.

Dum autem de Canonicorū præcedentia mentionem fecimus, infertur ad decis. *Sacra Roman. Rot. primam de offic. Iudic. nouis.* & 477. diuers. quæ voluit, Epilcopi Vicarium, in omnibus

pro-

processionibus, Congregatio-
nibus, & sessionibus, omnes Ca-
nonicos Decanos, Primicerios,
& Archidiaconos præcedere,
15 tam præsente, quam absente
Episcopo, ita ut in Synodo Diœ-
cesana Vicarius sedere debeat,
ante Dignitates, & Canonicos,
vt tenuit eadem *Rot. in una Pla-*
cen. sedis, coram Illustrijs Seraphino,
16 quod tamen volumus, vt aduer-
tas limitari, in Vicario Generali
Episcopi, qui simul est Canoni-
cus Cathedralis Ecclesiae, is e-
nīm in Choro, Capitulo, & pro-
cessionibus, locum Canonici,
non autem Vicarij tenere de-
bet, nisi contrarium consuetu-
dine esset inductum, vt ante scri-
pta per *Sayr. in dec. 3. de offic. Vic.*
voluerunt *Geminia. & Franch.*
in cap. à collatione, num. 6. de appell.
in sexto, quo in loco in materia
17 aduertunt, Episcopum sedentē
in Choro vti Canonicum in
loco Canonorum, & sic vti
Canonicum sedere debere, in
primo tamē loco ipsorum post
Archidiaconum, siue Decanū,
sequitur *Abb. in cap. postulaſti, n. 8.*
de concess. præbend. & alij, quos re-
censet *Anna tons. 40. num. 39.* ad-
ducens *num. 47.* exemplum in
Episcopo Bisiniani, qui dūm
esset Regius Consiliarius in S.
Consil. creatus, non sed sit in lo-
co suo vti Consiliarius, sed im-
mediate post Præsidem, siue De-
canum, sicut etiam si esset de
Collegio Doctorum, vt non in

loco proprio, sed immediate
post Collegij Rectorem sedere
debeat *Abb. in d.c. postulaſti*: Etiā
19 si dicatur, in nostro Almo Nea-
politano Collegio contrarium
seruari, respondens hoc esse par-
ticulariter concessum ex priu-
legio Reginæ Ioannæ Collegio
prædicto concessso, vt bene ad-
uertit *Anna d. conf. 40. num. 46.*
& fuit seruatum tempore, quo
nos Magni huius Regni Can-
cellarij vices gerebamus, signi-
ficando Insulæ Episcopo, vt in-
cumbere deberet in loco pro-
prio vt cæteri priuati de Col-
legio Doctores, licet contrariū
seruetur in Regiam Cancella-
riam Regentibus, vt aduertit
Idem Anna loco citato; & seruetur
hodie in persona nostra, qui vt
Regens, & unus ex Collegij Se-
natoribus, non in scanno, vbi
Episcopi sedent, sed in sedia se-
dimus, nec mirandū, cum aliās
20 etiam consequimur prærogati-
vias, dūm ab obligatione acce-
dendi ad Collegium pro scho-
laribus doctorandis immunes
simus, & exempti, & tamen or-
dinaria obtinemus emolumen-
ta, immō maiora, nām quando
connumeramur cum illis, qui
maiorem partem, vt Nos dici-
mus, consecuntur, semper ne-
cessarij Promotores eligimur,
vt aliās decisum refert *de Pont.*
in tract. de potestat. Proreg. in uit. de
elect. Official. §. 8. ex num. 1. s. & vt
21 tales duplicata consequimur
emo-

ernolumenta, quod non est in E piscopis, immò etiā in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Neapolitanis, prout superioribus annis, maxima discussione præcedēte fuit seruatū, & decisū in persona olim recolendæ memoriæ illustriss. Cardinalis de Aquino, qui vtrā sanguinis claritatē, propter eius insignia merita, eximiamq; sanctitatem, ob mortem fœlicis recordat. Pauli Papæ Quinti fuit iam supremæ Pontificatus dignitati proximus, sed in Conclavi morte præuentus obdormiuit in Domino.

An autem Canonicus prior 22 in data, vt ad illorum præcedētiam redeamus, præcedat Canonicum posteriorem in data, anteriorem verò in possessione? & licet videretur pro anteriore in data respōdēdū, parū de actuali possessione curando, cùm Princeps ex sola concessione transferat dominium, & possessionē, ita ut actus corporeus minimè exigatur, ex *tex. in cap. capitulum Sanctæ Crucis, extra de rescripto per quem sollemniter limitatur tex. in l. quois, supra de reiudic. tamē contrarium Sac. Rom. Rot. determinauit in dec. 2. de consue. in nouis, & apud Verall. in dec. 357. num. 1. ex doctrina Bald. in c. cùm olim, in princ. de consuet. quem sequitur Butr. in c. fi. de caus. poss. & propriet. & Gratia. in sup. citata dec. 16. in Additio. & ea est potissima*

23 ratio, quia huiusmodi honor datur antiquiori Canonico, propter eius maiora onera, quæ in Ecclesia subiit. Istæ enim præheminentiæ sunt fructus possessionis, & propterea Canonico, qui prius cœpit possessionem in Choro, in danda voce in Capitulo, ac in cœteris publicis actibus præcedentia debetur, & ex hac ratione fuit determinatum in una Vicentina præcedentia, corā Domino Litta, & in alia Burgēsi corā Domino Matica, quas omnes nouissimè recenset Ricc. in *prax. Eccl. rer. quotid. resolute. resolute. sss. Non obstat tex. in d. cap. capitulum Sanctæ Crucis, per quem probant DD. Principem ex sola concessione, trasferre dominiū, & possessionem, ac proinde actū corporeum minimè requiri; nā respondemus, iex. illum iuncto cum tex. in c. si tibi, de prabend. in 6. c. duobus, & c. si tibi, de rescripto. colub. procedere in beneficialibus, 24 in casu de quo loquitur, quando idē beneficium duobus fuit concessum, primò vni, posterius verò alteri, cui fuit tradita possessio, vt primus in data præferatur, non autem secundus in possessione, at casus noster, vt patet, est longè diuersus.*

Hoc idem dicendum in Con 25 siliarijs, cœterisq; nostrorum Tribunalium Regijs Officialibus, vt ille, qui primò Officij possessionem fuerit adeptus, præfatur ei, qui primò habuit pri-

uilegium, vt sentit Surgens de Neapol. illustrat. cap. 27. num. 40. Casaneus in catalog. gloriae mundi, par. quarta, considerat. 17. Vellall. in citata decis. Rot. Roman. 357. num. 2. par. 2. quicquid in 26 contrarium aliquibus ex Dominis contradicentibus de anno 1613. 10. die Ianuarij fuerit determinatum per nostrum Collaterale Consilium, ad fauorem Consiliarij Ioannis de Valduiescio, qui obtinuerat data, & Consiliarius priuilegium anterius, contra Dominos Cesarem Frecciam, & Iacobum de Franchis, qui obtinuerant priuilegium posterius, possessione tamen officij anteriorem. Nam cum Consiliarius sit officium, cui est annexa iurisdictio, & administratio, & iuramento praecedente detur possessio, quo causa non potest dici Consiliarius, nisi post iuramenti præstationem habuisset possessionem, certe prioritas temporis circa adeptiōnem possessionis officij, magis quam data priuilegij erit attendenda, non enim prodest creatio, nisi secuta sit administratio, l. sed & milites, §. quæsitum, vbi Bald. ff. de excusat. tutor. Paris in tract. de syndicat. in verb. in officio tria requiruntur, electio, acceptatio, & officij ingressus, sequitur Boer. decis. 150. col. 2. & facit tex. in l. 2. infra, in tit. vt dignitatū ordo seruetur, ibi vt primo loco habeantur hi, qui in actu positi illustres

peregerint administrationes, quem allegat Loffred. in paraphr. feudal. in cap. omnes, si de feud. fuer. controv. vers. confirmantur predicta, & probat etiam tex. in l. 1. in tit. infra, de præpos. Sacri Cubiculi, & glos. in c. fin. in ver. antiquiores, de consuetud. in 6. & ideo dicit D. de Franch. in 27 deci. 393. quod ex quo officium Viceregis habet annexam iurisdictionem, debet iurare in manibus Electorum, & antè hæc impleta, Prædecessoris officium non expirat, l. 1. ff. de offic. Præfct. Augustal. Bal. in l. meminisse, in fi. ff. de off. Procons. Præterea, dum Rex in priuilegio concedit officium more solito, non intendit, quod ex solo priuilegio transferatur dominium, & officij possessio, sed quod suspendatur, donec præstiterit iuramentum in manibus Circumspecti Præsidentis, & fuerit in hoc Regno executoriatum, iuxta in Regijs Pragmaticis statuta, quibus non adimplitis, nullum ius potest censesi quæsitum electo, tanquam electio facta sub causa, & qualitate per prius adimplenda, cap. si prote, de rescript. in 6. Fæder. de Sen. conf. 69. quæ iura allegat Rebuff. in tract. nominationum, quæstio. 21. vbi nu. 6. solemniter decisum refert, tunc de præcedentia esse dilceptandum, quando omnes, inter quos de ea controuertitur in quasi possessionis actu sunt præsentes, sed quando

alter

alter ex eis absens est, tunc ille dicitur antiquior, qui prius institutus, & receptus est, quamvis absens fuerit prius institutus, quam ipse praesens.

Insuper non est omittendum,

29 quod virtute Regiarum Pragmaticarum, ut Regia priuilegia sint in hoc Regno valida, sunt expediendæ litteræ executoriales, sine quibus valida non erunt, nec ullius roboris, nisi nomine Illustrissimi Domini Proregis, manu Secretarij, & Taxatoris huius Regni fuerint sigillatae, & firmatae, pragm. 1. & 2. de fide memorial. & si infra annum litteræ executoriales expeditæ non fuerint, habentur priuilegia pro nō expeditis, quapropter ex ipsorum data vim nou capiunt, sed ex literarum executorialium expeditione, adimpletis qualitatibus in priuilegio contentis, & licet expeditis litteris executorialibus ad datæ tempus priuilegium retrotrahatur, pro executione gratiæ factæ, ex dictis per Domin. de Franch. dec. 6. & hæc tamen retrotractio, in præiudicium eorum, quibus iure legitimo fuit ius quæsitum, nullo modo fieri potest, cap. quamvis, de rescriptis in 6. & præsertim, quando ex parte eius, qui priuilegium obtinuit aliqua per prius adimpleri debeat, prout est in hoc Regno literarum executorialium expeditio, & iuramenti præstatio, quæ impediunt, ut in aliorum

præiudicium retrotrahi non possint, ut bene considerauit Dom. de Franch. loco proximè citato, & ante ipsum ad propositū Paul. Castr. in l. 1. sup. ut lue pendet. Anton. de Butr. in cap. dilectus, il secundo, de præbend. Andr. in cap. 1. in Additio. de prohibit. feud. aliena. per Loth. & Luc. in l. unicusque, infra, de proximis sacror. scrip-
tior.

Postremò prædicta comprobantur ex pragm. 2. §. 4. in tit. de offic. Sacr. Cons. vbi postquam fuerit quis Consiliarius creatus, mandat Rex Ferdinandus, ut in manibus Circumspecti S. Cons. Præsidentis iuramentum præstet, & sic iuramenti præstatio de forma esse videtur, quæ omitti non potest, ergo ante adimplementum, & iuramenti præstationem, non erit verè. Consiliarius, at vidimus in multis, qui priuilegia Catholicæ Maiestatis obtinuerant, & ex eis nec possessionem, nec officium habuerunt, præstito igitur iuramento adscribitur Consiliarius electus, in libro Sribæ portionis, & ad ipsius beneficium salaryum currere incipit, & non ante, & ita fuit obseruatum, & iudicatum in causa Regentis Cadenç, cum Regente David, & inter Consiliarium de Quiros, & Consiliarium Vespulum, ac similiter, inter Consiliarium Sanchez de Luna, & Consiliarium de Curte.

Non obstat, quod in principali conclusione decisum refert Dom. de Franch. in supra citata decisio. 62. in præcedentia duorum Marchionum, quorum unus in data erat anterior, alter vero posterior, qui erat Illustris Orioli Marchio, sed potior in obtinendis ab Excellentissimo Prorege litteris executorialibus, & tamē ad fauorem anterioris in data pronunciatum. Nām respondeatur, iure talem decisionem potuisse, & posse procedere, cū vera sit omnium conclusio, in concessionibus, quæ à Principe fiunt, administrationem non requirentibus datæ tempus attendendum esse, ex tex. in d. cap. capitulum Sancte Crucis, sed quia Marchionatus dignitas, vt notū est, sine administratione est, & idem Dom. de Franch. ibi num. 8. ex Bart. docet, meritò, &c. at in casu proposito quæstionis, vt verè quis possit dici Consiliarius, administratio omnino requiritur, vt supra fuit probatum, ergo D. de Franch. decisio non obstat.

Sed cū de Illustri Orioli Marchione mentionem fecimus, alium præcedentiae casum in eius persona euentum memorare non piget, dum in regressu à supremo Italiae Consilio, ad hoc nostrum Collaterale facta, quia à Catholica Maestate Titulari Marchionatus dignitate erat ornatus, Regentibus,

qui prius, quam ipse, in Collaterali Consilio electi erant, præcēdere intendebat, cū præter Collateralem dignitatem, Marchionatus natus etiā titulo fulgebat, & duo vincula fortius, quam unū ligēt, sed hodie, institut. de adopt. notat Bald. in l. sed & melius, in prin. ff. de excus. tut. Vnde Cardinalis Episcopus, Cardinali non Episcopo præfertur, sicut & Cardinalis Presbyter, Cardinali Diacono, elem. 2. §. irritum, de elect. Canon. clerros 2 1. dist. & duplicatio gradus, maiorem inducit dignitatē, & ubi maior est dignitas prioritatem temporis non attendi, dicit gl. in cano. placuit, in verbo Isidorus 16. dist. & notatur in c. Statuimus, de maior. & obed. Sic etiā Episcopus Doctor, Episcopū non Doctor, licet prius promotū, præcedit, Card. Alexan. in l. Ceturio, ff. de vulg. & pupill. Dec. in l. cū quid, ff. si cert. pet. tuendo se, etiam generali Regni consuetudine, vt Titularij præcedant Regentes, & Collaterales Consiliarios. His tamen non obstantibus Surg. de Neapol. illust. c. 27. à n. 19. usq; ad 23. ff. in c. 23. n. 3. refert cōtrariū fuisse decisū, cū hoc tamen téperamento, vt in Collaterali non præcederet Marchio, extra vero ēt in ingrediendo, & exeūdo à Tribunali, ac etiā in omnibus actibus publicis, processionibus, & in præstandis votis in rebus bellicis, & militaribus negotijs potior esset.

Et

Et id quidem in alijs etiam Officialibus militare videtur, quod euenit Don Ioanni Montoia de Cardona, qui cum Regius esset Consiliarius, Regiae Cameræ Summariae Praesidens electus fuit, vnde reliquis dictæ Cameræ Praesidentibus, ante ipsum creatis præcellere intendebat, eo quod per acquisitionem minoris dignitatis, non amittatur maior, l. 2. sup. de dignitate. At decretum fuit, ut dum in ipsius Cameræ Tribunalis pro illius causis decidendis sedebant, ac etiam in Collaterali Consilio, & coram Principe statutis diebus in forma Tribunalis, non præcelleret nisi Consiliarij dignitatem ante eos adeptus esset, quo casu præcederet, præter tamen Praesidentem Decanum, ut refert Surg. loco cit. num. 23. Et cum in anno 1623. similis casus euenisset Domino Didaco de Salinas uno ex antiquioribus S.C. Consiliarijs meritissimo, à Catholica Maiestate Regiae Cameræ Praesidenti electo, hoc idem prætendebat, vti Consiliarius prior existens omnibus Regiae Cameræ Praesidētibus, in eorum Praesidatus dignitate electis, & tamen in nostro Collaterali Consilio, causæ Commissario me existente, fuit idem determinatum, & sic ut præcederet oēs præter Praesidente Decanū, qui tunc erat Praesidens Dominus Scipio Brando-

linus, nunc proprijs meritis apud Catholicam Maiestatem in supremo Italico Senatu Regens vndiq; ornatissimus.

Quod tamen non erit admittendum, si Consiliarius, quamvis de antiquioribus Sac. C. eligeretur in Regiae Cameræ Summariae Fisci Patronum, eo enim casu omnes Praesidentes togati, illum præcederent, prout fuit seruatum in persona Domini Antonij Baraptutij, qui fuit Consiliarius, & postea electus in Fisci Aduocatū, & sedit post omnes, semper in loco Fiscalis, & fuit idem practicatum antiquitus in persona Ioannis Thomæ Mastrilli, qui fuit Consiliarius, & Praesidens Reg. Cam. & demum electus Fisci patronus, fuitq; etiam postpositus Praesidentibus, & videmus hoc idem hodie seruari in persona doctissimi Domini Vincentij Corcioni, qui cum esset Regius Consiliarius, fuit creatus Fisci Patronus Regiae Cameræ, cuius officium quanta cum vigilantia, & vita probitate regat, quotidiano experimento cōprobatur. Idē etiā erit dicendum, quādo Consiliarius Reg. in aliqua causa vti aliquius Aduocatus, ex Regia dispensatione interueniret, ut omnes Consiliarij, etiam post ipsum creati illum præcedere habeant, prout decisum refert D. de Franch. in dec. 138.

Sed quid dicendum, quando

37 vnus, duo, vel plures Regij Cōsiliarij in aliqua causa vertente, in Regia Camera Summariæ, decidenda tamē in Collaterali Consilio ordine S. E, in adiūctos darentur, an in tali casu tempore decisionis faciēdæ in Collaterali Consilio, ipsi Regij Cōsiliarij, Præsidentes omnes præcedent; cūm indubitatum sit, Regios Consiliarios, Reg. Cameræ Præsidentibus digniores esse, illosq; tam in publicis, quā in priuatis actibus potiores? Accidit in currenti anno quæstio hæc, in causa deuolutionis Baronis Casapesellæ ad Regiam Curiam, in Tribunali Regiæ Cameræ vertente, cui adiuncti fuerunt duo ex Regijs S.C. Cōsiliarijs, qui fuerunt, & sunt præstatiſſimi duo illi Viri Domini Ioannes Baptista Melior, & Scipio Rouitus nostri Sac. Consilij ornamentum; & licet ex aliquibus videbatur prò Dominis Præsidentibus respondendum, præsertim ex obſeruantia, quæ vigeat in Tribunali Regiæ Cameræ, vbi Consiliarij adiuncti ſoli tenent manum leuem, dexterā verò occupant ſoli Præſidentes; tamē abſq; vlla alia difficultate cōtrariū determinauimus, cūm talis obſeruantia, non ſit in perſonarum, aut caularum prærogatiua fundata, ſed in mera prærogatiua loci; ſiquidem quilibet in domo propria, quolibet extraneo, etiam in maiori dignita-

te constituto maior elt, glo. 2. in l. apud eum, ff. de manumissionibus; cūm etiam, quia præter litteras Catholicae Maiestatis, id expreſſè ad Consiliariorum fauorem declarantes, in causis similibus abſq; vlla controuers a, ſemper Regij Consiliarij præcedentiā habuerunt, & proindè conſuetudini ſtandum eſſe, eſt omnino firmandum, ad notata per Bald. in c. cūm olim, de conſuet.

Quod ampliatur etiam si Cōsiliarius adiunctus, non in Iudicem, in Tribunali Regiæ Cameræ daretur, ſed in Fisci Patronum, vt etiam eo caſu in Collaterali Consilio Præſidentes præcedere debeat. Nec obſtant ſupēriùs firmata, quia procedunt, quando Consiliarius penitus Tribunali S.C. relicto in Fisci Patronum Regiæ Cameræ in corporatur, tunc enim quia talis adiunctio accessorie fit per viam incorporationis, cefſat in eo illa præcedentia, & dignitatē Consiliarij prærogatiua, & vtitur illa, quæ cœteris Fisci Patronis competit; at vbi adiunctio fit principaliter, abſq; vlla incorporatione, prout in hac ampliatione, tunc ſemper retinet Consiliarius ſuam prærogatiua, etsi non vt Iudex, ſed vt Fisci Adiuocatus interueniret. Et proindè in currenti anno omni iure id prætendebat Doctiſſimus Dominus Consiliarius Petrus Antonius Carauita electus in Fisci

Patronum, in causa, quæ in Regia Camera vertebatur, decidēda in Collaterali Consilio inter Dominos de Sabellios, & Marchionem Antredochi super articulo, an in Regno in feudorum successione in dubio viuatur iure Francorum, vbi quod sic omni semota controvērsia determinauimus.

Vltimò, pro coronide quæ ritur, quid dicendum hodie in Titularis Regni nostri, eorum feuda primogenitis, in vita refutantibus, nūm eis debeatur præcedentia illa, quæ ante refutationem competebat? Respondetur, quod licet remaneat illis nomē Tituli Comitis, Marchionis, aut alterius, quem habent, tamen in præcedētijs erunt omnibus alijs posteriores, in actu Titulum possidentibus: est originalis decisio nostri Iser. in c. 1. *vbi Affl. de feud. March. & ponunt casum in Titulis similibus, per Papam, in administrationem concessis, vt illis depositis, & finitijs, Titulorum nomina remaneant, & tales appellantur in pristinæ dignitatis meritum. est tex. ad litteram, vt post dignitatem depositam, adhuc pristinæ dignitatis nomina retineant, etiam si ad aliam transeant, in l. 2. infra, de primicer. quem citat D. Reg. de Pont. in tract. de potestate Proreg. in tit. de elect. Offic. §. 8. n. 19.*

41 adducens hoc exemplum, pro corroboratione illius, quod post

depositum de Catholicæ Maestatis licentia Regentis officiū, à nostro Napolitano Collegio, vti illius unus ex Senatoribus obtinere intendebat, prout obtinuit, dūm per Illustrissimum, & Excellentissimum Dominū Proregem, mediantibus prouisionibus declaratum extitit, illū gaudere debere omnibus emolumētis, honoribus, præcedētijs, & prærogatiis, in Collegio prædicto, quibus ante Regentis officij depositionem fruebatur, & quæ Regentes in actu consequuntur.

DE RE MILITARI

Tit. XXXVI.

IMP. ANTONIN.

A. ANNAE MILITI.

LEX PRIMA.

Stipendia, & donatiua temporis, quo apud hostes fuisse te dicis, restituī sibi postliminio regreso restitutoq; non iure desideras.

SVMMA RIVM.

1 Miles captus ab hostibus stipendiū illius temporis, quo apud hostes fuit, vel donatiua petere non posse.

test.

- test, verus sensus legis, & recepta opinio est, illaque vtimur in Regno Neapolitano.
- 2 Suspendia captiuo militi rcuero deberi, nonnulli DD. superiori sententiae contrarij, amplexati sunt, eorumq; fundamenta.
 - 3 Conciliantes utramq; opinionem, directo inter se pugnant.
 - 4 Milites priuati non repetere stipendia temporis, quo fuerunt in captiuitate, de his loquitur Constitutione nostra, iura vero contraria, in Praefectis, ac Ducibus.
 - 5 Distinctio Authori non placet; cum omnia iura non de Ducibus, sed de militibus loquantur.
 - 6 Miles leg. nostra restitutus fuit ex gratia; id eoq; non posse stipendia petere, nisi ad ea quoq; speciatim restitutus fuerit, dicitur.
 - 7 Lex nostra non loquitur de desertore, in quo restitutio, ac indulgentia requirebatur, sed de capto ab hostibus, & ad suos postliminio reuerso.
 - 8 Determinatio huius Constitutionis est vsu, & consuetudine militari cōprobata, prout Author testatur.
 - 9 Milites, qui Principi operas suas locauerunt, nullam habent actionem ad stipendia petenda pro tempore captiuitatis, quia prospicere potuerunt hoc sibi accidere potuisse.
 - 10 Locans operas suas voluntarie, conductor non tenetur ad reficienda damna.
 - 11 Princeps non tenetur milites captos redimere, idem in Nauis capita ab hostibus in simili.
 - 12 Captos redimere non tenetur, etiam si sint Duces, exemplum refert in Comite Petro Nauarro, capto in Rauennen, pugna à Rege Catholico, non redempto.
 - 13 Famulo infirmo non debetur salarium, contra Specul. fatetur Author cum Bar. & alijs.
 - 14 Intellect. ad l. 3. §. sed si ex improuiso, & in l. non omnes, §. fin. ff. de re milit. pro responsione contrariorum.
 - 15 Premia, & emerita, quā veteranis militibus debentur, pro corum consecutione tempus captiuitatis enumeratur.
 - 16 Ad premia, siue emerita predicta consequenda, necessarium erat tempus viginti annorum.
 - 17 Premiorum in consecutione, si captiuitas non fuit culpa militis prodect tempus captiuitatis; quod non admittitur in stipendio, quod Aerario Principis magis nocet.
 - 18 Tex. in l. pen. ff. de re milit. declaratur, & nu. 19. 20. & 21.
 - 19 Desertor nec stipendia, nec donativa tempore desertionis consequitur, constare enim debet, desertorem fuisse, alias omnia redundunt, & hoc nulla facta mentione restitucionis, probata innocentia stipendia deberi, statuitur num. 20.
 - 20 Absentia causa in desertore examinatur, eaque probata absolutur.
 - 21 Miles de aliquo crimine accusatus, ac condemnatus, etiam si dictum sit, carcerem cedere in pena, stipendia pro tempore carceratio-

nis debita amittit, sed absoluens recuperat.

23 *Decisio questionis, captiuum, siue cu
sua culpa, siue absq; non recuperare stipendia; licet prosi tempus ad premia consequenda.*

24 *Militi agrotanti currere stipendia, in usu receptum est, quando infirmitas non est diurna, Idq; in Re gno Neapolitano per bimestre ad mittitur, Quod etiam in famulo infirmo procedit nu. 25.*

25 *Salarium integrum transmittit Magistratus ad heredes, si medio tempore moriatur, Quod etiam procedit in Doctore ad legendum conducto, num. 27. Sed quid in Aduocato? num. 28.*

Iles captus ab hosti- bus, stipendum illius temporis, quo apud hostes fuit, vel donatiuā, petere non potest. Hic verus, & communis sensus est huius nostrae Constitutionis: quem tradiderunt Bartol. Nicol. de Neapol. Luc. de Penna, & Rebuff. quem approbasse videtur Accurs. in eius commentario, dum in secunda solutione, quā tradit ad tex. in l. 3. §. sed si ex improuiso, ff. hoc eo. tit. dicit in specie pposita in d. §. sed si ex improuiso, stipendia militi debita fuisse Principis indulgentia, cum ex iuris dispositione minimè deberentur, ut hic Imperator constituit. Idemq; voluerunt grauissimi

Auctiores, videlicet Bal. in l. fin. de condit. insert. in postremis verbis, Ias. in l. diem functo, de offic. Assessoris, num. 38. Curt. Iun. ibidem nu. 27. Lancell. Decius in princ. in. vers. sed dubium stat, Purpur. n 208. Cagnol. num. 170. Bolognet. nu. 47. vers. tertio inducebat, Laudens. in tracta. de bello, quast. 49. Cassan. in consuetud. Burgund. tit. des iustices, in ver. nouelle, num. 2. Ripa in tracta. de peste, in tit. de priuil. concess. ex caus. pestis, nu. 113. Claud. Co-toreus de iu. & priuil. militum, li. 1. quast. 45. & hanc opinionem vsu receptam dicit Cagnol. in loco proximè citato, & hoc iure vtimur in hoc Regno Neapolitano.

Sed non defuerunt alij Scribentes magni nominis, qui aliter hanc legē interpretando contraria sententiam amplexati sūt, & stipendia captiuo militi reuerso deberi voluerunt, quorum antesignanus est Speculat. in tit. de locato, in §. posteaquam, vers. sed si mercenarius, nu. 20. qui argumentatur à famulo agrotante, cui salarium deberi inquit ex tex. in l. Arboribus, §. de illo, ff. de usufruct. & in l. cum heres, §. Stichus, ff. de statuliber. idem afferuit Laudens. sibi contrarius in tractat. de milite, quast. 4. adducens autoritatem Geminian. in cap. 1. de cler. non resident. qui non dicit id, ad quod citatur: Speculatorem quoniam securi sunt Io. de Platea hic, & Io. Baptista de Sancto Severino,

in

in d.l.diem functo, num. 46. & ibi-
dem Cagnol. nn. 170. inquit, hanc
sententiam in iure veriore, li-
cet contraria consuetudine fue-
rit approbata: prædictis etiam
subscriperunt Aufrer in Additio.
ad decisi. Capellæ Tholosanae 360.
Carroc. de locato, p. 1. quest. 10. pag.
35. col. 3. num. 32. & Surd. de alim.
tit. 1. quest. 76. num 4. & pro hac
sententia comprobanda viden-
tur esse expressa iura aduersus
hanc legem aperte pugnantia.
in l. 3. §. sed si ex improviso, & in l.
non omnes, § fin. de re militi. Inquit
enim Modestinus in d. §. sed si ex
improviso, Dùm iter quis facie, capi-
tur ab hostibus, inspecto vita eius
præcedentis actu, venia ei dabitur,
& si expleto tempore militiae redeat,
vt veteranus restituatur, & eme-
rita accipiet; & in §. fin. Iureconsul.
dicit. Qui ab hostibus captus est,
& captum cum non transfigisse co-
stiterit, vt veteranus erit restituen-
dus, & præmia, & emeritum capit.
ad idem adducitur tex. in l. penul.
cod. tit. cuius verba sunt: Quod si
ratio constiterit, neque desertorem
fuisse apparuerit, omnia stipendia ci-
tra temporis finem redduntur.

In hac Scribenium ambiguita-
te, ac iurium contrarietate, non
defuere Scribentes, qui vtram-
quæ opinione in cœciliare conati
sunt, quamvis directò inter se
pugnent, Ioannes enim de Ligna-
no in tract. de bello, in 4. par. 3. tra-
Etatus principalis, quest. 56. necno
Porpur. polt Bart. in d.l.diem fun-

eto, nu. 209. & sequent. voluerunt;
4 priuatos milites, non repeteret
stipendia temporis, quo fuerunt
in captiuitate, & de his loqui
hanc nostrâ Constitutione, alia
verò iura, quæ in contrarium ad-
ducuntur, loqui in Præfectis, ac
Ducibus, in quibus præcipue
industria consideratur, & non
labor, qui in priuatis, ac grega-
rijs militibus principaliter in-
spicitur. Et cum opera, ac pecu-
nia recipiant diuisionem, l. Me-
dico, §. Mulier, ff. de aur. & argent.
legat. ideo stipendum non con-
sequitur pro eo tempore, quo
captiuitate impeditus inseruire
non potuit: sed hæc dilinqüitio
5 non video quomodo admitti
possit, cum omnia iura, quæ pro
vtrāq; parte citantur, non de
Ducibus, sed de militibus loquā-
tur, illaq; ad Duces arctare line
diuinatione, ac ipsorum verbo-
rum violatiōne non possint.

Cuiacius verò hic, & polt eum
Petrus Bellinus in eo, quem pau-
lò ante citauimus loco aliter an-
tynomiam hanc conciliare co-
nati sunt. Voluerunt enim, mili-
tem in specie de qua agitur in
hac nostra lege, restitutum fuis-
se ex gratia, ad id expendendo
verbū illud Restituta; ideoquè
non posse stipendia petere, nisi
ad ea quoquæ speciatim restitu-
tus fuerit, vt habetur in l. qui ex-
cubias, ff. eod. tit. vbi Iureconsul. ait: Ex
causa desertionis restitutus in mili-
tiam, non aliter medi⁹ temporis sti-

pen-

pendium, & donaria accipit, nisi
hoc liberalitas principalis ei speciali-
ser indulserit. Sed miror, Viros
7 tam doctos non vidisse hanc no-
stram legem non loqui de de-
sertore, in quo restitutio gratio-
sa, ac indulgentia requirebatur,
sed de milite capto ab hostibus,
& ad suos postliminio reuerso,
qui non ex gratia, sed ex legis be-
neficio in pristinum statum di-
citur restitutus; & ideo haec il-
lorum opinio admitti non po-
test, cum verba aperte repu-
gnent.

Vnde difficilis adhuc, & benè
controversa remanet proposita
quæstio, cum hinc inde, & iura,
& authoritates inuicem pugna-
re videamus. Verum à priori
sententia discedendum non est,
8 quæ & apertissimè deducitur
ex hac nostra Constitutione, &
pluribus authoritatibus est suf-
fulta, & vsu, ac Consuetudine
militari, vt Ego testari possum,
est comprobata, ac solidissimis
principijs iuris innititur. Siqui-
9 dem milites, qui Principi ope-
ras suas locarunt, nullam habe-
re possunt actionem ad stipen-
dium petenda pro tempore, quo
captiui detenti fuerint, quia pro
spicere potuerunt hoc sibi acci-
10 dere potuisse, & locando operas
suas voluntariè conductor non
tenetur ad reficienda damna,
l. i. l. in iudicio, sup. locat. vt tradunt
Innoc. & Abbas in cap. sicut, il ter-
zo, de iure iur. num. 17. Martin.

1 Laudens in tract. de bello, quest. 6.
Arias in opusculo, de bello, nu. 179.
11 & ideo Principes non tenentur
milites captos redimere, Bald. in
d. cap. sicut, num. 8. & Bart. in l. si
seruus communis, §. quod verò, de
furt. congerit ad hoc plura Dom.
de Ponte in dec. 17. dicens, Ciuita-
tem Neapolitanam absolutam
fuisse in iudicio, quo domini
Nauium petebant illam condé-
nari ad redimendas naues ca-
ptas ab hostibus, quas pro trans-
uehendis frumentis Ciuitas cō-
12 duxerat: eo quod periculum
Dominorum fuisse, & quod
Princeps non teneatur captos re-
dimere, etiā si sint Duces, prout
legimus exemplum insigne in
Comite Petro Nauarro, qui ca-
ptus in Rauennensi pugna, nec
redemptus à Rege Catholico,
egrè ferens se quodāmodo con-
temni, fidem mutauit, ac Gallis
Regis Catholici hostibus se ad-
dixit, neq; idcirco perduellionis
crimen euasit. Conferunt prædi-
ctis ea, quæ cumulauit Dominus
de Franch. decis. 146. & respondit
Natta conf. 137. vol. 1. & latè Bel-
lamera conf. 22.

His sic constitutis supereft, vt
ad ea, quæ pro contraria senten-
tia adducta fuerunt respondeam-
mus.

12 Et primo, argumentum illud
quo vtitur Speculator de salario
debito famulo infirmo, satis in-
firmum est, quia plurimi, ac
doctissimi Authores voluerunt,

ægro-

ægrotanti famulo non deberi : inter quos fuit Bart. in l. si uno, §. cum quidam, per illum tex. ff. locati, & Alex. ibi in Addition. & hoc verius esse dixit Gomes. in Regul. Cancell. quest. 9. vers. quinquagesimo quarto, & alij quos citat Anto. Gom. in tie. de locato, num. 3. versic. quarto infero, Couarr. varia. resolut. lib. 3. cap. 13. num. 8. Carroc. de locato, par. 1. quest. 10. num. 23. unde non potest argumentum summi à controuerso axiomate.

Sublato ergò fundamento,
 14 quo Speculat. vtebatur, remanet, ut iuribus, quæ in contrarium adducebantur satisfiat, & quidem ad tex. in l. 3. §. sed si ex improuiso, & in l. non omnes, §. final. ff. hoc eod. tit. faciliter responsio adaptari potest, loquitur enim Iureconsultus in locis prædictis de
 15 emeritis, & præmijs, quæ veterani debentur, pro quorum cōsecutione captiuitatis tempus connumeratur : sic enim verbum illud *emerita* interpretatus est in d. l. 3. §. is qui apud hostes, quod exactius obseruauit Bude. in annot. qd pandectas, par. 1. fol. 218. in fine, ad explanationē d. §. sed si ex improuiso, & Anton. August. in suo lib. emendationum singular. ad Modestinum, pag. 307. & Claud. Cotoreus de iu. & priuil. milit. lib. 1. quest. 34. vers. sed hac nimia. Erat autem ad hæc præmia, siue emerita consequenda necessarium tempus viginti annorum, vt habetur in l. fin. infra,

de his, qui non implet. stipend. l. vi-ginti, infr. hoc eod. tit. Diuersum er-
 17 go erit statuendum in stipendijs, quia in consecutione præmiorum, si captiuitas non fuit culpa militis, indulserunt legū latores, vt prodesset tempus cap-
tiuitatis, quod non fuit admis-
sum in stipendijs, quod Aerario Principis nocere magis videba-
tur, & sic non potest argui ex il-
lis iuribus aduersus nostram Constitutionem.

Maior restat difficultas in cō-
 18 ciliando tex. in l. penult. ff. de re mi-
litari : in quo non de præmijs, sed de stipendijs aperte *Iurecons.* loquitur: sed si benè aduertatur diuersa penitus species facti in eo responso fuit proposita, du-
plicemq; ille tex. calum tracta-
uit, inquit enim ibi *Paulus*: *Ex causa desertionis notatus, ac restitu-
tus, temporis quod in desertione fue-
rit, impendijs expungitur*, quibus
verbis regulam tradit, vt deser-
 19 tor, nec stipendia, nec donatiua, (vtrumq; enim verbum illud im-
pendijs cōmpræhendit) pro tem-
pore desertionis consequatur :
transit nunc ad aliam facti spe-
ciem, dicens : *Quod si non consti-
terit; nequè desertorem fuisse appa-
ruerit, omnia stipendia circa tempo-
ris finem redduntur* : Constat igitur ex verbis prædictis, non de milite captiuo, vt in nostra Con-
stitutione, sed de desertore tra-
ctari. Item constat in principio illius responsi, *Iureconsultum tra-*

Etare

Etare de desertore vero, & dum
inquit, ipsum fuisse restitutum,
necessario sequitur, restitutionē
non fuisse iustitiae, sed gratiae,
quia de delicto iam constiterat,
& uti talis notatus fuerat. ideoq;
non recuperat stipendia temporo-
ris, quo in desertione fuit, ut tra-
dedit etiam *Modestin.* in d.l. 3. §.
qui militiae, cod. tit. & expressius
Imper. in l. cum allegatis, infra hoc
cod. tit. Prosequitur postea *Iure con-
fulti.* diuersa specie facti proposi-
ta, subdens: *Quod si ratio consti-
rit, neque desertorem fuisse apparue-
rit.* Et hoc casu nulla restitutio-
nis mentione facta, quia opus
non erat, probata innocentia
stipendia militi deberi, statui-
tur, solebat enim examinari
causa absentiae, ut in l. qui cum
uno, §. examinantur, & in l. qui
commeatus, cod. tit. nostro: eaq; pro-
bata, miles absoluebatur, & hoc
important illa verba: *ratio con-
stituerit, id est causa iusta absentiæ,*
quod hodie quoq; vsu receptū
videmus; si enim miles de ali-
quo crimine fuerit accusatus, ac
condemnatus, etiam si carcerē
ei in pœnam cedere sit dictum:
stipendia, quæ pro carcerationis
tempore eidem debebantur, amittet, absolutus autem recupe-
rat. Vnde nihil commune ha-
bet hæc nostra Constitutio, quæ
de milite captiuo tractat cum
tex. in d.l. penultima, vbi agitur de
desertore, & iure optimo capti-
vus amittet stipendia, & accu-

satus de desertione, & absolutus,
ea recuperabit.

Remanet igitur absolutum,
23 captiuum siue ex sua culpa, si-
ue absque culpa non recupera-
re stipendia, licet pro sit illi tem-
pus captiuitatis ad veteranoru-
præmia consequenda.

Diuersum autem statutum
fuit in milite egrotante, currunt
24 enim illi stipendia, ac ita vsu re-
ceptū est, quando infirmitas nō
est diurna, & in hoc Regno
Neapolitano per bimestre hoc
admittitur, facit *tex.* in cap. 1. de
25 Cler. egrotante, quod etiam in fa-
mulo infirmo admittit *gloss.* in l.
arborib. §. de illo, in verb. egrotante,
ff. de usufruct.

Idem dices in salario Magi-
26 strati, Assessori, siue Iudici an-
nis singulis constituto, hi enim,
si medio tempore infirmi fue-
rint, immò si moriantur illud
integrum prò toto tempore ad
corum hæredes transmittitur
cum huius naturæ sit salarium,
quod honoris, & dignitatis ra-
tione debetur, ut ex pluribus
Doctorum autoritatibus contra
Fulgos. & *Gregor.* *Lop.* concludit
Emanuel de Castro, de ann. civil.
27 notab. 4. n. 7. quo etiam in loco
num. 13. idem affirmat esse di-
cendum in Doctore ad legen-
dum conducto, ex *Ias.* & *alijs* in
d.l. diem functo, num. 40. ff. de offic.
Assessor. quamuis in sua Acade-
mia contrarium receptum esse,
testetur, ut non nisi pro rata te-

poris, quo Lector docuit, ad hæredes transmittat salaryum.

An autem idem erit in Aduo 28 cato affirmandum? & quamuis variè in hoc DD. locuti sint, placet tamen Bar. distinctio quam Emanuel à Castra, loco relato sequitur in l. 1. §. Diuus. ff. de var. et extraord. cogni. aut enim agitur de salaryo singulis annis Aduocato promisso, aut de mercede data, vel promissa, pro vnius causæ patrocinio. Primò enim casu, magis cōiter voluerunt firmatam conclusionem procedere, nempe, vt si medio tempore moriantur, integrum totius anni ad hæredes transmittatur. Secundò verò casu, constituendum erit discriminem inter mercedem, siue salaryum datum, & promissum, vt in dato repetitio non cadat, promissum verò minimè debeatur.

DE FILIIS OFFICIALIVM militarium, qui in bello moriuntur.

Tit. XLVIII.

IMP. CONSTAN. A.

EVAGRIO.

LEX PRIMA.

Hi qui ex Officialibus quorumcunq; officiorum geniti sunt, siue eorundē

parentes adhuc sacramento tenentur, siue iam dimissi sunt, in parentum militiam vocentur.

IMPPP. GRATIA. VALENT. & THEOD.

A A A.

LEX SECUNDA.

Filios primipilariorum paternam sequi conditio nem oportet.

SVM MARIVM.

- 1 Prēmium, & pēna, duplex Reipublica fundamentum.
- 2 Donationes ob merita elargitæ, incitatoria dicuntur, & quare.
- 3 Prēmiorum genera, & insignia.
- 4 Annona, & panes ciuiles, quid?
- 5 Soldata, quid?
- 6 Militia, & officia exinde percepta, quomodo nuncupantur?
- 7 Forma militiae, remissiue.
- 8 Feuda unde proueniant.
- 9 A feudis ad militiam valet argumentum. Eademq; in quibus differant, & conueniant ibid.
- 10 Concessiones in honorem qualiveter apud Hispanos receptæ.
- 11 Comende ad priscam militiam accedunt.
- 12 Conferuntur in benemerentem, absq; symone labo; et si nec ipsæ, nec milita-

- litaria insignia pecunia comparari queant.
- 23 Ob utilitatem publicam aliquantulum desilunt simonia regula.
- 24 Veterani quamplurimis donantur priuilegijs, remissione.
- 25 Reges Galli ex antiqua prærogativa veteranos cœnobij alendos tradunt.
- 26 Principis benignitas ad defunctorum usq; prolabitur, & n. 23.
- 27 Atheniensis morte plectebane milites, quorum incuria Duces inhumati relinquebantur.
- 28 Fæminis ob filios in bello amissos, permittitur adoptare.
- 29 Miles, quem strenua mors in bello tollit, adhuc ut viuum excollit gloria.
- 30 Patrius secundogenitus, quando excludat ab Auis successione nepotem ex primogenito?
- 31 Primogenito Religionem ingresso, eiusq; patre, & filio superstibus, quid juris.
- 32 Fictiones quomodo. & quando admittantur, & extendantur ad alias species.
- 33 Praemia militibus promissa, qui pugnantes morte occubuerunt, ad suos, & proximos superstites amplianteur.
- 34 Filij in militiam patribus succedunt iure honestatis, & decentiae.
- 35 Filij patribus in mores, & exempla succedunt.
- 36 Benemerentium liberi cæteris etiam habilioribus preferuntur.
- 37 Collegiorum filij gratuitè doctorentur, & in Collegium omessa municipij solemnitate admittuntur.
- 38 In pertinentibus adscribi in album Collegij Neapolitani, requiritur probatio originis illius loci; fallit in filij Collegiorum.
- 39 Princeps distribuit donaria benemeritis, officia domesticis, & elemosynas egenis, nulla alia adhibita consuleatione.
- 40 Subreptio est in officio, vel feudo extraneo concessio, si concedens non certioratur de filio, vel ventre existente domini præfuncti.
- 41 In dubio, interpretatio fit favore filij benemeriti de Republica.
- 42 Honorum continua^{ti}o in filios, universi Orbis consensu roboratur.
- 43 Si pro stipendijs, & annonis defuncto debit, concurrant uxori, & filij, quis præferatur?
- 44 Cautela pro concessionibus, & largitionibus, quæ fiunt uxoribus.
- 45 Uxores iterantes nuptias, afficiunt quodammodo maritorum manes.
- 46 Authoris idonea excusatio, ex quo frequenter intermisceat, & alleget Hispaniarum Regias Constitutiones, apud nos minimè vigentes.
- 47 Congiaria, & largitiones Imperiales, ad milites, atq; ad Palatinos curiales æquè extenduntur.
- 48 Liberalitates suas benemerentibus Princeps elargitur, nulla acciden-
te iuris actione. Et actio experitur apud Mados ex ingratitudine, ut ex Seneca ibid.
- 49 Antidoralis obligatio, que seruitijs præstitis nititur, non parit actionem.
- 50 Donationes Principis, oblate bene-

- meritis sunt, ut gratis, & sponte factae distributiones, ceteris silentibus seruitejs.
- 41 Leges Regiae, quas partitas Hypponi vocant, iuuane condicione legali petitionem præmiorum, que fit ab eo, qui illustre facinus patravit in bello, vel ab eius heredibus.
- 42 Pro largitionibus gratia meritorum factis, nec Princeps, nec eius Fiscus euictione afficitur. Nisi promissio precedat traditionem, ibid.
- 43 In remuneratorijs donationibus Fiscus prestat euictionem, si seruitia fiant vi pacti præcedentis.
- 44 Super donationibus factis filijs benemeritis, paterni creditores ne quicquam iuris habent. Cum suis declarationibus, ibid.
- 45 Princeps in re, quā donat, potest legem dicere, quam vuli.
- 46 Ea quæ consequitur uxori à Principe ob viri benemeriti gesta, vel ab ipso coniuge, itemq; ab extraneo, intuitu tamen prædefuncti viri, seruare tenetur filijs ex priori conubio.
- 47 Bona ob merita elargita, Castrensiū naturam, & priuilegia nanciscuntur, deq; eius filius famili. ut patrifamilias disponit.
- 48 De bonis donatis à Principe, filius fam. testatur, ut de Castrenibus.
- 49 Disponendi verbum ad ultimas voluntates magis adaptatur.
- 50 Filius fam. non testatur de feudis, nisi ob merita à Principe quæsitis.
- 51 Clericus filius famili. testatur de bonis, undeconq; obuentis.
- 52 Sed contra extat aliorum Scribentium sētētia, cū quibus Author pertrāsū.
- 53 Intellectus tex. in c. quia nos, de testa.
- 54 In principalibus largitionibus filio factis, siue ob eius, siue ob patris merita, patri ususfructus nō queritur.
- 55 Contraria sententia in his, quæ dominantur filio ob non sua, sed paterna merita, tanquam probabilior, magis arridet.
- 56 In bonis filio quæsitis ex meritis patris, ususfructus patri queritur.
- 57 In feudis pecunia, vel iure sanguinis quæsitis, pater non usumfructum, sed commoditatem dumtaxat sortitur.
- 58 Feudum seruitus quædam est, & pro seruitio datur.
- 59 Collatio, & imputatio in legitimā, quando in castrenisbus, & donatis à Principe admittatur?
- 60 Pecunia, & opera inter se equipollēt, & paria sunt feudum alterutrius ope quæri.
- 61 Locus est collationi, & imputationi, cum à Principe huiusmodi largitiones conferuntur in filium, vivente patre.
- 62 Perpenditur insignis Vulpiani locus in l. 3. §. si donaturum, ff. de dona. int. vir. & vxo.
- 63 Merita vim pretij obtinere, ac ipsius loco succedere, quomodo intelligatur?
- 64 Donatio merita excedens, quando dicatur pura, vel remuneratoria?
- 65 De iure Regni primogenitus mortuo patre, tenetur fratribus secūdogenitus tribuere partē pretij, quo pater feudu emerat. fallit, si nō pecunia, sed meritis pater sit feudu adeptus.

- 66 Initium rei spectandum .
- 67 Collatio cessat in donatis à Princepe patri cum filio simul .
- 68 Contra, ex sententia Authoris .
- 69 Filius primogenitus alijs fratribus tribuere debet partem pretij feudi empii à patre, prò se, & ipso primo genito.
- 70 Si principalis largitio confertur in patrem, & filium, cuiusbet ipsorum medietas queritur.
- 71 In principalibus donationibus, socius succedit consorti sine herede defuncto, cum suis ampliationibus.
- 72 Io. Anton. Lanarius, Vir alioquin celebris hallucinatur in lobuenire, ff. de verb. signific.
- 73 Ius accrescendi, locum dumtaxat sibi vendicat in re non agnita, & cessat, quando semel fuit quesita.
- 74 Successio inter consortes principaliū largitionum non fundatur in iure accrescendi, sed inducta est iure quodam singulari.
- 75 Si Princeps largitus fuerit aliquid Sempronio, & Lucio, quandiu vixerint, superestes quotam predefuncti ad se accessu.
- 76 Dicitio, cuiilibet, disiungit potius, quam coniungit.
- 77 Pudet aliorum scripta transcribere, nihil superaddito.
- 78 De portione, que consorti accrescit, non est noua inuestitura petenda.
- 79 Ad relevij solutionem in hoc Regno, non tenetur socius huiusmodi, promerito collega, quod ampliatur ad virum, & uxorem alterutro predecedente.
- 80 An ius accrescendi, siue anomala successio datur in feudis, triplex sententia .
- 81 Qua iure feudorum indecisa sunt, remanent in dispositione iuris communis.
- 82 Improbatur sententia Accursij, & aliorum in l. tunica, si soc. imper. liber.
- 83 Perpenditur tex. in c. 1. de duo fratrib. de no. benef. inuest.
- 84 An in feudis individuis, locus su huic successioni reciproca?
- 85 Consors admittitur ad hanc successionem socij, si hic decedat sine herede.
- 86 Ad hac Authoris sententia .
- 87 Prerogativa imperialis liberalitatis non extenditur ad personas non expressas in ipsa donatione.
- 88 Concessio, que alias non transiret ad heredes, ad filios benemerentium prorogatur.
- 89 Dicitio, in perpetuum, dupliciter interpretatur.
- 90 In donatione facta alternatiè, electio est donantis, secùs in Principis largitione.
- 91 Limitatur conclusio, ut Principis & non donatarij sit electio, si donatio est de rebus extra patrimonium fiscale.
- 92 In successione donationum Principis non admittitur representatio.
- 93 Representationis ius ortum habet à sanguinis, & coniunctionis affectu, qui deest in Principe donante.
- 94 Contraria sententia, ut magis sapiens, & probabilis amplectitur.
- 95 Princeps non presumitur, que iure constituta sunt subuereere, & an-

- uquare, nisi id expreſſerit.
- 96 Præſtari debita ſeruicia à feudario domino, eſt de conditione, & natura feudi.
- 97 In feudis iure cadit repreſentatio.
- 98 Si donatarius non ſeruat modalem conditionem à Princepi in donatione appofitam, cadit ab ipſa re donata.
- 99 Eccleſia, & perſona Eccleſiaſtice non declinant Regis forum in hiſ, que à Princepi profecta ſunt.
- 100 Siuè à Princepi feudalia donata ſint Eccleſiaſtici, & Eccleſia, ſiuè aliquid ex iuribus regalibus, in hiſ competenter ſubijciuntur Regio iudicio.
- 101 Regalia, quamuis non ſint confeſſa in feudum, tamen ſunt ſub conce- dentis iurisdictione, quo inuiti non alienantur.
- 102 Eccleſiaſtice perſona titulum oſte- dere debent Fisco Regio, nedum de feudiſ, ſed etiam de regalibus, licet in feudum non ſint confeſſa.
- 103 Quando donata à Princepi nec feudalia, nec regalia ſunt, Eccleſiaſticus Index erit adeundus.
- 104 Princeps eſi ob merita donet, non tenetur niſi in quantum poteſt.
- 105 Si Aerarij inopia ſuperuenerit, creditores hypothecarij, vel perſo- nalem actionem habentes prefe- runtur; & quod ſupererit eroga- eur pro ſatisfaciendis donationi- bus.
- 106 Clariffimus Io: Bertrandus Gue- uara obiter laudatur.
- 107 Militibus ex Regis Aerario ſli- pendia perſoluenda ſunt in primis.
- 108 Eodem iure, eodemq; potiuntur priuilegio, ſtipendia, que vulgo Additamenta, & Vantagia nuncupantur.
- 109 Tributa, & veſtigalia ad quid Princepi prætantur?
- 110 Creditores ex largitionibus domi- nicis, posteriorem cauſam habenti hypothecam, vel perſonalem tan- tum actionem habentibus.
- 111 Item ſiuè priores ſine tempore, ſiuè non, contra Capic. Secus ſi ipſi ex largitionibus hypothecam habeant ibid.
- 112 Fiscus non aſtringitur ſoluere prin- cipales largitiones, niſi cum vires Aerarij ſufficiant, deducto ne do- minus egeat, ac omni ere alieno.
- 113 Si bona Princepi donantis ſint hy- potheca affecta, an donatarij ſint in creditorū numero aggregandi?
- 114 Dictio, ſuper, qualiter hypothecā impoteſt?
- 115 Aerarij inopia diſfertur ſoluere lar- gitionum, nec poterit id precaueri pacto.
- 116 Largitiones interdum poſterunt ex cauſa recidi.
- 117 Donatio Princepi perfecta condi- tiones, diminutiones, & reuocatio- nes ex neceſſitate capit.
- 118 Nec damnum Princeps reficit, quamuis ſi ſine cauſa reuocet fa- ctum ob merita reficiat.
- 119 Comitis Lemensis in reſtau- rando Regis pauperio pruden- tia.
- 120 Princepi largitio, quamuis ma- gna, inſinuatione non eget.
- 121 Donata à Princepi ſunt precipua

do-

- donatary, contra formam statuti.
- 122 In his donationibus executio datur iactum in subsidium, & deducto nè egeat.
- 123 Principis donationes, quare etiā absenti, & ignorantii querantur?
- 124 Quando finiant iste donationes, si nihil sit in illis expressum?
- 125 Dispositio expirans morte concessionarij, transit ad heredes pro residuo temporis præfiniti, mortuo concessionario.
- 126 Donatio, & legatum statuto tempore duratura, transmictuntur ad heredes, pro reliquo tempore si donatarius, vel legatarius predecedant.
- 127 Personalis concessio, personam non egreditur.
- 128 Contraria sententia adducitur. Et Alex. intellectus ad tex. in l. apud Julianum, §. si quis alicui, ff. de legat. 1. n. 129.
- 130 Sibi imputet, qui minus congruam mercedem recepit.
- 131 Ex qualitate pretij arguitur quid venerit in venditione.
- 132 Donatio facta à Principe in causa alimentorum, expirat morte donatarij.
- 133 Similiter facta Medico, vel Iurisconsilio, ut suis artibus adiuvant donanti, non transit ad heredes.
- 134 Armonas, panes ciuiles, & soldatis personam non egredere probatur.
- 135 Moribus receptum est, mercedem istam morte concessionarij finiri.
- 136 Officia si concedantur, ad heredes non transiunt.
- 137 Dictio, in perpetuum, quid rursus importet.
- 138 An morte concedentis officia finiantur?
- 139 Non pariter perdurant Magistratus à Principe, & ab Ecclesiasticis Prälatis creati.
- 140 Feuda si concedantur, ad heredes transibunt.
- 141 In annua largitione, & præmissione, si hæredis menio facta non fuerit, quid iuris?
- 142 Quando huiusmodi largitiones delicto, vel alienatione finitæ, alijs praividicent.
- 143 Quid si filius in donatione vocatus sit in patria potestate, vel emancipatus?
- 144 Acquirens, extraneo nocere potest in ijs rebus, quas eius opera habitus erat.
- 145 Quando pater delinquendo, vel alienando officiet filio?
- 146 Plures exercentes unum officium, unius substituent vicem.
- 147 Si fuerit res concessa patri, & eius primogenito, non potest pater eam secundogenito donare.
- 148 In concessione facta parenti à Principe in personā duorum filiorum, nil præter ius nominandi, patri queritur.
- 149 Non adiecto tempore solutionis in principali largitione, solutio fieri debet in principio anni.
- 150 Consuetudo loci spectanda est in menstruis, & annuis solutionibus.
- 151 Legatum pro alimentis factum, principio anni debetur.

153 Vectigal Dohane pecudum Apulea, in mense Aprilis à pastoribus exigitur.

E M P VBLICAM

 yniuersam, duobus inniti fundamentis, præmijs nimirum, ac pœnis, *Cicer. 1. de oratore* docet, cùm verum, iustum, atq; honestum laborem, honoribus, præmijs, atq; splendore decorari, virtutia autem hominum, atq; fraudes, damnis, ignominijs, vinculis, verberibus, exilijs, atquè morte mulctari testatur. Ex his autem validius, ac firmius præmium esse apud omnes constat; siquidem, vt inquit *Seneca in opusculo de breuitate vita. Melius beneficijs imperium custoditur, quām armis.* Pœna enim licet malos coercent, aliquoquè exemplo deterreat, ac Principi reuerentiam conciliet, odium tamen simul parit; at præmiū, & benefacientes munera, & alios ad præclare aliquid agendum stimulat; vnde donationes istas, quæ sunt ob merita, incitorias appellavit *Luc. Pennens. in l. 1. de Castren. omn. palatin. pecul.* Insuper ipsi Principi amorem, ac benevolentiam acquirit, quia, vt ait *Cicero lib. 2. de finib. bonor. liberalitate*, qui utuntur, benevolentiam sibi conciliant, & quod apertissimum est ad quietē vivendum, charitatem: quin immò, & vt apud

Cassiodor. li. 7. variarum legimus, ipsa munificentia, & donatorē, & donatarium sublimat. Quantò igitur amor timorem excellebit, & supra illum eminet, tanto tutius, ac præclarior est in Republica administranda, Populisq; regendis, præmia adhibere, quam pœnas. Hinc iam ab antiquissimis temporibus legimus tot præriorum genera inuenta; ac excogitata fuisse; statuas, de quibus in *l. vi. virtutum, supra, de stat. & imagin.* laudationes, torques, armillas, coronas ciuicas, castrenses, nauales, murales, obsidionales, & huiusmodi alia, de quibus *Plin. hist. natural. lib. 22. cap. 3. cum sequen.* *Patricius de Republica* li. 9. cap. de præmio. *Alex. Sard. de morib. gent. lib. 3 cap. 1 o.* *Bouadilla in sua Republ. lib. 4. cap. 2. num. 7 5.* & latissimè *Petrus Fab. in suis lib. Agonisticon.* que demum, posterioribus temporibus in aurea calcaria, auratosq; enses mutata fuisse, obseruauit *Petr. Gregor. syntagm. par. 2. lib. 1 9. cap. 3. in fin. ex Cassiodor. ad Comitem Colossem.* lib. 3. variar.

At cùm excrescens humana cupiditas minimè solis honoribus contenta esset, ac prædictis quasi inanibus titulis non moueretur, alia præriorum genera excogitata, atquè inuenta fuerunt, quæ cum honore utilitatem quoq; admixtam habarent. Inde initia sumpsere annonæ, ac panes ciuiles, id est præ-

Ita-

stationes, ac annuæ largitiones curialibus, seu palatinis dari cōsuetæ, l. 1. *supra*, de frumento. Urb. Constantinopol. Et in l. prima, *supra*, de ann. ciuil. vt benè inter alios explicat *Hotom*. de verb. iu. in vers. *panes ciuiles*. Soldata quoq; inuenta fuit, quam idem esse cū annonis, inquit iex. in cap. fi. quis dic. *Duc. Com. vel Marc.* notat *Castro* in comment. præcit. leg. 1. de Anno. in princ. num. 13. quas Hispano idiomate *rentas por vida* appellari aduertit *Aluar. Valasc.* de iur. emph. 1. par. quæst. 1. 2. quos nos redditus ad vitam appellamus, vt recte explicat hoc *Alciat. lib. 8.*

6 parerg. cap. 5. Inuentæ etiam fuerunt militiæ, quas illas esse opinatur *Connan. lib. 4. iu. ciui.* quæ alio modo nostris temporibus officia, vel dignitates nuncupantur, & annua emolumenta ex eis percipiuntur, l. *Lucius* 1. de legat. 2. l. *fideicommissaria*, §. si seruo, de legat. 3. l. *bis verbis*, §. penult. Et vlt. eiusdem tit. l. fin. supr. de pignor. l. fin. sup. de prox. sacror. scrin. declarat latè inter coeteros *Taurlius* in opusculo, de militijs ex casu, & *Ioann. Garz.* de expens. Et meliorat. cap. 4. referens insignem *Probi Imperatoris* Epistolam ex Flavio Vopisco, in qua clarè exprimitur forma ipsius militiæ, quam non transcribo, cùm liber vulgatus sit, ac in manibus omnium.

7 Nec aliundè etiam feuda originem traxerunt, adeò vt iura feudorum antiquitus iura militia-

rum dicta esse obteruauerit *Ha loander* in prefatione nouellarum, 8 & sicut militiæ, ita etiam & feuda à publico defluxerunt, §. optimum, in *Authent. de exhib. reis*; quia à Principis patrimonio ambo proueniunt, & de uno ad aliud arguitur, *Isern. in c. 1.* §. *valuofores*, de his qui feud. dar. poss. & antea in prælud. fendor. vers. 4. dubitatur, num. 41 s. vbi ponit differentias, ac similitudines inter feuda, & militias, quas etiam recenset ibidem *Affl. num. 3* 2. ex quorum dictis, tria, in quibus conueniunt, & quatuor, in quibus differunt colligit *Intrigl. de feud. cent. 1. q. 3.* num. 7. quibus aliam differentiam addere conatus est *Castro in d.l. 1. de ann. in princ. num. 2* 8. quod scilicet annona, seu militia detur pro seruicio præstito, feudum pro seruicio prætando, quæ differentia mihi non probatur, nisi illam intelligamus ex ijs, quæ frequentius accidere solent; si quidem nihil obstat, quominus absq; improprietas nota, & annona prò seruicijs præstandis, & feudum ob præcedentia merita concedi possit, vt omnibus patet.

Fuerunt quoquæ apud Hispanos vsu receptæ concessiones, quas in honorem vocabant, nomine satis apto, & eleganti, de quibus, & in quo à feudi distet, videndus est *Gregor. Lop. ad l. 2. tit. 26. par. 4.* Et *Aluar. Valasc.* de iur. emph. 1. par. quæst. 39. nu. 24.

11 *in fine*. Et denique inuentæ fuerunt comendæ ordinum militarium, quas proximè accedere ad priscas militiaς mihi videtur, & inspicere licet ex ijs, quæ tradidit *Azor.instit.moral.tomo 1.lib. 13. cap. 4.* adeo ut *Aluar. Valasc. consult. 148.vol. 2.nu. 5.* rectè obseruauerit harum Constitutio num, quas interpretandas nobis proposuimus, dispositionem maximè recipiendam esse in co mendis istis.

Illud tamen adnotandum est, quod quamuis comendæ hu iusmodi Ecclesiasticis benefi cijs quodammodo assimilari possint, ac spiritualitatis, vt ita 12 inquam, plurimum annexum habeant, possunt tamen absquè simoniæ labo obseruitia præsti ta, siue præstanda in benemerē tem conferri, vt docuit *Victor. in relect. de simon.num. 45.Aragon. in sum. q. 100.art. 4.* & *Suar. de stat. relig.lib. 4.cap. 27. col. 3.* quamuis pretio illas concedere minimè liceat, sicut nec ipsa militiarum insignia, que *Habitus vulgo appellat*, pecunia intercedente cōparari, vt post præcitos Autho res scriptum reliquit *Azo.in præ alleg.lib. 13.instit. moral.cap. 6.* illa autem differentiæ ratio inter vtrumq; casum à prædictis assi gnatur, quod iam inde à prin cipio comendæ institutæ fue rint, vt bene de Republica meritis donarentur à Principibus, & ideo ob vtilitatem publicam à

13 strictissimis simoniæ regulis aliquantulum decuiare licuit: pecunia verò has spirituales digni tates acquiri, omni iuri, ac præ fertim instituentū menti pror sus repugnare videatur.

Accedant prædictis ea, quæ de Indorum comendis non prorsus à proposita materia aliena differuit *Matiens.ad l. 6. gl. 2.tit. 10.nou.recopil.*

Nec autem Principum bene ficiencia contenta fuit tot præ miorum genera inuenisse, vt eos, qui fortem operam nauan do Reipublicæ vitam quotidie varijs casibus militando expo nerent, muneraret; sed etiam illos complexa fuit, qui militari bus, vel palatinis laboribus de functi, emeritis stipendijs, ho nesto otio frui æquum videba tur, docent hoc quamplura pri uilegia veteranis concessa, de quibus in *l. veteranis. C. quando prouo. non est necess.* & *in tit. de excusas. veteran. & supr. prox. tit. de veteranis*, suadet etiam celebris *Iuris. locus in l. Lucius, ff. de cui etion. & in Litem si verberatum, ff. de reinend.* vbi habetur pro affi gnandis præmijs veteranis, ac emeritis militibus, licere Princi pi priuatorum prædia capere, soluto dominis pretio, quamuis aliter vtrumq; locum interpre tari visi sint *Hotoman. quest. II. lustrium lib. 1. quest. 1.* & *Paul. Bussius in interpret. ad pandectas in commento legum predictarum.* Nec

præ-

15 præterire libet notandum momen-
rem Galliarum, quo usurpatum
est, Regem ex antiqua præroga-
tua veteranos cœnobijs alédos
tradere, ut refert Renat. Copp. de
dom. franc. lib. 2. c. 28.

Deniq; quod magis est, ad ipsos quoq; defunctos principalis

16 benignitas propagata fuit, si-
quidem eorum, qui fortiter di-
micando in bello occubuerant
cadavera publicè sepelienda.
ferè apud omnes Populos, legi-
bus, aut moribus receptum sci-
mus, ut refert Bohe. de morib. gent.
lib. 3. cap. 2. Et Marian. de Regis
inst. lib. 3. cap. 5. vbi plura ad rē
propositam adducit, Athenien-
sium consuetudinem referens,
apud quos tanti fuit horum.

17 mortuorum cura, vt eorum
Duces, qui defunctos in acie in-
humatos reliquissent, quamvis
victores, morte multauerint,
teste Valerio Maxim. lib. 9. cap. 8.
in fin. Et Alex. ab Alex. genial. dier.
lib. 3. c. 2. Et de pietate humandi
defuctos ēt hostes apud Priscos,
eruditè Doct. Franc. de Petris Fe-
stinarum Lectionū li. i. c. 1. n. 3 1. cū
seqq. vbi latè de priuilegijs de-
functorum. Inde à Principibus
indultum fuisse legimus, fœmi-
18 nis, quæ filios in bello amisissēt,
alios adoptare, quasi in solatium
doloris, §. fœmina, institu. de adopt.
vbi Accurs. cæteriq; Interpretes hoc
adnotarunt.

Quinimmò ipsos defunctos
19 per gloriam viuere iura nostra

voluerunt, § filij, instit. de excusat.
tutor. l. bello amissi, ff. eod. iii. quod
extollit Bald. conf. 3 s. num. 5. ad
quod videndus eit Vinc. de Fran-
ch. dec. 132. Et Aulus Gell. noct.
actic. l. b. 2. cap. 1 s. idq; eleganter
expressit Plaut. in captiuis, in-
quiens, Qui per virtutem perit,
non Pol. interit.

Vnde Emanuel à Costa in opusculo
de maior. bonor. Regie Coronæ in 3.
parte num. 12. interpretando le-
gem Lusitanam, quæ est 11. lib. 4.
iii. 3 s. constituit, mortuo pos-
sessor maioratus successorem
per biennium ex fructibus ma-
ioratus teneri ad dissoluendum
æs alienum defuncti, docuit ad
id cogendum esse possessorem
etiam ultra biennium, quando
ultimo possessor strenue aduer-
sus hostes pugnando mortuus
fuerit, cum viuus per gloriam
censeatur.

Insuper ex predictis deducit
etiam idem Emanuel à Costa in
præcitatō loco ijs in Prouincijs,
20 vbi receptum est, patruum se-
cundogenitum excludere nepo-
tem ex primogenito ab aui suc-
cessione, si primogenitus in bel-
lo occubuerit, eius filium admit-
tendum esse, patruo præterito,
qui primogenitus. licet præde-
cesserit, viuere tamen censetur
tempore mortis patris sui; quod
antea respondit Roman. conf. 29.
in causa Maioria; idemq; asse-
ruit Nicolaus Mileus in suo repert.
in verbo mortuus, pro Republica, Et

Au-

Aufrer. decis. Tholosan. 443. & Tiraq. de primog. quest. 40. num. 123.

- 21 Idemq; dicendum esse, si filius primogenitus patre viuente religionem fuerit ingressus, filio relieto; nam secundogenitum hac in specie nepoti postponendum esse censuerunt idem *Costa* & ante eum *Aretin.* & *Porcius* in §. I. inst. de excusat. tuto. & secundū prædicta bis iudicatum fuisse refert *Gam.* in Senatu Lusitano dec. 307. num. 15. & prædictis etiam assentitur *Anto. Gabr. com. cōclu. lib. 4. in ti. de success. ab intestato conclus. 2. nu. 17.* & *Aluar. Valasc. de iure emph. quest. 50. nu. 16. vers. nec mouere*, citans ad hoc hanc nostram *Constitutionem*, idemq; *consultationum lib. 2. consult. 148. num. 3.* dicens se non reperire *Scribenem*, qui adueretur, & quod ter, vel quater vidit hæc omnia Regiorum Prætoriorum sententia comprobari, & nouissimè prædictis omnibus accessit *Molin.* Theologus insignis in opere, quod de *maioritatebus alterum Molinam æmulatus inscrispit disput. 630. nu. 5. vers. dubium est.*

Sed tamen idem *Aluarus* supradicta omnia in dubium reuocat multis argumentis, ex quibus illud mihi præcipuum, ac fortissimum videtur, quod fi-

- 22 ctiones admittendæ sunt, quando à legibus inducuntur, nec homo illas inducere potest; & minimè sunt ad alias species,

quàm expressas extendendæ, vt docuit *Bart. in l. si forte, ff. de castr. pecul. Alex. conf. 149. num. 4. lib. 2.* & *conf. 58. num. 5. eod. vol.* & *Aymon. conf. 134.* vndè fictio, quam lex induxit ad excusationem tutelæ, vel aliorum munerū, propaganda non est ad alium casū satis diuersum, ac maioris præiudicij exclusionis, scilicet ad successionem, & in hanc postriorem sententiam ipse *Aluarus*, & rectè, ni fallor, declinare videatur; quamuis in Lusitania ob consuetudinem, ita iudicandi, ac ipsarum rerum iudicatarum autoritatem minimè à priori discedere posse dicat: refert etiā ibidem alios fuisse, qui has contrarias sententias conciliare connotati sint, distinguendo, vt in donationibus Principum, alijsquè huiusmodi largitionibus, nepos ex primogenito prædefuncto in bello, patrum vincat, in alijs verò patruus præferatur. Sed Ego non video, quæ nàm recta reddi possit ratio differentiæ inter utrumq; casum, & ideo generaliter hanc *Aluari* traditionē amplector.

Tandem Principum liberalitas supradictis limitibus, quasi angustis minimè contenta ad defunctorum benè de Republica meritorum filios exempli satis utili deriuata fuit, vt videlicet ex his Constitutionibus, quas interpretandas suscepimus à *Constantino*, & alijs Cœsaribus

editis, antiquo instituto Romanæ Reipublicæ; siquidem moribus satis antè inductum hoc fuisse ostendit celebris Ciceronis locus in 14. *Philippica in fin.* dūm inquit: *Atq; etiam censeo P. C. quæ præmia militibus promisimus nos recuperata Republica tributuros ea viuis, vicitoribusq; cumulate, cùm tempus aduenerit prosluenda: qui autem ex ijs, quibus illa promissa sūt pro patria occiderunt, eorum parentib; liberis, coniugibus, fratrib; ea dem tribuenda censeo.* Qua de regeminatis legib; *Constantinus*

24 Augustus statuit filios in paternam militiam vocari, alijs post habitis, iure quodam honestatis, & decentiæ, vt ait *Tiraq. de nobil. cap. 20. num. 8.* ità Reipublicæ vtilitate exposcente, cùm in paternas virtutes eos succedere sit præsumendum, latè *Alciat. de præsumpt. reg. 1. S. 48.* @*Menoch. lib. 6. præsumpt. cap. 5 8.* quemadmodum è conuerso à filijs, paterni sceleris exempla metuuntur, l. *quisquis, sup. ad l. Jul. Maiest.*

26 Quid nimmo huiusmodi benemerentium liberi præferendi sunt cœteris, etiam magis habilibus, l. *unicuiq; sup. de prox. sacr. scrin. l. petitionem, S. filij de aduoc. diuersi. iudic. l. iubemus, eod. tit.* vbi notat *Accurs. natos Aduocatorum, extraneis anteferendos esse gratis, & sine sumptibus.* Vnde *Af- flict. in Comment. constit. Regni hu- ius, de iur. prothomis. & iterum in c. 1. S.* @*si clientulus, in s.. notab. de*

alienat. feudi pat. docuit initium,
27 sumplisse consuetudinem doctorandi filios Collegiorum, absq; aliqua solutione, quod pariter obleruauit *Io. Vinc. de An- na singul. 215.* Inde etiam fit, vt si lege aliqua municipali certa forma, aut solemnitas præscripta sit in aliquo doctorando, vel in Collegiū Doctorum cooptādo minimè sit seruanda in filijs Collegiorum, vt tradidit *Corn. conf. 126. 20. 3.* @*Anna filius in Addit. ad singulare patris sui paulò ante citatum, adijcens hoc vnuceptum in hoc Almo Colle- gio Neapolitano, vt filij Colle- giatorum ordinariorum recipiantur, quamvis non probent se Neapoli ortos, quod alijs ne- cessariò est probandum, ante- quam admittantur, fuitq; in me seruatum ut filio Vicecan- cellarij, & Ego seruari mandaui, quoties calus accidit, dūm ei- dem Collegio etiam ut Viceca- cellarius præfsem.*

28 Est autem adeò quasi debita filijs merces paternorum meritorum, vt quamvis Princeps in remunerandis benemeritis, debeat consulere Proceres, ac Senatores, vt obleruauit *Bald. in l. cum multa, sup. de bon. matern.* @*Ias. in l. placet, de sacro san. Eccl.* @*Barbat. de præstant. Cardin. par. 2. quest. 2.* hanc tamen consultationem adhibere non solet, cùm agitur de trasferendo in paternam militiam filios: extat autē

de hoc præclara lex Hispana,
s. tit. 10. lib. 5. nou. recopilation.

29 quæ tres notandos casus excipit, in quibus consultatione Princeps nō indiget. Primus est iste, de quo agimus, Secundus cùm de officijs domesticis distribuēdis, Tertius cùm de eleemosinis tractetur.

Præterea Aluar. Valasc. consul. cap. 129. num. 13. satis eleganter voluit, quod si Princeps vacante aliquo officio, vel feudo ob mortem alicuius benè de Republica meriti, ab alio exoratus, scriperit Rectori alicuius Prouincie, aut Ciuitatis, ut ipsum certiorē reddat, an ex defuncto filius aliquis superstes existat? teneri Rectorem non solum de filiis iam 30 natis mentionem facere, sed etiam, si venter tantum extet, de eo certiorem facere Principem, alioquin subreptitia censabitur concessio officij alteri facta, cùm non sit præsumendum dominum, vel ventre existente, extraneo officium, vel feudum defuncti concessurum.

Inde etiam sit, ut in re dubia semper ea capienda sit interpretatio, per quā filius benè de Republica meritus alteri præferatur, ut eleganter respōdit Roma. conf. 29. in causa Ducis de Alcalà.

Non autem me latet honorū hanc continuationem à parentibus in filios ab aliquibus im 32 probari, vt retulit Mattienz. in

dialogo relato. p. 3. cap. 5. num. 7. sed Principum benignitas, ac universi Orbis consensus hanc nimis scrupulosam traditionem explosit.

Sed quid si cū filijs adsit vxor defuncti? quæstionis erit, an 33 concurrat cum filijs, vel liberi præferantur? supponendo donātem, qui in re sua est moderator, & arbiter, velle se iuris dispositioni conformem reddere. Hoc exp̄r̄sè à legibus constitutum non fuit, quamuis enim lex. in l. iubemus per hanc, supr. de erog. mil. anno. dicat, ea quæ ex annis defuncto debebantur esse præstanta vxoribus, vel liberis, non tamen aperit quis sit ex eis potior, sed cūm in d. l. per hanc, de stipendijs, siue annonis defuncto debitum tractetur, quæ in hæreditate remâlerunt, is vocabitur, qui hæres erit, ut declarat lex. in l. ijs scholaribus, eo. tu. de erog. mil. anno. nolstra autem quæstio est de latitacione, quæ neq; defuncto erat debita, nec in eius hæreditate remansit, & magis iure sanguinis, quām hæritario defertur, ut proximè ad rem nostram accedendo inquit Bal. in l. cum antiquioribus, supra de iure delib. column. 5. Inueni tamen legem Hispanam, quæ est s. tit. 27. par. 2. in verbo Mujer, & aliam septimam eiusdem tit. vbi hac de re tractatur, sed quæstionem propositam neutra absolvit.

Inquiunt enim præmia hæc dāda esse filijs, aut vxori, aut his deficitibus, propinquiori agnato, sed *Gregorius Lop.* in comment. illius l. 5. filios vxori prætulit; quod diuersimodè obseruatum vidi: aliquando enim in liberos, coniuge posthabita, largitiones collatas vidimus, aliquando utriq; vocati fuerunt, vel ob præsumptam defuncti voluntatem, vel ob vxoris paupertatem, vel ob alias circūltantias. Consuetū tamen semper est in concessiōnibus, quæ sunt coniugibus, apponere pactum, ut eis gaudeant donec viduæ permanferint, & 34 quidem iustissimè: cùm enim largitiones consequantur maritorum contemplatione, iniquū videretur transēentes ad secūda vota, ijsdem frui, cùm maritorū 35 manes huiusmodi secundis nuptijs quodammodo offendantur. Insuper aduentum est posse morientem testamento hanc præmiorum spem legare, ut habetur in præcitata l. 5. tit. 27. par. 2.

Desinat autem mirari, qui hæc legent, me & hic & alibi 36 constitutionum Hispanarum authoritate sæpiissimè vti, nàm quamuis sciam legū vim apud Nos ipsas non habere, magnum tamen pondus, ac autoritatem, etiam aliorum Regnorum iura apud omnes habere debent, ex ijs, quæ notauit *Iaso* in l. de quibus, ff. de legib. num. 6. Boer. dec. 293. nu.

9. *Bursat. conf. 46. num. 3. lib. 1. Camerar. in repet. cap. imperiale, in magna impressione f. 11. col. 4. lit. T.*
& Aluar. Valasc. in praxi partitio.
& collat. c. 19. nu. 11.

Subijciam nunc aliqua tām ad harum Constitutionum explicationem, quām ad totius principialium largitionum tractationem spectantia excerpta, à locis non vulgaribus, legentibus forsan non ingrata, & à generalibus inchoando.

Principio meminisse oportet, ea quæ de huiusmodi Imperialibus liberalitatibus dicta sunt, & inferiùs dicentur, non esse intelligēda de ijs tantū, quæ ob bellica merita fortibus Viris 37 tribuuntur, sed et de illis militibus, qui assiduo labore palatino obsequio addicti, non sunt immunes à puluere, ac labore, ut egregiè testatur *Imperator* in l. 1. sup. de castris. omn. palat. peculio. Qua de re, disposita in l. cùm multa, de bonis, que liberis, admittenda erunt in beneficium non solum militum, sed aliorum quoquæ palatinorum curialium, ut ex verbis illius Constitutionis obseruauit ibidem *Bald.* & post eum *Iaso* in *Auth. ex testamento*, sup. de collationib. & Dec. in l. fin. num. 6. de his, qui testam. facer. poss. *Suar.* in l. quoniam in prioribus, sup. de inoff testam. in 6. limit. & benè *Emanuel à Castro* in repetit. l. cùm oportet, supra, de bon. que lib. in 4. p. in 3. exemplo peculij Castren. n. 186.

Vlterius supponendum est Principes, et si magnam apud homines gloriam consequantur cum bene de Republica merentes, aut ipsorum filios Regia munificentia prosequuntur, non
 38 tamen ad id faciendum legem aliqua esse astrictos, cum nulla neque parentibus, dum viuunt, neque post eorum mortem filii actionem ad premia suorum meritorum consequenda tribuatur; nam ut Seneca ait lib. 3. de benefic. Nulla pro beneficiorum restitutione lex reperitur, nisi apud Medos, penes quos solum actionem aduersus ingratos datur. Nascitur enim ex seruitijs praestitis
 39 tantum antidotalis quedam obligatio, quae actionem non parit, ut late explicauit Bart. in l. ex hoc iure, de iust. & iure, & nouissimum, ut alios omittam, Arrius Pinnellus, qui plurimos citat in l. 1. supra, de bon. mater. in 3. par. n. 59. cum multis sequentibus, & post eum Barbo. in l. quia tale, ff. sol. matrim. num. 9. unde plerique voluerunt
 40 donationes, quae a Principibus fiunt sub commemoratione remunerationis seruitiorum, nihil distare a gratuitis: multos citat, & cumulat Surdus conf. 419. num. 12. vol. 3. Plot. in l. si quando, sup. unde vi, Boff. in tract. de Principe, num. 332. Beretta conf. 43. & nouissimum lo. Bapt. Costa de remed. subsidiar. remed. 3. nu. 4.

Quod si lex aliqua adsit, ut in
 41 Hispanijs l. 5. in fin. tit. 27. par. 2.

qua certum premium fortiter aliquid agenti sit constitutum, veluti primo murum, vel hostile vallum transcendentem, hostium vexillum capienti, Regem seruanti, vel insigne aliquod facinus patranti, dabatur proculdubio eidem, si superstes erit, vel eius heredibus, premij petitio condictione ex lege, ut ibidem adnotauit Greg. Lop.

Ex hoc quasi fonte, atque principio plura deducuntur, atque il-
 42 lud in primis, Principem, ac eius Fiscum minimè de euictione teneri pro huiusmodi largitionibus meritorum causa factis, ut docuit Loffred. in cap. 1. §. Ti-
 uis in tit. si de feud. def. milit. controv. fuer. Dom. Regens de Ponte in conf. 59. num. 22. & nouissimum in libro de potest. Proreg. tit. 5. nu. 27. Fab. de Anna conf. 93. vol. 2. num. 15. ex dictis à Decio in l. si donatione num. 35. à collat. & ita prædicti testantur in his nostris Præto-riis bis fuisse iudicatum in causa Iuli de Capua cum Regio Fisco, & iterum in causa Ducis Suevæ, & apud me extat manuscriptum votum Regentis Reuterij in cau- sa prædicti Ducis, à qua sentia vti recepta, & rerum iudicatarum authoritate cōprobata, minimè recedendum erit, quicquid sibi velit Renat. Coppi. de doman. Frac. lib. 2. tit. 14. num. 6. dum refert in Gallia pronunciatum fuisse, euictionem in hac specie à Fisco deberi.

Qian.

Quando autem donatio cæ-
 43 pisset à promissione, ac postea
 secuta fuisset traditio, in remu-
 neratorijs donationibus euictio
 nem præstandam esse docuit
Accurs. in l. Aristo, in fin. de donat.
 cuius sententiam probauit *Iser.*
in c. 1. §. è contrario, de inuestit. de re
alien. fac. & in cap. unico, in fin. nu.
1. an apud Iudicem, vel cur. domi-
ni, cum alijs, quos recensuit Ca-
ballin. in tract. de euictio. §. 4. nu. 2.
& seq. & Surd. de alim. ut. 6. q. 9.
num. 1. 2.

Alter etiam erit casus, in quo
 euictio similiter à Fisco debebi-
 tur, de quo meminit *Boss. in tra-*
cta. de Principe num. 326. quan-
 do scilicet præcessit conuentio,
 veluti si cum aliquo Duce belli
 pepigerit Princeps aliquid eidē
 daturum, si cum certo militum
 numero in bello opem sibi fe-
 rat, erit enim tunc extra contro-
 uersiam euictio præstanta; non
 enim tunc ista donatio vera cé-
 sebitur, sed contractus locatio-
 nis, vel innominatus, dō. vt fa-
 cias, reciprocam obligationem
 inducens. Quę autem actio de-
 tur militibus, qui sub Duce ali-
 quo militarunt, cui promissio
 certæ mercedis facta fuit, viden-
 dus est *Aretin. in celebri sua respon-*
so, & Angel. in l. item magistri, ff. de
pactis, vbi cenluit, Magistrum
militum posse pro se, & suis mi-
litibus, & eorum banderia, eisq;
per Præfectum actionem utili-
ter queri.

Secundo ex prædictis elicetur,
 quod cùm nulla in paterna hæ-
 reditate actio remanserit ad pe-
 tendam remunerationem me-
 44 ritorum, si Princeps prò sua be-
 nignitate aliquid filijs defuncti
 benemeriti largiatur, paterni
 creditores nullum ius super hu-
 iusmodi rebus donatis habere
 poterunt. Probat hoc insignis
Justiniani Constitutio in tit. de ex-
hib. reis, in nouella in §. optimum,
 cuius ista sunt verba: *Si filij, vel*
wxores defuncti fuerint, istos modis
omnibus reponimus, vt adeant
nos, & secundum iussionem nostrā
hoc habeat, id est militias ex casu,
 quæ ob paternum obitum ad
 Fiscum reuersæ sunt, non tanquā
 paternam hæreditatem, si in
 alijs inops sit, sed tanquam Im-
 periale liberalitatem. Et ad-
 uertendum est, non immerito
Justinianum adieciisse illa verba,
Si inops sit paterna hæreditas, quia
si locuples, & opulenta foret, va-
*nūm esset querere an huiusmo-
 di dona essent creditoribus ob-*
noxia, siquidem aliundè filij hæ-
redes illis facere tenerentur,
& ità hunc locum interpreta-
tus est eruditissimus Connan. lib.
4. iuris civilis, cap. 1 s. & nè desit
 in hoc particularis authoritas
 alicuius *Scribentis, hoc voluit Gre-*
gor. Lopez. in d.l.s. tit. 2. p. 2. ver.
Mujer, dum voluit, filios hæc
præmia non habere vti hæredes
patris; quamuis illa propter me-
rita paterna obtinuerint.

45 Tertio à prædictis quoq; de-
scendit, quod Princeps nemini
iniuriam faciet, si quando ali-
cui benemerenti aliquid elargi-
tur iubeat nè creditores ipsius
aliquod ius in re donata acqui-
rant. cùm enim debitor, vt præ-
diximus, nullam habeat actio-
nem ad petendam remunera-
tionem; sed tantum probabile
aliquam spem præmiorum in
sola Principis liberalitate repo-
sitam, illam creditores, quamvis
hypothecam habentes, obligatā
minimè habent. *I. Spem eorum præ-
miorum, supra, quæ res pign. obliga-
poss. quem tex.* ità interpretatus
est *Donellus in l. commodis, ff. de re
judic.* dùm intelligit illum loqui
de spe futurorum præmiorum,
& antè eum *Salyc. in comment. ad
dictam legem.* Insuper potuit Rex
in re à se donata legem, quam
libuit dicere, & in quærendis fa-
cilius creditoribus præiudicium
fieri poterit, argumento eorum,
quæ habentur in *l. qui autem, ff.
de his quæ in fraud. cred.* & hoc plu-
ries vidi in Supremo Italico
Consilio concessum viris bene
de Republica meritis, qui ære
alieno obnoxij, aliter se alere nō
poterant.

Attamen quamvis verissimū
sit hæc præmia minimè censeri
esse in bonis defuicti, negari neu
tiquā poterit merita illius cau-
sam præbere huiusmodi dona-
tionibus: vndè sequitur insignis
46 effectus. Fac enim vxori ob viro

præmortui virtutem. Principem
aliquid fuisse largitum, eamquè
ad secundas nuptias conuolasse,
si res donata ea sit, vt ad hære-
des transeat, in ea succedent filij
prioris matrimonij, & fiet vxor
ex proprietaria, vñtructuaria;
quamvis enim non ex paterna
substantia res illa prouenerit,
patris tamen contemplatione
vxor habuit, vndè succedit regu-
la, quod vxor teneatur reseruare
natis ex priori connubio, etiam
ea, quæ ab extraneo, viri intuitu
consecuta fuerit, statuit hoc *Im-
per. in Auth. in donatione, sup. de se-
cundis nupi.* cuius tex. sunt verba,
*in donatione propter nuptias, etiam
si alius pro viro dederit, deserit eam
proprietas, idemq; probat tex. in §.
si vero exspectet, vers. Et nunc de-
cornimus, de nupi. Surd. decis. 1 1 8.
num. 9. *Gomes ad l. Tauri 1 4. n. 7.*
vbi reprobat *Roman. cons. 40 s.*
& nouissimè *Gasp. Ant. Thessan.*
*qq. for. lib. 2. q. 29. n. 4.**

Cùm autem multa præcipua
huiusmodi Principalibus largi-
tionibus fuerint attributa, vt in-
quit *Isern. in c. i. in final. verb. ex
quib. caus. feud. amitt.* opere reprætiū
me facturum arbitror, si ex eis
nonnulla recenseam, quæ non
passim apud *Scribentes* cumulata
reperiuntur.

Primum igitur erit, bona à
47 Principibus ob merita donata,
castrorum naturam fortiri, ac
eisdem priuilegijs decorari ex
celebri *Iustiniani Constitutione*

in

*in l. cùm mulia, supra, de bon. qua
liber.*

Vnde sit, ut filius familias de
48 bonis Principalibus largitioni-
bus acquisitis, possit ut pater fa-
milias testari quasi de peculio
castrensi, sex. est ad hoc *in S. 1. in-
stitut. quib. non est permis. fac. testa.*
& in l. 1. §. hoc quoq; ff. ad trebell.
vbi *Alex. Bened. in cap. R aynutius*
in ver. matrem num. 1. 7. Eman. à
Castr. in repetit. l. cùm oportet, de bon.
qua lib. part. 4. num. 1 8 5. & antea
Affl. dec. 1 8 3. & communiter
hoc tradiderunt *Scribentes in d. l.*
cùm mulia, quæ aperte hoc statue
re videtur, illis verbis: *Disponen-*
di omnem habeant facultatem, er-
gò tām inter viuos, quām in ul-
tima voluntate; prælertim cùm
49 *disponēdi* verbum magis ultimis
voluntatibus adaptetur, *S. 1. in*
Auth. ut lic. matri, & auia; iuxta
illud *Ezechie: Dispone domui tuę,*
quia morieris.

Quā de re illud animaduerte-
re oportet, quod quamuis feuda
militijs æquiparentur, ac quasi
castrensia appellantur, vt supe-
riūs diximus, de eis tamen filius
50 familias testamenti factionem
non habebit, nisi illa ob merita
fuerit à Principe consecutus, vt
recte censuit *D. Praef. de Franchis*
dec. 4. & ita accipienda sunt ea,
quæ inuolutè non distinguendō
inter feuda donata in remu-
nerationem, vel aliundè quæsi-
ta, tradidit *Affl. in d. decis. 1 8 3.*
& hoc casu non poterit filius fa-

milias testari de his feudis, nisi
in reliquis, seruata ipsorum feu-
dorum lege, videlicet in proxi-
mè successuros, vel domini con-
sensu intercedente, solus enim
personæ defectus suppletur, sup-
positis cœteris terminis habili-
bus.

In clericis vero diuersum ius
constitutum appareat, non enim
solum de ijs, quæ clericatus oc-
casionē quæsierunt, quasi de
castrenis bonis testamenti
factionem habent, sed de alijs
vndequaq; obuentis, quamuis
clericatus à patria potestate il-
los non eximerit, ut notant com-
muniter *Scribentes in l. Sacrosan.*
Ete, & in Auth. Presbyteros, quæ
est secunda, sup. de Episc. & Cleric.
Innoc. Hostien. Card. & post alios
Couarr. in cap. quia nos, de testamen.
& postea prædicti tex. authorita-
te motus idem firmauit *Suar. in*
disput. quest. maior. num. 3 3. & hāc
differentiam inter laicos, & cle-
ricos exprelè obseruauit *Paul.*
Castr. in d. l. Sacrosanete, cuius
rationem si quis inuestigare ve-
lit, illam fortasse reperiet, quod
in laico priuilegium sit indultū
personæ, ratione bonorum, cle-
ricis vero è conuerso personæ ob
ordinis dignitatem, & in conse-
quentiam bonis. Vnde perlona
huiusmodi priuilegio munita-
testabitur de bonis cuiuscunq;
generis fuerint.

Verum neq; clericis filijs fa-
52 milias de alijs bonis, quām ex

cle-

clericatu quæsitis licere testamento cōdere, voluerunt alij Scribentes nec numero, nec auctoritate ijs, quos pro contraria sententia citauimus, inferiores; hoc enim affirmarunt Odofr. Jacob. Butrig. Bar. Alber. & alij in d.l. Sacrosanctæ, Bal. in d.auth. Præbiteros, itē Bar. in l. litis, §. potest de negot. gest. Bald. in l. 3. Si quis minor, ff. de minor. & post alias Gomes in l. Tauri 4 8. num. 7. Emanuel à Cast. in repet. d.l. cūm oportet in 4. par. nu. 163. Joseph. Gondisalvus li. 11. variar. quest. cap. 1 2. Cald. Pereir. in l. si curatorem habens, in vers. l. eſis num. 13 1. quorum sententia mihi probabilior videtur. Nequè enim, si recte inspiciamus, ei ad uersatur tex. præcitatius in c. quia 5 3 nos, de testament. siquidem Summus Pontifex in eo loco minimè tractare potest de clero filiofamilias, cūm enim de paterna hæreditate mentionem faciat, necessariò supponendum est patrem clericu prædefunctū fuisse, quia viuentis non dicitur hæreditas. Et Summus Pontifex in eo responso intendit tantum differentiam constituere inter bona, quæ clericus Ecclesiæ cōsideratione percepit, & ea quæ, vel ex successione suorum, aut amicorum quæsuit, vt de illis nullo modo testari possit, de istis verò habeat testamenti fationem; non autem induxit, vt de omni bonorum genere, etiā si filiusfamilias esset, testari pos-

sit, tex. in d. l. Sacrosanctæ, & in Autb. Præbiteros intelligendi sūt de quibusq; bonis, vel ex clericatu, vel ipsius occasione, quæsitis: illa enim tantum, quasi castrensis bona dicuntur, non autem aliundè obuenta, quæ tale nomen sortiri non possunt.

Ex eodem etiam fonte nascitur, & aliud notandum, quod in Principalibus largitionibus filio ob merita factis vſusfructus patri non quæritur, sicut in bonis peculij castrensis; quod aperte constituit Imperator in d.l. cūm multa, & de hoc dubitandum non est. Illud verò apud grauissimos Authores controuersum reperio, an idem iuris sit, si Princeps filio, non ob eius merita, sed parentis gratia aliquid largiatur? & quidem neq; in hac specie patri vſumfructū 5 5 deberi affirmarunt Aret. in l. sed si plures, §. in arrogato. ff. de vulgar. & pupillar. col. 2. Gomes in l. Taurina 4 8. Cald. in oper. de nomin. emphyt. quest. 1 8. & in l. si curatorem habens, in vers. l. eſis, nu. 1 0 6. & sequitur Matiens. in l. 9. glos. 1. lib. 5. recopil. & Emanuel à Cast. in repet. d.l. cūm oportet in 4. p. in 3. exemplo, num. 1 8 8. & antea in 2. par. in prin. & Burg. de Paz in quaſto. 1 1. nu. 2 8. & eius Genitor cons. 3 8. quod incipit fauore num. 6. lib. 1.

Alteram verò partem pro parte sectatus est Io. de Plat. in l. prima, supra, de cast. omn. palatin. pecul.

affir-

affirmans donationem ob palatina patris seruitia in filium à Principe collatam, non peculio castrensi, sed profectitio esse adscribendam ex præcitato §. in argato, idem nuncupatim voluit. *Palac. Rubeus in rub. de donat. int. vir. & uxor. §. 4 s. quod incipit,*
§. 6 sin autem sumus in dubio, asserendo donationem factam filiæ ob merita patris profectitiam esse censenciam, ex tex. in l. profectitia, in princ. de iur. doti. accedit prædictis Ifern. authoritas in c. 1.
§. & si libellum, de alien. feud. pater. dūm tractando quæstionem de feudo filiofamilias donato à Principe, parétis contéplatione, voluit proprietatem, ac vsumfructum ipsi parenti acquiri, quod communi calculo à Scribenibus in eod. loco comprobatur. Proderit huic sententiae confirmādæ recepta illa traditio, quod bona filio ab extraneo obuenta intuitu patris, profectitio, & non aduentitio peculio erunt impunitanda, vt ex autoritate tex. in l. dedit dotem, de collat. & in l. profectitia, paulò ante citata opinati sunt Bart. Bald. Castren. Corn. & alij in d.l. cùm oportet, Ias. in l. 1. supra, qui admitti nu. 27. & ibidem Deci. num. 92. Corn. conf. 181. nu. 93. lib. 1. Soccin. conf. 91. nōm. 1 o. lib. 1. Nauarr. in suo manual. cap. 17. num. 143. Conferent etiam ea, quæ inferiùs dicemus, dūm de collatione, ac imputatione tractando firmabimus parem.

vim habere merita, atq, pecuniam, & idem esse aliquid prætio, vel seruitijs comparari, ac proindè eandem naturam sortiri ea, quæ filius quæsivit ob pterna seruitia, quām illa, quæ pater pecunia filio comparauit.

Est autem aduertēdum, quod in feudis etiam si pecunia, vel successione quærantur, & non §. 7 Principis liberalitate, pater vsumfructum non habebit, sed tantum commoditatem, vt docuit Ifern. in c. 1. de his qui feud. da. poss. vbi Affl. & alij, Bal. in l. si uxorem in ult. quæst. sup. de cond. inseri. etiam si feuda à Principe non proueniant, cuius assertionis duplex ratio redditur, vel quod feudum sit seruitus quædam l. si vsumfructus legatus, ff. de vsumfruct. & si in eo vsumfructus daretur patri, esset dare seruitutē seruitutis, aduersus notissimas regulas iuris l. 1. ff. de vsumfruct. legato, vel quod verius est, quia cùm feuda ea lege concedantur, vt vassallus domino seruiat, si alter vsumfructum feudi haberet, do minus seruitium exigere non posset à proprietatis nudæ domino, vt benè declarat Ifern. in loco proximè citato, & Affl. in cap. 1. de duob. fratrib. Camer. in cap. Imperiale pag. 21. in impressione magna Romana, lit. O. Intrigl. censur. 1. quæst. s 2. num. 3 o. Boer. decis. 199. Roder. Suar. in disp. maiora- tis num. 3. qui hoc vti nouum adduxit in iudicio Comitatus

Valentiae, & Cast. in d.l. cum oporet, in princ. in c. de bon. profect. n. 37.

Non tamen hic præterire libet, quod in casibus, in quibus patri vſusfructus non queritur, vel ex eo, quod bona à Principe processerint, vel quod sint fœdalia, proderunt tamen patri, ut filium alere non teneatur, si de 58 illorum bonorum fructibus cōmodè viuere possit, vt eleganter scriptum reliquit *Surd. de alim. lib. 9. quæst. 28. num. 15.* referens ita Senatum illum censuisse, & hoc modo videtur etiam quodammodo in patris commodū huiusmodi vſumfructū cedere.

Procedit etiam ex eodem priuilegio peculij castrensis, ut hęc bona, quæ à Principis liberalitate deuenierunt, nec cum fratribus conferantur, nec in legitimam computentur, l. 1. §. nec castrense, ff. de collat. cum simi. & quo 59 niam exactiori examine indigent ea, quæ à *Scribentibus* in hac materia non nimis distincte tradita fuerunt, immò prò maiori dilucidatione eorum, quæ inferiùs dicentur; aduentendum est in donatis à Principe filio post mortem patris, & collationem, & imputationem cessare, l. ea demum, l. si donatione, l. nec emancipati, supra de collatio. Nec oberit, quod huiusmodi largitiones videantur quodammodo ex paterna substantia processisse, cū ob eius merita factæ fuerint; apertissima enim patet respon-

sio ex ijs, quæ supra firmavimus, dūm docuimus nullam in hereditate paterna remansisse actionem ad remunerationem petendam; & nē prædictis desit authoritas, hoc respondit *Aluar. Valasc. in sua praxi part. 8. collat. cap. 13. nu. 29.* dūm voluit, officia concessa à Camera Olisiponensi filiabus defunctorum benē de Republica meritorum, ut nubere possint, minimè esse cū cœteris fratribus conferenda, idq; lege Lusitana cautum esse.

Viuersa erit inspectio, quando Princeps liberalitatem exercet in filium benemerentis, ipso parente superstite. Plures autem species constituendæ erunt, vt veritas melius, ac clarius elucescat.

Prima erit cū pater precibus impetrat à domino, vt largitionem, quam in se ipsum in præmium meritorum collatus erat, filio suo potius conferrat; & in hac specie, & collationi, & imputationi locum esse censeo ex communi, receptaq; sententia, prò cuius fundamento suppono, idem esse meritis à Principe aliquid obtineri, quā illud pretio comparare, *Ifern. in cap. 1. num. 3. de feud. guar.* vbi in 60 quit nihil differre feudum obseruitia concessum, ab eo, quod pecunia fuit acquisitum, cū pecunia, & opera inter se æquipolleant, l. si conuenerit, §. 1. ff. proficio, & in proposita specie hoc

do-

docuerunt Petrus, & Cynus in l. omnimodò in princ. supra, de inoffic. testam. Alex. conf. 179. num. 2. & vol. 5. & in l. in quartam, num. 27. ad l. falcid. Gomes ad l. 29. Tauri, Gamma decis. Lusitana 29. & Io. Garf. de expens. cap. 4. num. 24. ad quod expendi potest tex. in c. sunt non nulli 1. quest. 1. vbi obsequia, & pecunia æquiparantur, ac paré vim habere dicuntur.

Hoc igitur sic constituto, se-
61 quitur id, quod prædiximus, sci-
licet huiusmodi largitionem pa-
ternis meritis, ac obsequijs à
Principe in filium collatam pa-
tre viuente, perindè conferen-
dam, atq; imputandam esse, ac
si paterna pecunia comparata
fuisset, si res ea sit, quæ vel ad hę
redes transmitti possit, vel ven-
di valeat, etiam si in venditione
Principis consensus requiri-
tur, dummodò sit de ijs casibus
in quibus soleat Rex assensum
præltare; ità Sribentes tradide-
runt in d.l. omnimodò, §. imputari,
& in l. 1. §. nec castrense, ff. de collat.
& in l. illud, cod. tit. quos recenset,
& sequitur Couarr. var. resolut. lib.
3. cap. 19. in fin. & Ant. Gom. in l.
Tauri 29. Auend. resp. 9. Martien.
in l. 5. glo. 4. post n. 6. tit. 9. lib. 5. re-
copil. & in l. 3. tit. 8. glo. 2. in fin. cod.
lib. 5. idemquè in Dialogo relat.
par. 4. cap. 11. & 12. Menchaca de
success. creat. §. 3 o. nu. 218. Io. Gutt.
præct. quest. lib. 2. cap. 64. Garf. de
expens. in loco paulò ante citato,
cum alijs quos collegit, addens

ad prædicta decisionem Gamma
29. & Aluar. Valasc. in praxi par-
tit. & collat. cap. 15. n. 105. quam-
uis quoad officia reclamet Tell.
Ferd. in præc. l. Taurina 29.

Congruit huic nostrę senten-
tię, ultra ea, quæ diximus insi-
gnis Vulpiani locus in l. 3. ex n. 9.
§. si donaturum, ff. de donation. inter
vir. & uxor. dūm ex Juliani sen-
62 tentia inquit: Si donaturum mi-
hi, iussero uxori mea dare, nullius
esse momenti; perinde enim haben-
dum, ac si ego acceptam, & rem
meam factam uxori mea dedisse,
sic in proposita specie fingi cé-
setur Principem patri, patrem
verò filio donasse, & prouidè, &
imputandam, & conferendam
donationem esse.

Nec est habenda ratio autho-
ritatis Senatus Lusitani, qui di-
uersum censuit in dict. decis. 29.
näm & in specie Gamma deci-
sionum Author, & Compilator
dissentij, & Flores in additionibus
ad illam testatur contrarium in
Lusitania seruari, nec vna Sena-
tus Lusitani authoritas tot gra-
uissimorum Authorum senten-
tijs erit anteponenda.

Quod autem diximus, merita
63 vim pretij obtinere, ac ipsius
loco succedere, prudenter erit
acciendum, itaut non sit exa-
ctè facienda ponderatio meri-
torum, ut præmijs adamussim
respondeant: näm quamvis
Gulielm. de Cun. Bal. Salyc. & alij
in l. illud, supra de sacro/sanct. Ecclef.

64 voluerint donationem in eo , quod merita excedit dici purā , & non remuneratoriam,intelligendum id est in illis personis , quæ prohibentur donare ; præterquam ex causa remuneratio- nis; sed in Principe , qui liberè donare potest,sufficit si ipse tāti merita existimauerit ex ani- mi sui magnitudine, alijsq; circumstantijs , vt respondit Decius cons. 20. num. 5. ad quod viden- dus est nouissimè Hieronymus à Laurentijs in repet. tex. in l. emanci- pati,C.de collat. resp. 16 num. 418. quæ repetitio habetur post decis. Auenionenses .

Illud autem obiter erit adno- tandum,quod quamuis ex præ- dictis appareat,quæsita meritis , & pecunia parificari,id tamen non procedet in casu,qui in hoc Regno frequenter offerri pote- rit; est enim apud Nos receptū , quod filius primogenitus post mortem parentis teneatur fra- tribus secundogenitis tribuere partem pretij, quo pater feudū 65 emerat,quod si non pecunia , sed meritis pater feudum habue- rit , non erit locus contributio- ni partis pretij, neq; aliquid se- cundogeniti habebunt,cum re- vera nihil à paterna hæreditate ablescerit,itā opinatus est Isern. in cap. Imperiale,§.præterea duca- tus,propè finem,vers. quando Rex , vel alius,Luc.de Penn.in l. i. supra de imponenda lucra.descriptione,(a- pyc. decisi. 2. num. 7. Affl.in d. §.præ-

terea ducatus,nu. 33. vers. @r hanc Frecc.de subfeud.in' 33.differentia , num. 3. in fin. Sed in hac quoq; specie deberi partem æxamina- tionis feudi censerem , quando seruitia,ac merita essent talia , quod actionem parerent,vel of- ficium Iudicis, vt nouissimè de- clarat Dominus Consiliarius Rou- tis in Comment. pragmat. huius Re- gni 24. de feudis, nu. 37. exponen- do, ac distinguendo doctrinam Iser. ad quod videndus est etiam Franc. de Amicis in interpret.c. 1. de his qui feud. dar. poss.

Alter, & secundus casus est,cū pater donationem aliquam à Principe ob merita consecutus , eandem donanti cedat,& postea Princeps eandem cedentis filio largiatur ; & videbatur in hac specie minimè posse de collatio- ne,vel imputacione tractari , cū non à patre,sed à Principe filio facta donatio ceseatur; & in do- natis à Rege collatio, vel impu- tatio non admittatur, ex d.l.cum multa,iuncto §. nec castrense , cum simil. Sed magis iuri consentaneum est , vt hæc omnia locum habeant ; veritas enim attendē- 66 da est , atq; ipsius rei initium , toto tit. plus valere,quod agitur, quo inspecto portius à patre, quām à Principe filius largitionem ob- tinere dicetur . Probat hoc mihi- tex. insignis in cap. 1. de vasall. decrep. atat. vbi si pater feudum domino renunciet,vt de eo filiū vasalli inuestiat , paternum , &

anti-

antiquum feudū censemebatur, qua
authoritate motus *Aluar. Valasc.* in tract. de parti. & collat. cap.
13. num. 105. inquit, vanam esse
hanc cautelam ad collationem
vitādam, cùm rei veritas, & ini-
tium, ut dixi spectandum sit, l.
multū interest, sup. si quis alteri, vel
sibi, l. qui id quod, de donatio. l. filius
familias, prima. ad *Macedonianū*,
& prædictis proderunt ea, quæ
late tradidit *Caldas Pereira* de no-
minat. emph. quest. s 2. cum sequen.
& Dom. Regens de Ponte in decis.
28. & Molina in tract. de iust. &
iure, I. tom. tract. 2. disp. 2 41.

Maior restat in tertia specie
propositæ questionis difficultas,
cùm Princeps eodem tempore
patri, & filio donat, quo casu re-
ceptum est, donationem, si pa-
rentis intuitu fiat, patri prius, de-
indè filio acquiri ordine succes-
suo, ex ijs, quæ docuit *Ifern.* in c.
1. §. & si libellum, de alienat. feud.
pater. Et quidē non dari neq; col-
lationem, neq; imputandas hu-
iussmodi largitiones videbatur,
cùm enim res donata deueniat
ad filium post mortem patris
cessare collationem, suadet re-
gula tex. in *Authent.* ex testamento,
supra de collat. cum simil. præser-
67 tim cùm filius non videatur ca-
pere causa mortis patris, vt opini-
natus fuit *Bart.* in l. mortis causa,
ff. de donat. caus. more. & *Ias.* in l. 2.
de iur. emph. n. 210. & *Alciat.* resp.
133. nu. 8. sed potius ex vi præ-
cedentis concessionis, prout af-

firmauit *Couarr.* ex niente cuius-
dam *Scribentis*, tām impij, quām
docti, in rub. de testam. in 3. p. n. 26.
vndē dicebat *Tell. Fernandez* di-
gnus parens eruditissimi filij
Io. Alphonsi Suarez Locūtenentis
Reg. Cam. Sum. per subductio-
nem personæ vnius, alium sub-
intrare ex iure proprio, & ab
alio non depēdenti in l. 27. *Tau-
ri*, n. 2. & *Bal.* in l. qui se patris, sup.
vnde liberi, ac iplemet *Ifern.* vo-
luit, venire secundo loco vocatū
ex propria persona, cùm tot cé-
seantur donationes, quot perso-
næ in cap. I. §. hoc quoq; col. 3. de suc-
cess. feud. & in c. I. §. quid ergo, de in-
uest. de re alien. fac. Sed si rectius
68 intueamur, credemus hanc do-
nationem collationi, & imputa-
tioni subiacere, licet enim quæ-
ratur filio post parentis mortē;
egit tamen radices in eius vita,
vt eleganter considerat *Alex.* in
l. si patroni, nu. 6. cum seq. ad *Trebell.*
qui voluit imputanda, ac cōser-
uanda esse omnia, quæ ortum
habuerunt in vita patris; licet
69 effectus sit collatus post mor-
tem: indè receptum est in hoc
Regno, filium primogenitum
debere alijs fratribus tribuere,
partem pretij feudi empti à pa-
tre pro se, & ipso primogenito,
nām licet ad eum deueniat post
mortem parentis, videtur tamē
tempore acquisitionis donatum
ab ipso patre, vt firmauit *Iser.* in
c. Imperiale, §. præterea ducatus,
vbi ibidē voluerunt *Affl.* & *Lof-*

fred. in sua paraph pag. 61. & latissimè Camer. in diff. quam super hoc edidit post repet. d.c. Imperiale, & Minad. in comment. Const. huius Regni, quæ incipit in aliquibus, in verb. successione, & Fab. Ann. cons. 26. 1. vol. cum alijs, quæ satis aptè ad quæstionem nostram scripsit Aluar. Valasc. d. cap. 13. partit. nu. 102. cum seq.

Quod si Principalis largitio
70 collata fuerit in patrem, & filiu-
m ob utriusq; merita, quo casu cui-
libet ipsorum medietas quæri-
tur, vt docuit latè Iser. in c. 1. S. &
si libellum, de aliena. feud. pater. nul-
la potest esse controversia de
parte, quā filius à principio ac-
quisiuit, sed in dubium reuoca-
ri potest de portione, quæ illi
post mortem parentis obuenit,
& hoc casu censeo esse imputā-
dam. atq; conferendam, cùm ea-
dem vigeat ratio, quæ in casibus
supradictis considerata fuit ad
collationem, & imputationem
inducendam.

Est & aliud huiusmodi Prin-
71 cipalibus donationibus priuile-
gium tributum, & erit secundū,
vt socius illarum succedat con-
sorti sine herede defuncto, ex ce-
lebri illa Constitutione, quæ ha-
betur in l. unica, sup. si liberalita-
tis imperialis socius, quæ locum
habebit nedū in largitionibus,
quæ fiunt ab Imperatore, sed èt
in alijs largitionibus cuiuscumq;
alterius Principis, qui alteri non
subiaceat, secundū receptā Scri-

bentium sententiam, quā recentet
Loffr. in sua parafr. ad c. unica, de
fratr. de benef. & à Peregr. de iu. Fisci
lib. 1. c. 2. n. 103. Inde cauendum
72 est à lo. Ant. Lanar. viro alioqui
eruditissimo, qui in suo resp. 13.
voluit, beneficium illius Constitu-
tionis procedere etiā in dona-
tionibus factis ab inferioribus
dominis, quos Barones appella-
mus, de feudo superioris domini
consensu accedente, eo quod
consentiendo Rex ipse, videatur
donare, l. obuenire, ff. de verb. signif.
cum traditis ab Isern. in c. 1. in 4.
col. vers. aliij dicunt, qui succeß. feud.
dar. tene. & in c. 1. S. sed & res, per
quos fiat inue. col. 3. n. 10. est enim
hæc traditio cōtra receptā alio-
rum omnium Scribentium sen-
tentia, qui solūm supremis Prin-
cipibus concessum esse hoc pri-
uilegium voluerunt, adeo vt
Socc. lun. cons. 92. col. 2. vol. 4. in
dubium reuocarit, an hoc iure
cenlenda essent donata à Duce
Ferrariæ, et quod Summi Pon-
tificis beneficiarius esset, quam-
uis omnia regalia iura obtine-
rent. Argumentum verò, quo
Lanar. vtitur sumptum ex tex. in
lobuenire, satis est fallax; is enim
qui alteri donanti suum præ-
stat consensum non verè dat,
sed per fictionem, vt docuit
Bart. in l. more maiorum, ff. de in-
risdict. omn. judic. vndē non pote-
rit eandem vim obtainere hæc
impropria donatio, quam ha-
beret vera; nec dominus consen-
tien.

tiendo aliud facit, quām tollere obstatulum legis vetantis feudorum alienationem, in iuris superioribus dominis, de quo in l. *Imperiale*, de prohib. *feud. alien.*

Beneficium autem huius Cōstitutionis, itā latē patet, vt locū habeat, siue agnita fuerit pars à consorte, siue non, vt obseruauit *Io. de Platea* in eius commentario, *@r Alciat. in l. si mihi, @r Titio, nu. 18. vers. sed hac in re, ff. de verbor. 73 obligat.* quod notandum est, cū aduersetur regulis iuris accrescendi, quod datur tantum in re non agnita, & cessat quando semel fuit quæsita, ex *tex. in l. 1. de v/sfr. acer. cum simil.*

Inde patet minus verè ab aliquibus traditum fuisse, hanc Cōstitutionem, de qua agimus, *74 fundatam esse in ipso iure accrescēdi, & in ea esse casum expressum, ex quo in contractibus est locus dicto iuri; nām, vt recte aduertit Bald. in commentario ipsius l. @r in l. *siqua mulier, num. 2. vers. superstites, supra ad S.C. Terull.* hæc successio inter consortes Principalium largitionum inducta est iure quodam singulare, & (vt eius verbis utar) anomalo, quales erant illæ, quæ dababantur inter decuriones, nauicularios, cohortales, & alios, qui numerantur in *cit. de bæred. decurion. & bi Accurs.* inter alias huiusmodi successiones meminit de hac inducta per legē istam, vt bel-*

lē declarauit *Iul. Clar. in §. feudum quæst. 77. in fin.*

Vt autem dispositioni huius legis vnicæ locus sit, necesse est concessionis verba itā esse concepta, vt appareat concedentem noluisse separatim, sed coniunctim concessionarijs prospicere. Vndē si Princeps largitus fuerit aliquid Sempronio, ac Lucio quandiu vixerint, superstes prædefuncti partem obtinebit, *Aretin.* hoc exemplo vtitur in d. *l. si mihi, @r Titio, de verb. obligat. col. 4. @r Alex. conf. 3 o. num. 9. lib. 1. @r Corn. conf. 2 8 5. col. 4. lib. 3.* Idemq; *75 erit si conceitio fiat duobus, & cuilibet ipsorum insolidum,* *Alex.* itā respondit in d. *conf. 3 o. @r Curt. Senior conf. 4 o. num. 5 4.* qui dicit neminem in hoc dissentire, quod verissimum est; sunt enim verba satis per se clara: secūs autem dicendum esset, si dictio illa, *insolidum*, adiecta non fuisset, cum verba, cuilibet *ipsorum*, disiungant potius quam coniungant, vt notat *Bar. in l. bu- iusmodi, §. de quibus. de leg. 1.* & itā iudicatum refert *Reuert. in quadam sua decis.* in causa Berardini de Tarsia cum Regio Fisco, in *76 cōcessione facta à Rege duobus de viginti vntijs, cuilibet ipsoru decem;* Fiscus enim ad decedentis partem admissus fuit, excluso socio superstite. Quod si donatio his verbis concepta fuerit, devno in aliud reuertendo, consortis causa potior erit, ac Fiscus

excludetur, *Feder. Senens. consil.*
218.in 2.dub. Idemq; iuris erit in
 donatione facta Mævio, & Seio
 fratribus, ita quod trāseat in do-
 minium cuiuslibet ipsorum, vt
 respōdit *Lanar. in præall. cons. 13.*
 & alias species concessionū cu-
 mulat *Quintil. Mādos. in addit. ad*
respons. Roma. 315. quē non trā-

77 scribo; cū pudeat aliorū dicta
 transcribere nihil addēdo, vt in-
 quīt *Bal. in rep. l. 1. sup. de sacros. Ec*
cles. lo. Fab. in §. adeo inst. locati..

Est autem adnotandum, hoc
 casu consortem non succedere,
 p̄defunēto, sed ex propria per-
 sona vocari ex vi prioris con-
 ceſſionis. Inde fit, vt de hac ac-
 crescēte portione minimē noua

78 inuestitura petenda sit, q̄a prior
 sufficit, vt docuit *Iser. in c. 1. §. sed*
¶ res, per quos fiat inuest. vbi Alua
rot. ¶ Affl. idemq; Iser. in c. 1. in fin.
que sit prima caus. benef. amitt. Iaco.
in sua inuest. in verb. sus accrescēdi,
¶ Frecc. de subfeu. li. 2. auth. 3. n. 15.
 Vnde etiā oritur, vt in hoc Re-
 gno, in quo succedens in feudo
 tenetur domino superiori p̄-
 stare releuium, hoc est soluere
 medietatem fructuum illius an-
 ni, quo possessor feudi moritur,
 vt habetur in §. sed ¶ res, paulò
 antea citato, minimē teneatur il-
 lud soluere iste socius prō por-

79 tione ei collegæ, morte obue-
 niente, vt respondit *Loffred. in suo*
respons. 15. in egregia facti specie,
concesso à Rege comitatu viro,
atq; vxori, ita vt altero ex coniu-

gibus p̄mōriente, totum feu-
 dum superstes haberet; p̄mōr-
 tuo vno, alterum ad releuij solu-
 tionem non teneri; quia non vti
 successor veniret, sed vti cōpre-
 hensus in prima inuestitura; se-
 cūs autem dicendum esset si vt
 successor vocaretur, vt censuit
Reg. Cam. Sum. huius Regni, in
causa Regij Fisci cum Alphon-
so Galeoto, cū enim Episcopus
Squillacensis feudum à Rege
habuisset pro se, ac Alphonso
fratre, eiusq; hæredibus, mortuo
Episcopo, Alphonsus frater ad
soluendum releuium fuit dāna-
*tus, vt refert *Reg. Reuert. in quadā**
ex decisionibus suis manuscript.

Consequitur autem satis con-
80 trouersa quæſtio, an scilicet hoc
 ius accrescendi, siuè anomala
 successio detur in feudiſ; qua in
 re tres reperio *Scribētum ſentias.*
 Primam affirmatiuam. Secundā
 contrariā negatiuam. Tertiā
 distinctionis foedere vtramquè
 conciliap̄tem.

Primā affirmatiuā, quod ha-
 beat locū in feudiſ amplexus fuit
Bal. in c. 1. de fratr. de no. benef. inues.
et in l. 1. sup. de cad. toll. ¶ in l. si qua
ad S.C. Terull. Paul. Alex. Cum. ¶
Crot. in l. si mibi, et Titio de ver. obl.
& idē Cro. in l. re coniuncti, de leg. 3. &c
hanc magis receptā à Scriptoribus
testatur Iul. Clar. in §. feudu, q. 77.
cuius ſentia fundamētum illud
est potissimum, quod sumitur
ex iex. in cap. vniico de feudi cognit.
in quo traditur vniuersalis re-

gula

81 gula, quod omnia, quæ non reperiuntur decisa iure feudorū, sunt terminanda ex decisionibus iuris ciuilis, nec sit facienda differentia inter ius feudorum, ac commune, quando non reperitur expressa, cap. si dilecti, §. nos igitur, de confirmat. ut il. vel inutile.

Contrariam sententiam secuti sunt Cyn. in l. unica, supra quando non pet. par. Iser. c. j. de fratr. de novo benef. inuest. in c. 1. de duob. fratrib. à Capit. inuest. & in cap. 1. de feud. March. Lucas de Penna, & Valenzuela Piscator in l. unica, infra, si lib. imper. socius, cum alijs, quos cumulat Facheus controuer. iur. lib. 7. cap. 63. Addent. ad cons. Alex. 1301. vol. Mandoius ad consil. Roman. 315. & ante eos latitlime Curt. lun. in tract. feud. in 2. p. princ. in fin.

Media fuit opinio Accursij in d. l. unica, si lib. imper. soc. quam se-
status est Bal. in loco supra citato
num. 73. quam prosequitur M.
Mantua. cons. 163. quod incipit
Castellum, in 1. dubio, qui distin-
guunt inter largitionem factam
a Principe motu proprio, & fa-
ctam ad petitionem, & suppli-
cationem partis: in prima spe-
cie socij partem alteri accresce-
re, in secunda Fisci causam po-
tiorem, excluso socio, esse volue-
82 runt. Verum hæc sententia ni-
hil saporis habere mihi vide-
tur; non enim video, quæ recta
constitui possit differuæ ratio

inter hos casus, cum omnia alia priuilegia, quæ huiusmodi do-
nationibus tributa sunt habeant
etiam donationes, quæ potenti-
bus partibus fiunt; quia alijs di-
cendum esset cessare in eis di-
spositionem l. cum multa, supra de
bon. quæ liber. quod nemo ex Scri-
benib; vnquam attentauit, vn-
dè, seposita hac tertia opinione,
vidēdum remanet, quæ nām ex
alijs duobus sit verior.

Et quidem Cyn. & Iser. & eo-
rum lectorum sententia mihi
potior videtur, idq; apertissimè
probat tex. in præcitato cap. 1. de
fratrib. de novo benef. inuest. his
83 verbis: *Si duo fratres de novo be-
neficio, et nō de paterno simul fuerint
inuestiti, uno sine herede defuncto:
ad alterum non pertinet eius beneficij
portio.* Traditur ergò regula ge-
neralis, ius accrescendi, siue re-
ciprocum successionem, in feu-
dis non dari. Subdit postea idē
tex. exceptionem, dicens: *nisi fa-
cta fuerit eo pacto inuestitura.* Ex
quibus verbis colligitur, non ex
aliquo priuilegio, sed solum ex
tenore inuestituræ socium alte-
rius socij partem consequi pos-
se, quod non est priuilegium.
Principalis liberalitatis, quia idē
iuris est in concessione feudi nō
à Principe, sed ab inferiore do-
mino facta, si eius verba eo pa-
cto concepta fuerint, vt vocetur
socius superstes in consocij de-
mortui locum, vt probat tex. in
cap. 1. de duob. fratrib. à Cap. inue-

stis; & cùm habeamus expre-
sam prouisionem iuris feudal-
is, non est opus recurrere ad ea,
quæ ius commune constituit,
nec poterit ad hoc adduci *texi*.
ab aduersarijs citatus in *cap. 1. de
feud. cogni.* quia procedit, quando
non habemus particularem de-
cisionem iuris feudorum, tunc
enim ad ciuale est recurrēdum.

Illud autem inuestigandum
§ 4 erit, an saltim in feudis indiui-
sis locus sit successioni huic re-
ciprocæ? quam quæstionem ex-
citauit post *Pyrr. Accurs. in d. cap.
1. de fratr. de nou. benef. & pro vtra-*
què parte argumentando suam
sententiam non aperuit, nisi il-
lam, quam posteriori loco retu-
lit, amplexatum dicamus, quæ
est, vt in indiuiduis Fiscus con-
sortem non excludat. Verūm
Ifern. ibid. Bald. Aluar. & Loffred.
pro Fisco responderunt, cuī vo-
luerunt ius esse hanc rem com-
munem cum con sorte diuide-
re, vel integrum alienare ex pri-
uilegio, de quo latè diximus *su-
pra in l. 1.* & huic sententiæ ac-
cedo; eò magis, concessō duobus
feudo indiuiduo, nàm ipso iure
inter eos censetur facta diuisio,
vt ex *Aluaroto, & Soccin.* docuit
*Camer. in repetit. cap. Imperiale, §.
præterea ducatus, pag. 99. in impress.
magna.*

Deniq; vt huic tractationi fi-
nem imponam, certi iuris est;
*ex d. Constitutione l. unica, si libe.
imper. soc. ita demùm consortem*

85 admitti, si alter sine hærede de-
cedat, cùm expreßè *Imperator*
hoc caueat, illis verbis *nullo hære-
de relicto*, circa quorum inter-
pretationem satis fuit à *Scriben-
tibus* laboratum; siquidem *Accur.
Odofred. Io. de Platea, Rebuff.*
& nouissimè *Valenzuela Piscator
nu. 20. in Commentario illius legis*
opinati sunt, intelligenda esse de
quocumq; hærede, siuè suo, si-
uè extraneo, adeò vt *Fiscus*, vel
socius etiam ab vxore excluda-
tur: idemq; voluerunt *Petr. de
Bellapert. Cyn. & Saly.* qui dicit
hanc esse receptionem senten-
tiā in *l. 1. sup. unde vir, & ux.
vbi idem affirmat Alex.* qui se-
cundum hæc respondit in *consil.
24. incip. ponderatis his, num. 7. lib.
5. & Alciat. in l. si mihi, & Titio de
verb. obligat. num. 19. & Socc. Jun.
consil. 73. nu. 9. in princ.*

Diuersam sententiam ample-
xati sunt *Accurs.* sibi contrarius
in *l. 1. ff. unde vir, & uxor, & in
l. 1. sup. eozit. Iacob. Buerig. Bart. &
Deci. ibid. & latè *Peregr. de iur. Fisc.
cap. 2. num. 102.* qui refert ità
pronunciasse Venetijs decem-
Virorum consilium, & ante eū
Boss. in tract. de Principe, nu. 204. &
nouissimè *Castr. de Annon. Ci-
uil. notab. 7. num. 4.* qui omnes
censuerunt de liberis tantum
non de extraneis hæredibus esse
interpretanda verba illa: *nullo
hærede relicto.* Ego vt meam pro-
feram sententiam, censerem in-
huiusmodi quæstionis solutione*

86 inspiciendam esse ipsius rei donatæ naturam , nàm si res talis esset, quæ omnes hæredes sequatur, putarem etiam extraneos , vel ex testamento, vel ab intestato esse admittendos : suos verò tantum esse vocandos , quando ea , quæ donata sunt ad extraneos minimè pertinere possunt, ex ijs, quæ habentur *in l. ex facto*, §.fi. ff. *ad trebell.*

Et tandem obseruare oportet, hanc prærogatiuam imperialis liberalitatis non extendi ad alias personas , quàm ad expressas in ipsa donatione ; nàm si unus ex socijs superstes erit filio alterius socij prædefuncti , non admittetur ad successionē , sicut admittetur, si primus cōcessionario decessisset, vt eleganter respondit *Alex. conf. 204. vol. 2. & notauit Cart. in tract. de Feu. in fin. 2. par. princip. num. 75. cum seq.*

Tertio loco prædictis additur aliud priuilegium, quo gaudent imperiales istæ liberalitates, quæ in benè de Republica meritos virtutis intuitu conferuntur, vt concessio, quæ aliàs ad hæredes 88 non transiret, ad filios istorum benemerentium propagetur, vt respondet *Andr. Barb. conf. 44. lib. 2. a. num. 13. Soccin. conf. 59. lib. 1. num. 4. @r conf. 84. lib. 3. num. 12. @r Deci. conf. 262. num. 4. quod tamen non minus acutè , quàm verè impugnat *Barbosa in l. quia tale solvit. matrimon. num. 9. admit-**

tés hoc priuilegium in duobus tantum casibus, vel quando de ipsius Principiis donantis tantum damno, ac interesse tractatur, ex ijs quæ tradit *Bar. in l. fin. num. 4. ff. de seruit. leg.* vel quando donationis verba ità concepta sint, vt in vtrunq; sensum accipi possint, & dubium sit, an concedēs rem donatam ad hæredes quoq; voluerit propagari ; veluti si Princeps aliquid donet Titio in perpetuum : verbum enim illud *in perpetuum* dupliciter interpretari poterit, vel donec Titius viuet , vel vt ad hæredes quoq; extendatur, qua in specie in dubio donatio ob merita ampliori, ac benigniori modo erit interpretanda , itaut ad hæredes transeat, vti respondit *Dec. consil. 197. incip. in casu, nu. 2. ad fin.*

Quarto recēsetur, & aliud huiusmodi largitionibus peculari iure, ac speciali prærogatiua tributū, vt quamvis alias, quando aliqua donatio fit alternatiuè, electio sit donantis, cùm semper optio detur debitori , si tamen Princeps alicui ob merita illud , aut illud donaturum se promiserit, donatarius eligeret; ità egregiè docuerunt *Bald. & Alber. in l. fin. ff. de const. Princ. vbi etiam hoc obseruauit doctissimus Collega meus Dom. Regens Tap. Marchio Belmontis, & Roman. in l. de pupillo, §. qui opus, de no. oper. nunc. Ias. in §. huic proxima, instit. de actio. Bald. in l. Lucio Tito,*

ff. de

ff. de legat. 2. vbi Peralta, & DD.
in l. qui duos, de legat. 1. & ita cen-
suisse Regiam Cameram huius
Regni in causa Ill. Io. Andreæ
ab Auria cum Fisco Regio in
anno 1568. refert Reuterter. in suis
decis. manuscript. Verum Joann. de
Plat. in l. 2. supra de castris. & mi-
nisterian. insignem tradidit ad
prædicta restrictionem: voluit
enim ita demum donatario da-
ri optionem. si donatio fuerit de
ijs rebus, quæ non sunt de ipso
91 corpore patrimonij Fiscalis, vt
eius verbis utar, sed de ijs, quæ
Princeps penes se non retinet,
sed alijs concedere solet, vt sunt
officia, ac alia huiusmodi; se-
cùs verò in rebus, quæ verè sunt
de ipso patrimonio: tunc enim
Principis erit electio, & quod
minimum erit veniet, vt quò
minus fieri possit Regij patri-
monij diminutio fiat; & licet
ipse nihil adducat, prodesse suæ
sententiae poterunt ea, quæ ha-
bentur in l. nec damnoſa, de precib.
imp. offer. & in cap. intellecto, de iur.
jurand.

Quintò est etiam & illud spe-
92 cialiter in donationibus, de qui-
bus agimus constitutum, vt in
earum successione representa-
tio non detur, cuius sententia
Author citatur Bart. in Auth. post
fratres, supr. de legit. hered. qui ge-
neraliter tradidit hoc esse fer-
uandum in bonis, quæ ex domi-
nica largitione transferuntur,
cui assentiuntur Fulgo. & Corn.

in Commentario dictæ Authentice
cum alijs, quos recensuit Auend.
ad l. Tauri 40. in gloss. 2. num. 70.
cum seq. & ante eum Costa in li-
bello de Maiorat. Reg. Cor. n. 19.
cum plurib. seq. & Aluar. Valasc. de
iur. emph. quest. 50. qui alios quā-
plures citant. Afferunt autem
pro fundamento huius senten-
tiæ rationem, cur diuerso iure
censi debent huiusmodi bo-
na ab alijs à non Principe do-
natis, ac illam assignant, quod
representationis ius ortum ha-
93 beat à sanguinis, ac coniunctio-
nis affectu, qui in Principe do-
nante non consideratur, cùm
ad libertates istas exercendas
Reipublicæ cura, atq; charitate
moueatur, vt homines ad ser-
uiendum alliciat. Et quia vt plu-
rimum patrui sunt maiores na-
tu nepotibus, ideoq; magis ido-
nei ad nauandam in Principe
obsequio operam, propterea re-
presentatio minimè admittatur.

Contrariam partem secuti-
94 sunt Paul. Cast. conf. 164. vol. 2.
Abb. conf. 8 s. lib. 1. Molin. in tracta.
de primog. lib. 3. c. 7. à n. 12. & alter
Molin. è Societate Iesu in opere
similiter de maiorit. inscripto, di-
sp. 626. num. 13. & nouissimè
Io. Castillo quotid. controuer. iis. lib. 3.
cap. 19. num. 262. quæ sententia
mihi magis probatur: nàm ar-
gumenta, quæ ex aduerso affere-
bantur, satis leuia sunt, & ferè
indigna summa eruditione illo-

rum

rum, qui ijs sunt innixi. Dùm
enī in negant in his bonis repre-
sentationem dari, ex eo quod in
eis iure sanguinis, & non hære-
ditario succeditur, assumptum
hoc falsum esse docet pluribus
medijs *Molin de primogenit. lib. 9.*
cap. 6. num. 49. Quod si iuuari
velint aduersarij præsumpta
Principis mente, quasi creden-
dum sit velle eum præferre, qui
magis sit idoneus ad seruiendum,
cūm sit maioris ætatis, infirmum
prorsus est hoc fundamentum,
cūm faciliter præsumptio hæc
alia magis vrgenti tollatur: non
95 enim præsumitur Principem,
dùm expressè non dicit, velle
ea, quæ iure constituta sunt, sub-
uertere, & antiquare, ac repre-
sentationis ius, summa æquitate
inductum, repudiare, argumen-
to tex. in l. si quando, C. de inoff. te-
stament. præterim cūm non
semper sit verum, patruum ne-
pote magis aptum esse, cūm mul-
totiès nepos iuuensis, patruus ef-
fectæ ætatis esse contingat. Mo-
uet autem me aliud, quod à ne-
mine tactum video, neq; refragari
potest huiusmodi argumen-
96 to. Feuda enim à Principe dan-
tur semper ea conditione, vt vas-
fallus debita obsequia, ac serui-
tia præstet, idquè adeò in feudi
concessione est proprium, vt de
eius natura esse dicatur, cap. 1. §.
huius autem generis, ex quibus cauf.
feud. amitt. cap. 1. §. porrò, quæ sit pri-

ma caus. benef. amitt. & tamen in
97 feudis non potest negari dari re-
presentationem, cap. 1. de succeß.
feud. idq; indubitati iuris esse vo-
luerunt Scribentes, cumulati à Ti-
raq. in tract. de primogen. questio. 40
num. 20. quod Costa, & Auend. ip-
si fatentur, ergo non est verum
in ijs, quæ à Principe largiuntur
& seruitorum causa donantur,
non dari representationem.

Subnectitur sextò loco aliud
priuilegium, vt si quis non ser-
uet modum à Principe appositū
98 in donatione, cadat ab ipsa re-
donata, siuè fuerit modus causa
finalis, siuè non, ipsius donatio-
nis; neq; in hac specie adhibetur
ea distinctio, de qua in l. 1. C. de
donat. quæ sub modo, & in l. ea con-
ditione, de rescind. vendit. & per
Abb. & alios in cap. verum, de con-
dit. apposit. Semper enim modus
in donationibus Regijs appositus
præsumitur causam dedisse ipsis
donationibus, vt eleganter docuit
Gregor. Lop. in l. 22. tit. 13. par. 2. in
verb. ò no le guardasen.

Septimum additur prædictis
priuilegiis, vt de istis Princi-
99 palibus largitionibus etiam si in
Ecclesiis, vel Ecclesiasticas per-
sonas conferantur, cognoscat ip-
se Princeps per suos Iudices: Inde
Bartholomæus noster Capuanus in
Constitut. huius Regni quæ incipit
de Burgensaticis, sub tit. de sacram.
à Baiulis præst. quem citat Aze-
ued. ad l. 4. lib. 1. nouæ recopil. dicit,

cogni-

cognitionem esse Principis de omnibus rebus, quæ clericus tenet à bursa Regis (vt eius verbis utar) . quod *ibidem* adnotarat *Ifern.* quinimmo Constitutione Regni Hispaniarum cauetur, clericum bona sic donata obtinentem, illis priuari, si forum Regis declinet in præcitatâ l. 4. *nouæ recopila.* & expressim cautum est l. 57. tit. 6. par. 1. Ecclesiasticas personas Regis iudicio subiecti pro rebus, quæ ab ipso profectæ sunt.

Sed quoniam *Scribentes* parum diligenter hanc propositionem tractarunt, nè in re graui allucinemur, plures species sunt distinguendæ.

Et quidem si bona à Principe donata, sunt feudalia, explorati, & non controuersi iuris Regios Iudices esse competentes, *cap. ex transmissa, cap. verum de for. comp.* & in hoc Regno Neapolitano inter cæteras conuentiones initas à Rege Carolo Secundo cum Sede Apostolica, fuit conuentum *in cap. 94.* quod incipit *Item statutus, quod clericis ad secul. iud.* atquè hoc iure vtimur.

Et quoad donationes Iurium regalium, quæ à Regibus personis Ecclesiasticis sunt, idem dicitur statutum in Hispanijs, *per d.l.* quæ est 57. tit. 6. par. 1. vt testatur *Ioannes Lup. in cap. per vestras in quest. quæ incipit, sed est pulchra dubitatio num. 49. fol. mihi 314. de*

donat. int. vir. & uxor. qui alleget l. 4. *ordinationum lib. 2. tit. 1. sc-* quitur *Mattens. in l. 2. tit. 1. lib. 4. num. 4. nouæ recopilationis,* 101 quia scilicet huiusmodi regalia, quamvis non sint concessa in feudum, semper tamen sub concedentis iurisdictione sunt cēfenda, ideoq; minimè absquè domini consensu possunt alienari, *Bart. in l. in diem, de aqua pluu. arcen.* & in l. *cotem ferro, §. qui maximos, de public.* & *vectigal. num. 5. Imol. in l. in concedendo, de aqu. plu. arc. Bertach. de gabell. in 1. par. vers. nono quero, Capyc. in inuest. in verbo, & cum gabell. Frecc. de subfeud.* 102 *lib. 2. auth. 13. post nu. 8.* Secundum quam legem possessor teneatur Fisco Regio ostendere de huiusmodi, *Afflict. in cap. Imperiale* §. illud, *num. 32. de prohib. feud. alienat.* *Lucas de Penn. in l. 2. supra,* quando nō pet. par. *Gram. conf. crim.* 9. *Marta vot. 31.* & quidem quicquid sit de legis huius iustitia, regula bona est, vt attendantur Iura, quæ supremi dominij Principi referuata cœlentur, tunc enim secundum hanc legis dispositionē appellations, quæ à sententijs Iudicium ab Ecclesijs constitutorum in causis inter ipsarum vassallos interponuntur, à Regijs Iudicibus diffiniri, ac terminari videntur.

Quando verò à Principe donata feudalia non sunt, aut referuata modo supradicto, Iudex

Eccle-

103 Ecclesiasticus erit adeundus,
ex celebri Alberici traditione
in Authen. statuimus supra de sa-
cro sanct. Eccles. & Constitutio-
nes Hispaniarum ita erunt re-
stringendæ, quia aliæ essent
nullæ, tanquam contra liberta-
tem Ecclesiæ.

Octauum numeratur pri-
uilegium prædictarum dona-
tionum, vt quamvis aliæ do-
nans remunerationis causa
insolidum teneatur, ex ijs,
quæ tradidit Angel. in l. sed
hoc ita, ff. de re iudic. cum a-
lijs, quæ adducit Ioannes Lup.
in rubr. d. cap. per vestras, pag.
46. in magnis, in cap. incipien-
limita secundo, num. 9. Prin-
ceps tamen, quamvis ob meri-
ta donauerit, non tenebitur ni-
si in quantum facere poterit:
insignis tex. est ad hoc in cap. 1
de not. feud.

Indè duo oriuntur satis no-
tatu digna, quæ exactè ex-
aminare non pîgebit. Primum
est, vt cùm Princeps, qui re-
munerationis causa donauit,
104 non teneatur nisi in quan-
tum facere potest, deducto
omni ære alieno, si Ærarij ina-
pia superuenerint creditores
omnes, vel hypothecam, vel
personalem tantum actionem
habentes præferendi sunt, &
quod supereft in donationibus
105 satisfaciēdis erogabitur; quia
prius omne æs alienum dedu-

cendum est.

Et quoniam ob temporum
calamitates aliquoties hac de-
re tractatum fuit, non grauab-
or posterorum memorie má-
dare ea, quæ disceptata fuerūt
in quodam grauissimorum vi-

106 rorum conuentu, inter quos
fuit Clariss. Io. Bertrandus Gue-
uara olim Salernitanorum, po-
stea Pacis Augustæ Antistes,
qui censura Magistratum hu-
ius Regni sanctissimè functus,
nunc supremum italicum Cö-
silium moderatur, vir omniū
literarum, ac virtutum gene-
re ornatissimus, Archiepisco-
pus Compostellanus meritò
creatus.

In primis extra omnem du-
bitationem visum fuit ex Re-
gis Ærario esse exoluenda sti-
pendia militibus, qui pro Re-
gni defensione, siue Castrorū
præsidio, siue Classi sint adscrip-
ti, siue equestri, siue pedestri
107 militiæ sint destinati, eaq; an-
te omnia esse præstanta, eo-
demq; ita ostendenda esse addi-
tamenta illarum, & ultra consue-
ta stipendia militibus, virtutis
causa conceduntur, quæ vulga-
ri sermone vantaria appellantur,
quæ eodem priuilegio gau-
dent, cùm non sit de additame-
to diuersum ius statuendum,
argumento tex. in l. etiam de iur.
dot. cum simil. præsertim cùm
virtute, ac nobilitate præstan-

tiores

tiores honor iste haberi soleat, adeò ut ipsius exercitus nerui dici possint, & h̄i duplicarij à Romanis vocabātur, ut ex *Liuio* doçuit *Lipsius de militia Roma.* lib. 5. dialog. 16.

Pari etiam loco Iudicūm sti-pendia esse censenda, atq; expē-sas omnes, quæ in bellicis appa-ratibus, ac munitionibus, & in iustitia administranda sunt ne-cessaria ; cùm enim tributa, ac 108 vectigalia Principi præsten-tur. Primò, ut se suosq; cum di-gnitate, ac splendore decenti-alat; deindè, ut Populus ab ho-stibus armis tueatur, & à dome-sticis iniurijs legibus, ac iudi-cijs defendat, ut inquit *Augu-stus contra Faustum*, c. 74. *Isern.* in cap. 1. in verbo *vectigalia*, an-te nu. 15. in tit. quæ sint regalia, & in *Constit. Regni super inciso-nibus*, *Affl. in Conſti. Magistri Ca-merarij*, & in c. 1. §. *illicitas*, de pa-ce tenend. int. subd. & iur. firmat *Luc. de Penn.* in c. neminem, de fu-scep. & latè *D. de Pon.* in tract. de-potest. *Proreg.* in tit. de tractis, nu. 13. necessariò sequitur, ut ex tri-butorum ipsorum, ac vectiga-109 lium redditibus milites, ac lu-dices, quorum causa constituti fuerunt, cæteris omnibus cre-ditoribus præferantur: nec ali-quis conquéri poterit, cùm isti sua opera Rēpublicam totā, atq; summā rerum quasi totius pignoris causam saluā faciant,

argumento *tex. in l. interdum, ff.* qui pot. in pign hab. quæ cùm ita sint, minimè necessaria erit *An-char. indagatio*, qui in cōf. 378. incipiente *viso supradicto num.* 7. tradit, militem creditorem cœteris personalem actionem habentibus esse præferendum, cùm ex prædictis Constitutio-nibus, etiam hypothecarijs fore potiorem.

Secundo loco frequētissim is 110 sententijs comprobatum fuit recēlendos esse Aerarij, ac Fisci creditores, siue habentes hypo-thecam, siue personalem tantū actionem, interq; eos iuris ordi-nem esse seruandum, ut scilicet hypothecam habentes præfe-rantur personalem tantūm actionem obtinentibus, postha-bitis, ac posteriori loco conſtitutis ijs, qui ex largitionibus dominicis, quamuis meritorū causa donatis aliquas quantita-tes consequi debent, cùm illa-rum solutioni Fiscus non sit a-strictus, nisi cùm vires Aerarij sufficient, deducto nè domi-nus egeat, ac omni ære alieno, ut probat apertissimè *tex.* ad hoc superiùs citatus in c. 1. de-not. *feudor.* vbi hoc adnotarunt *Bal. Affl. Aluar. Lipar.* & alij, & insuper *Capyc.* in *inuestitura*, in-ver. *feudū de cauena*, & *Gram. conf.* 160. num. 9. & nouissimè *Aluar. Valas.* de iur. emph. q. 40. nu. 19. in fin. Nec admittenda

est

111 est vana Capycij dubitatio, dū prædicta locum habere sūspicatus est in debitis contractis antè donationes factas, ac eo tantum casu creditores præferēdos esse: semper n. potiorem esse creditorum causam, & nouissimè juris regulæ, & authoritates Scribentū suadent; nām itā tenuerunt in proposita specie Aluarot. Et Lipparul supra citari, quod se-
cūs est, si & creditores ipsi ex largitionibus hypothecam ha-
beant.

Nec audiendi sunt isti, quibus largitiones factæ fuerunt, quod vt plurimum eas à Principe ob-
tinuerint ob bellica seruitia, ac insignia in Rempublicā meri-
ta; ideoq; ipsos inter milites etiā esse censendos, cùm ipsam suo sanguine, ac sudore sint tutati: facile enim huic obiecto respon-
deri potest: nām cùm Princeps
112 ad has largitiones faciendas, nullo iure fuerit obligatus, vt iā inde à principio diximus, vel quod isti tépore quo'militarunt stipendia habuerint, vel quod ex aliqua obligatione ad id tene-
bantur, donationes istæ ex sola liberalitate processerunt, & hoc in specie aduertit Aluar. supra-
citatus.

Illud autē controuersum fuit,
113 an si huiusmodi Dominicæ donationes ijs verbis sint con-
ceptæ, ut donantis bona sint hypo-
theca affecta, isti donatarij sint creditorum numero aggregan-

di? vel si Rex annuum redditum alicui largitus fuerit super ve-
ctigali, aut portorio, cùm dictio illa super hypothecam importet,
l. Quintus, de ann. legat. quando de
114 monstracionis cauſa corpus non fuerit designatum, quod ex verborum serie colligetur, per ea, quæ Bar. tradidit in l. codicillis, §. instituto, de leg. 2. vbi Caſtreñis nu. 2. agit de assignatione annue-
pensionis, & Rom. conf. 388. n. 1. cum seq. in cuius additione Man-
dofius plura cumulat, quibus con-
ueniunt ea, quæ colligit Aluar.
Valasc. de iure emph. q. 3 2. n. 17. &
ante eum Padilla in l. Et in prouin-
ciali, sup. de seruit. Et aqua. & hac quæſtione traetata, censuit ma-
ior pars illorum, qui consulta-
tioni interfuerunt, habentes do-
nationes cum hypotheca, cœte-
ris creditoribus esse connume-
randos, & si tacita tantum esset
præferendos fore alijs creditori-
bus expressam, sed posteriorem
habentibus, ex ijs quæ tradidit
latè Negusan. de pignor. par. 5. n. 2.
memb. 1. nu. 1. Ego verò dubita-
bam, & mihi nonnulli assentie-
bantur, nām is, qui donationem
habuit, licet hypothecam ade-
ptus fuerit, non per hoc donan-
tem vrgere poterit, ita ut benefi-
cium amittat, nec teneatur vltra
quā facere possit; hoc enim per
hypothecam non tollitur, nē do-
nans ex sua liberalitate dānum
patiatur, d.c. 1. de not. feud. l. Diuus
de reg. iur. l. inter eos, §. ijs quoq; ff. de

re iud. cum simil. & hypotheca ef-
ficacius obligabit, quia & perso-
nā, & bona oneri subiacebunt,
sed exceptionem, nē vltra quam
possit facere teneatur, nō aufert.
Crederem tamen huiusmodi
donatarios alijs sīnē hypotheca
esse anteponendos.

Alterum, quod oritur ex Con-

stitutione illa, de qua *in c. i. de not. feud.* est, quod vrgente inopia

115 Aerarij Princeps huiusmodi largitionum solutionem differ-
 te poterit. Vnde *Capyc. in loco su-*
perius citato inquit per illū tex.
sustineri posse id, quod aliquan-
do Fiscus in hoc Regno fecit, dū
ob æris alieni magnitudinem
distulit solutionem pensionum,
addens ad hoc vitandum profi-
cere, si in concessionibus appo-
natur clausula: ut neq; ob æs alie-
num, nec ob alias quascunq; Fisci
necessitates possit solutio differri. Sed
 neq; ex his verbis, vel etiam alijs
 quibuscunq; satis esse poterit
 consultum donatarijs: nām vt
 obseruauit ibi *Bal.* & *Aluar.* hoc
 pactum inīnimē validum erit,
 neq; priuatis pactionibus tolli
 vnquam poterit illud, quod Rei
 publicæ utilitas exposcit, argum.
tex. in l. nemo potest, de leg. i. plura
 egregiè ad hanç rem cumulat
Barbo. in l. alia. sol. matr.

Nec solum, vt dixi, differri so-

lutione, donec æs alienum dissolu-

116 tum fuerit, sed etiam ipsas largi-

tiones pro parte recidere lice-

bit. Nec nouum erit exemplum:

Legimus enim apud *Suetonium.*
 Caligulam commoda emeri-

tæ militiae ad sexcentorum mil-

lium summā præcidisse, vt re-

tulit *Lael. Taurel.* in eleganti ope-

sculo de militijs ex casu. colum. penul-

timā.

Inde fit, vt quamvis perfectis
 donationibus nihil detrahi pos-
 sit, *l. perfecta donatio, sup. dē donatio.*
 si Republicæ utilitas suadeat, ac

117 necessitas efflagiter, dominici-

cis largitionibus nouas cōdicio-

nes adiici posse, ac pro parte, vel
 in totum reuocari, vt lege uni-
 versali factum legimus in His-
 spanijs in donationibus ab Hé-
 rico Rege factis, & Lusitania
 alia lege lata, quam *mentalem* ap-
 pellarunt; quæ omnia deducun-
 tur ex ijs, quæ scripsit *Bal. in l. nu-*
ptæ, la prima, de Senat. & in l. qui se
 patris, sup. vnde lib. & in l. qui fun-
 dos, vbi *Io. de Plat.* & *Andr. de Ba-*
rulo, sup. de omn. agr. deser. & *Roma.*
cōf. 78. lo. Lop. in d. c. per vestras, in
rub. §. 5 o. n. s. ver. ex istis, & latius
in §. 70. fol. 43. ver. ex istis, & Gre-
gor. Lop. ad l. primā in fi. tit. 26. p. 4.
Matt. ad l. 6. tit. 10. lib. 5. nou. recop,
 & in l. 11. glo. fi. tit. 7. eiusd. lib. 5. &
 ante eū *Arr. Pinell. in l. 1, sup. de bo-*
matern. p. 3. in 15. & 16. illat. n. 66.
 & quāuis Princeps reuocans, vel
 minuēs donationes iā factas be-

118 nemerētibus, teneatur reficere
 damnū donatario, vt docuit *Inn.*
 in c. nisi cū pridē, de renūc. et *Fæly. in*
c. que in Ecclesiā, de cōst. & *Ias. in*
l. fi. si cōtra ius, vel cōtil. publ. Aff. in
praelu.

præl. feu. q. 4. n. 17. & Arr. Pinell. in loco paulò ante citato, quando tamen id sit publicæ utilitatis causa, necessitate cogente, vniuersali lege lata, & vi supremæ potestatis, ad nihilū tenetur, vt affirmant omnes prædicti, idquè euidenti ratione à nemine tamen adducta: si enim Princeps ad tantundem teneretur, nihil prodesset, aut satisfaceret reuocatio; nàm quod vna manu auferret, altera restituere deberet, nec cōmodum aliquod inde sentiret.
Rogandus ergò erit Deus Opt. Max. vt has temporum calamitates auertat, in quas proculdubio incidiſſemus, niſi incredibili prudentia, & affiduo labore his malis obuiam iuifset. Excellentissimus Lemensium Comes

119 Don Petrus Ferdinandus de Castro, qui huius Regni moderator, Regis patrimonium, præter omnium spē, restituit, adeò vt æri alieno dissoluendo, tā creditoribus, quām ijs, qui ob merita in Rempublicam, ac fusum sanguinem à munificentissimo Rege domino nostro honestati fuerunt, iam sufficere possit.

120 Nonum erit priuilegium pro sequendo cœptam materiam, vt quamuis magna sit largitio, quæ à Rege ob obsequia cōfertur, insinuatione non egeat, l. san- cimus, sup. de donat. sicut nec ea, quæ à priuatis Principi donantur, e. Authe. item à priuatis, eod. tit.

Consequitur decimum m: in ijs

enim prouincijs, in quibus, vel ex consuetudine, vel aliqua Cōstitutione, quæſita ab altero ex coniugibus communicantur, donata à Principe præcipua erunt illius, cui donatio facta fue

121 rit, & vſusfructus tantum communis remanebit, ità Azeu. & Matt. in l. 3. gl. 6. n. 9. lib. 5. no. recopil. quod coniux communibus expensis domino inferuisset, proprietas quoq; vtriq; quæretur Greg. Lop. in l. 3. in glo. magna in fin. tit. 1 o. par. 5.

Vndecimo notandum est aliud speciale in his dominicis largitionibus, ac præmijs militari bus, creditores exequi non posse niſi in ſubſidium, ac tantum debitoribus relinquatur, vt ſe honeſtè, alere poſſint, vt quando donatio facta fuerit nedūm pro præteritis feruitijs, ſed etiam in futurum, vt ſunt illa, quæ entretēnimenti appellantur, quæ dantur veteranis, vt Principi, vel eius Vicario, aut Duci belli assistant, quales etiam ſunt Continui in hoc Regno, de quibus latè M. Ant. Surg. in ſuo tract. de Neap. illuſtr. lib. 1. c. 26. erit hac benignitate vtendum, nè à feruicio Reipublicæ abſtrahātur, ità Bal. & Salyc. optimè in l. ſpē p̄miorū, ſupra quæ res pign. obl. poſſ. & ità receptū eſt. In alijs verò executio tātū in ſubſidiū fiet ſuper iſtis, quæ militiæ cōmoda vocātur, l. cōmodis, de re iud. quæ licet antequā donata ſint, obligari nō poſſint, d. l. ſpē

præmiorū, postea tamēēt executio-
ni, nedū obligationi subiacebūt.

Duodecimo, & vltimo non
omittendum est aliud priuile-
gium harum donationum Prin-
123 cipalium, vt ex eis quæratur
ius etiā absenti, & ignorantī, vt
pulchrè respondit *Bal. conf. 349.*
incip. *statuto*, quoniā concessio
Principis habet vim legis, vt pro-
batur in *l. pen. sup. de donat. int. vir.*
@ ux. quæ autem à legis dispo-
sitione deferuntur, etiam inscio
quæruntur, *l. cùm pater, §. surdo, de*
lega. 2. tradit Alc. in c. cùm contingat
nu. 3. de iur. iuran. *@ Valenz. in l.*
1. sup. si lib. imp. socius nu. 18. in fin.

Tandem, vt perfectè tota hæc
tractatio absoluatur, non erit su-
peruacuum inspicere, quibus
modis huiusmodi dominicē lar-
124 gitiones finiantur, quādo nihil
in eis est expressum: & Primò
videndum est, an si nihil dictū
sit in concessionibus morte, vel
donantis, vel recipientis termin-
nentur, an verò etiā ad hæredes
trāseant? & quidem ante omnia
cùm nihil ex verbis colligi po-
terit, interpretāda erit mens ip-
sius concedentis. Erit pro exem-
plo elegans controversia, quæ
præteritis annis in Supremo Ita-
lico Consilio agitata fuit. Dux
125 Medinæ Riuſicci preces Re-
gi porrexerat, in quibus ob præ-
clara maiorum suorum merita
petebat sibi concedi, vt donec
viueret, à Regno Siciliæ frumé-
ta, quæ nascerentur in sua di-

tione, quam in ea Prouincia fa-
tis ampliā possidebat, absq; e-
 aliqua solutione extrahere pos-
set. Rex noster facultatem hanc
illi concessit, nō donec vita fun-
geretur, sed per sex annos tan-
tum. Elāpsō iām biennio mor-
tuus est Dux, ac in contiouersiā
venit, an suis hæredib; ius esset
pro residuo tpe, atq; licentia, vt
prædictimus cōcessa: Dicebāt ij,
qui Fisci partes tuebantur, satis
esse prospicuū concedentis men-
tem fuisse Duci, & non eius hæ-
redibus indulgere, & tempus il-
126 lud certorum annorum, quod
appositū erat, restrictionis cau-
sa, nè ea Dux donec viueret po-
tiretur, non deberi operari au-
gumentum, vt post mortem
quoq; duraret, & cùm licentia
extrahendi, quæ facultas est, *l. qui*
saxum de donationibus, intelligen-
da sit concessa personæ, ipsam
egredi non poterat, per tex. in l.
apud Julianum, §. si quis alicui, de
127 *leg. 1. cuius verba sunt hæc: Si*
quis alicui legauerit licere lapidem
cēdere, quæ situm est an ad hæredem
hoc legatum transeat, @ Marcellus
*negat ad hæredem hoc legatum trā-
mitti, nisi nomen hæredis legato adie-
ctum fuerit, vndē videbatur con-
cessionem prædictam duplē
habuisse restrictionem, tempo-
ris, & personæ, vt scilicet ipse
Dux, & non aliis pro designato
tempore, & non vtrā euchere
frumēta posset, & cōsequēter fi-
nitā esse, eius morte, cōcessionē.*

Con-

Contrariam sententiam , quæ
 128 obtinuit , qui tuebantur dice-
 bant, dispositionem quamlibet,
 quæ morte concessionarij expi-
 rabat ad hæredes transmitti pro
 illo tempore, quod fuit præstitū;
 & ideo legata annua, quæ lega-
 tarij morte finiuntur, *l.s i singu-
 los, de ann.leg.* si relicta sunt cum
 præfinitione alicuius temporis,
 veluti per decennium, ad hære-
 des transfire pro residuo téporis
 designati mortuo legatario, iura
 sunt expressa *in l.s i cu præfinitione,*
ff. quando dies leg.ced. & *in l.s codicil-*
lis, de ann.lega. Proderit etiam id,
 quod *Alex. tradit in d.S. si quis ali-*
cui, quem sequitur Dec.conf. 26 2.
n. 2. circ. med. vt ille *tex.* nō pröce-
 129 dat, quando certa quātitas fuit
 præfinita, veluti si quis Titio per
 miserit incidere decē currus li-
 gnorum, nec Titius, morte præ-
 uentus, totam quantitatem inci-
 derit, nam tunc posse hæredem
 residuum cedere constat; vndè
 patet responsio ad illum *tex.* qui
 multum vrgere videbatur ex
Alex. traditione superiùs relata.

Est & alia voluntatis conie-
 ctura ex qualitate meritorum:
 si enim adeò magna forent, vt
 inæqualis videretur remunera-
 tio, si vita concedentis termina-
 retur, ad hæredes quoq; præsu-
 mendum est voluisse dominum
 largitionem peruenire, nè in-
 gratitudinis notam subiret: ità
 respondit *Alciat.conf. 20 3. nu. 2 2.*
 & *Siluan.conf. 4. nu. 1 6.* hanc ta-

men traditionem improbavit
Barbos. in l. quia tale, solut. marimo.
 dicens debere sibi imputare is ,
 qui minus congruam mercedē
 130 recepit. Ego verò quamuis
 forsan existimem non esse adeò
 efficacem hanc coniecturam, vt
 ex ea sola in iudicando auderē
 prò hæredibus respondere; cre-
 derem tamen *Barbos* argumē-
 tum minimè propositæ dubita-
 tioni adaptari posse, non enim
 quærimus, an his, qui largitionē
 accepit, valeat tanquam non di-
 gnè muneratus petere; vt hære-
 des suos donatio facta sequatur:
 hoc enim est extra omnem du-
 bitationem ; si enim actio illi
 non datur ad mercedē, vel præ-
 mium petendum , vt iam supe-
 riùs firmauimus, tantò minus
 illi nō dabtur actio ad petendū
 argumentum congruum suis
 meritis. Sed illud tantum ex *Al-*
ciato, & Siluano deducitur, quod
 ad iudicandū, an concessio trásl-
 mittatur ad hæredes , vel morte
 extinguatur , coniectura capi
 possit ex qualitatè meritorū , ac
 quantitate mercedis, quā conie-
 cturam non nego vim aliquam
 131 habere. Sic enim ex qualitate
 pretij arguitur quid venerit in
 venditione, l. 1. ff. *de reb. dub. Bart.*
in l. semper in stipulationibus de reg.
iuris, Afflict. in dec. 6 8. nu. 2. Pinell.
de rescind. vend. l. 2. 3. p. n. 2. & 9.

Alia etiam erit coniectura ca-
 pienda ex causa ipsa, ob quā fit
 cōcessio; si enim Titio Princeps

ob merita donet annua centū ,
vt se alere possit, vel alijs verbis,
ex quibus conijci possit donatio
nem in causam alimentorū fa-
ctam esse, morte eius, cui cōcess-
132 sio facta fuit, expirabit, per ea,
quæ congerit *Surd. in tract. de ali-
ment. tit. 1. q. 12. ad n. 5.* Inde etiā
fit, vt concessio facta Medico ,
vel Iurecōsulto illi, vt curet do-
nantem, ac eius familiam, huic
vt litibus eidem patrocinū pre-
133 stet ex causa ipsa, quæ personā
eius, cui facta est donatio non
egreditur, iudicabitur persona-
lis esse concessio, nec hæredes se
qui, *l. Seio, vbi Bar. de ann. lega.*

Attendenda quoq; erit ipsius
rei concessæ qualitas, ac natura,
vnde dicendum est, annonas, pa-
134 nes ciuiles, ac soldatas, personā
non egredi , cùm huius naturæ
sint, *c. 1. quis dic. Duc. Com. latè Jo.
Thom. de Mar. de gen.* & qual. feu.
in tit. 25. & 26. vt rām morte
eius, cui largitio facta est, quām
ipsius largientis terminentur ;
ideoq; successoris cōfirmatione
egent, vt à *Caligula*, & *Vespasiano*
factum legimus vnicō edi-
cto. Ideoq; mortuo *Philippo II.*
Domino Nostro, excitata hac
difficultate , omnes huiusmodi
concessiones trattenimentos , ac
vantagia, vt appellant, cōfirma-
tæ vnicō rescripto fuerunt, quod
fortassè necessariū non fuisset;
quia moribus receptū est, merce-
des istas obitu tantū concessio-
135 narij finiri, vt testatur *Castr. de*

anno. ciuil. in l. 1. num. 49.

Officia quoq; si conceduntur
explorati iuris est ad hæredes nō
transire, *l. 1. de fideiuss. tut. sunt. n.*
136 adeò personæ cohærentia , vt
etiam si concessio cōcepta fue-
rit, adiecto verbo, *in perpetuum* ,
nè ab ipsius rei natura deuenie-
tur, intelligenda erit dictio illa
in perpetuum, donec vita eius, cui
137 concessio facta fuit durauerit.
Latè oīa cumulat *Gonsal. Mend.*
diversiur. articul. lib. 2. c. 13. n. 6. &
Barbos. in Lquia tale, sol. mat. n. 10.
Sed illud quæstionis est , an etiā
morte concedentis officia finiā-
tur; qua in re Regionis consue-
tudo inspicienda erit : In Gallia
138 debent à successore Principe
confirmari, vt testatur *Pet. Greg.*
syntag. p. 3. lib. 47. c. 20. n. 7. & ante
eum *Juliel. de Bened. in c. Raynu-*
tius in verb. duas habēs filias n. 44.
In Hispanijs verò noua confir-
matione non indigēt, *Mattienz.*
in l. 2. gl. 2. n. 3. tit. 7. lib. 5. nou. recop.
Inspecta aut̄ iuris cōmunis di-
spositione Magistratus alicui cō-
cessus, cum cognitione vniuer-
sitatis causarum , alijq; Iudices
ordinarij, Principe concedente
mortuo, absq; alia confirmatio-
ne continuabunt iurisdictionē ,
Bal. & *Salyc. in l. mandatum, sup:*
mandati; ideoq; etiā Prorex no-
uam iussionem minimè expe-
ctabit, idq; nè desit particularis
authoritas, docuit *Capyc. in c. Im-*
periale col. 32. & *Dom. de Pont. in*
tract. de potest. Proreg. in tit. de Affens.

Reg.

139 Reg. §. 5. n. 4. Constituenda verò erit differentia inter eos Magistratus, quos diximus, & illos, qui ab Episcopis, alijsuè Ecclesiasticis Pra latis constituuntur: istorum enim iurisdictione expirare concedentis obitu, quasi Authoris iure resoluto, explorati juris est, vt benè aduertit Greg. Lop. in l. 2 o. tit. 13. p. 2. in verb. de los officios, & latè post Mattienz. & Mieres, Io. Guse. pract. qq. lib. 3. q. 11. à num. 10. Quibus accedat Gamma omnino videndus decis. Lusu. 354. qui elegantē quæstionem pertractans, docuit, Regis concessionem factam à Rege tanquam ordinum Militarium Magno Magistro censeri debe re eo iure, quo ceteræ cōcessio nes Regiæ; quia vnta, ac adiuncta est administratio horū ordinum Regiæ dignitati. Feuda 140 verò si cōcedātur, ad hæredes transibunt, c. 1. in fi. de duob. fratr. Iser. in c. 1. qui success. & in c. 1. §. hu ius autem generis, ex quib. cauf. feud. amit. & in c. 1. §. sed nec alia, qua sit pri. cauf. benef. amitt. nisi esset feudum de Camera, fēù de Cauena.

De annua verò largitione, ac promissione apud Sribentes admodum variatum fuit, quando 141 nulla hæredum mentio facta est, neq; ex parte concedentis, neq; ex parte eius, cui concessio facta fuit: nàm in l. stichum, §. sti pulatio, ff. de verb. obl. tenet Accurs. ac Bart. personam non egredi; Dyn. verò, Alber. Cuma. Roma. &

Iaj. ex mente lo. Fab. in §. omnis, inst. de verb. obl. cenfuerunt ad hæ redes transfere huiusmodi pro missionem, Odo fr. verò, ac Paul. Castrensi. ibid. voluerunt Bari. & Accursij sententiam æquiorem, Dyni verò, & aliorum Sectatorū veriorem. Ego autem opinor nō esse discedendum à Dyni traditione, secundum quā censuit nostrum S. Cons. vt testatum reliquit Capy. dec. 203. & latè de feu do cōcesso pro Camera, quod sit personale, D. Reg. Reuert. in decis. in causa Vniuersitatis Nuceriae Paganorum cum eius Duce, & Fisco super prouentibus.

Finiuntur etiam huiusmodi 142 largitiones delicto, aut alienatione, vt satis de per se patet: verumtamen difficultis est quæstio, an acquirens possit, vel delinquendo, vel alienando præjudiciū afferre ijs, qui in prædictis con cessionibus muneratorijs sunt vocati, quamuis ipsis principali ter non fuerit facta donatio: (exempli causa) si Titio, eiusquè filio Mævio Princeps aliquid largiatur ob merita Titij, non autem filij; & quidem verius videtur parentis gesta damnū inferre filijs non principaliter vocatis: ità inquit Bal. in l. 1. sup. per quas person. nob. acqui. & in auth. si quas ruinas, de sacros. Eccl. dicens censeri tacitam intercedere donationem inter patrem, & filium, eamq; alienando parentem vi deri reuocare, ex regula tex. in l.

filiae

filiae cuius, sup. famil. hercisc. & Are-
tin. in l. apud Julianum, §. si quid ali-
cui, de leg. i. tradit concessioni fa-
ctæ filio, patris intuitu posse à pa-
tre alienando, delinquendo, vel
renunciando præiudicium fie-
ri; quia profectitia censentur:
citat ad hoc alios Arelin. inhæren-
do Ruin. conf. 42. n. 11. vol. 1. &
Corn. conf. 37. & in conf. 51. quod
est Bened. Capr. vol. 3. Accedat
prædictis, quod voluit Iser. in c. 1.
§. & si libellum, de alien. feu. pat. dū
censuit, patrem posse filio præ-
iudicare in feudo donato à Prin-
cipe ipsi patri, ac eius filio, etiā
nomine filij proprij expresso, si
donationis causa fuerint merita
paterna, nec de filio principali-
ter, nisi parētis intuitu ratio ha-
bita fuerit, cui assensi sunt ibidē
Affl. Loffr. & Liparul. Et quibus
coniecturis hoc arguatur, ibidē
Isern. tradidit, & latissimè profe-
cetus est Meno. de præsumpt. præf.
28. Et ad prædictorum compro-
bationem adducuntur tex. in l.
dedit dotem, de collatio. bon. & in l.
sed si plures, §. in arrogato, ff. de rul.
& pupill. & in emphiteusi idem
post Bal. in d. l. 1. per quas pers. nob.
acqui. voluerunt Iul. Clar. in §. cm-
phiteusi, q. 1 6. & Morquec. de diuis.
bono. lib. 1. c. 6. n. 2 9. latè Aluar. V.
alasc. de iur. emph. q. 4 9. & Pet. de Gre-
gor. de concess. feud. p. 3. q. 7. & Dom.
Reg. de Pont. visus post hæc scrip-
ta in conf. 1 30. vol. 2. nu. 9. & se-
cundum hæc bis censuit Regia
Cam. vt retulit Reuert. in suis decis.

Primùm, in causa Pauli Tholo-
sæ cum Paulo Restiliano: Con-
cessio enim officio à Rege Paulo
Tholosæ Seniori, & eius filio
eiusdem nominis, vniq; eorū
insolidum, ita ut superstes ex eis
illud haberet post mortem alte-
rius; iudicatum fuit, licuisse pa-
tri ob cuius merita largitio illa
facta fuit, officium alteri renun-
ciare, nec dari filio reiuendica-
tionem, etiam patre mortuo. ite-
rum idem pronunciatum est in
simili specie in officio Magistri
Actorum M.C.V. in causa quo-
rundam de Dato.

Hæc omnia minorem habent
difficultatem, quando filius in
donatione vocatus, est in patris
potestate; quia viuens pater hæc
donationem tacitam, vt Bal. in-
quit (quæ in eius vita, nisi in cer-
tis paucis casibus, minimè con-
stat) facile reuocare potest.

143 Quando verò vocatus in con-
cessione, vel est emācipatus, vel
omnino extraneus, non est adeò
expeditum, immò maior pars
Scribentium supra citatorum lo-
cuti sunt in casu, quo filius est
in potestate patris. Sed in hac
quoq; specie acquirentem posse
nocere vocato ex eius beneficio;
quāvis extraneo, voluerunt Iser.
in cit. §. & si libellum, cuius verba
referre nō pigebit; Inquit enim
Vbicumq; dicimus queri filio etiam
emancipato, si per ministerium recipien-
tis, vel per traditionem queretur
vel alio modo distingue, cuius con-

tem-

remplatione, ut si patris, patri qua-
ratur, & totum alienet, si filij filio, &
Alio. Valasc. in d. q. 49. in vers. quar
eus casus, inquit, Tutius esse hoc
affirmare in filijs in potestate,
sed & idem posse dici in eman-
cipatis. Et Petr. Greg. in præcit. q. 7.
n. 48. in eandem sententiam ve-
nit; quamuis à principio dubi-
tauerit. Est autem huius opinio-
nis fundamentum positum in
celebri illa Bar. traditione in l.
qui Romæ, S. Flavius, ff. de verb. obl.
144 dūm docuit, acquirentem ex-
traneo nocere posse in ijs rebus,
quas eius opera habiturus erat,
quam receptam cōmuniter affe-
ruerunt ibi. Soc. n. 16. & Ias. nu.
14. & Alex. cōf. 240. vīso themate,
n. 4. in fi. vol. 7. & Couar. var. ref.
li. 1. c. 14. & Andr. ab Exea in rub.
de pact. n. 143. & Costa de maior.
bonor. Reg. Coro. n. 32. quod negare
non potuit Gomes ad L. Tauri 40.
quamuis ipse contrariae senten-
tiæ se subscripterit.

Delinquendo quoq; in officio
posse parentem nocere filio, etiā
145 eius nomine expresso vocato,
si parentis meritis, vel pecunia
sit quæsิตum, tradidit Capyc. dec.
121. nu. 31. cum seq. ex Isern. tradi-
tione in c. 1. si vassal. feud. priuet.
Nec aliter sentit si recte inspi-
ciatur D. Gar. Mastrill eruditissi-
mus in Addit. ad Petr. de Greg.
in loco paulò ante citato: is enim
loquitur, quando concedens, &
parētis, & filij rationem habuit;
tunc enim nec alienando, nec

delinquendo pater officiet filio,
ex ijs, quæ docuerūt Bal. et Saly.
in l. 2. sup. de liber. & geor. lib. & idem
Saly. in l. non plures, de sacros. Eccl.
Quod si Princeps patri, & filio
insolidum officium concesserit,
ac vñus ex eis exerceat alterius
permisu; an propter admini-
strantis delictum alter priuari
possit? Reg. Reuert. hanc quæstio-
nen retulit in suis decis. manuscri-
pis, dicens contra Fiscum in be-
neficiū Collège non excentis,
in Supremo Collaterali Cōsilio
fuisse pronunciatum in anno
1541. in causa Gasparis, & Hie-
ronymi Funati; quamvis cōtra-
rium respondendum fore vide-
batur ex insigni Imperat. respōso
in L. 1. & 2. sup. quo quisq; or d. conu.
146 quia licet plures exerceant
vnum officium, vnius hominis
vicem sustinent vt inquit Iurec.
in l. magistratus. ff. ad m̄unicipalem.
Motus est autem noster Senatus
ea ratione, quia ex delicto Colle-
gæ criminaliter quis non tene-
tur, l. 1. §. si apud duos, l. in depositi,
ff. depositi: tradunt latè Scribentes
post Bar. in l. 4. §. Cato. in 6. opposi-
tione, ff. de verb. obl. vbi omnino
videndus est Angel. & Ias nu. 29.
qui supradicta restringunt, quā-
do Collega est in culpa, eo quod
potuit prohibere, nè alter pec-
caret, & fuit negligens; quia tūc
ipse quoq; puniretur, nō autem
præsumi hāc scientiā, ac patiētā
socij, nisi probetur, inquit Ang.
hoc te didicisse à Bar. viua voce.

Meminisse autem oportebit,
 147 quod, et si acquirens possit no-
 cere alijs vocatis, & delinquen-
 do, & alienando, id tamen ipsū
 facere non posse, mutando or-
 dinem à Principe in cōcessione
 præscriptum: ideoq; rem con-
 cessam Mēuio, & eius primoge-
 nito, non posse. Mēuium secun-
 dogenito donare; cumulat om-
 nes Couarr. var. ref. lib. 2. c. 18. nu.
 2. ad fin.

1 Et tandem prædictis adden-
 da est elegans quæstio tractata à
 D. Francif. de Ponte religiosissi-
 mo, ac doctissimo viro in eius
 conf. 109. vol. 2. vifo à me post
 hæc scripta, qui respondit in cō-
 cessione facta Titio annuę quā-
 148 titatis à Principe in perlona
 duorum filiorum Titij acqui-
 rentis, quos ipse nominauerit,
 parentem, nec alienādo, nec di-
 sponendo in alios potuisse eis
 nocere, quamuis gratia parentis
 causa facta fuerit: nihil enim si-
 bi quæsiuit Titius, nisi ius no-
 minandi, quod est nudum mi-
 nisterium, nec aliquod ius in
 eius perlona fuit fundatum,
 quod eius creditoribus profi-
 cuum esse posset; & cùm eius
 dictis nihil addi possit, conten-
 tus ero tantū locū designasse.

Restat nunc examinanda illa
 quæstio, nè quid intactum relin-
 quamus. An si in Principali lar-
 gitione annuę quantitatis non
 fuerit solutionis tempus præsti-
 rum, soluenda sit in principio

anni, vel in fine? & quidem in
 149 principio anni solutionem fa-
 ciendam esse videbatur, ex tex.
 in l. si cui legetur, ff. de leg. 1. ubi Iu-
 recons. respondit, legatum alicui
 relictum, cùm erit annorum
 quatuordecim, in fine decimi
 quarti anni representandum es-
 se. Ad idem expendi potest tex.
 in l. lecta, ff. si cert. pet. vbi ex con-
 uentione soluendi denarium
 menstruum pro quolibet centū
 nummis, usuræ currere incipiēt
 in fine mensis, quo scilicet tem-
 pore solutio erat facienda. Con-
 gruit prædictis alter Iureconsulti
 locus in l. qui hoc anno, ff. de verb.
 obl. vbi stipulatus sibi aliquid da-
 ri hoc mense, vel anno, non nisi
 finito anno, vel mense experiri
 poterit, item tex. in l. si in annos de
 cem, ff. de cond. & demonst. in quo
 hæres damnatus aliquid dare in
 annos decem, nouissimo die il-
 lius temporis ad legatum præ-
 standum tenebitur. At è contra-
 rio solutionem esse faciendam
 in principio anni suadet insi-
 gne Vulpiani responsum in l. nec
 semel, ff. quando dies legati ced. vbi
 annuū relictum, initio cuiusquè
 anni deberi docuit, idem probat
 tex. in l. in singulos, ff. de ann. legat.
 illis verbis: Illud certè amplius est
 in hoc legato annuo, scilicet, quod in-
 gressu cuiuslibet anni, si decesserit le-
 gatarius, eius anni legatum hæredi
 suo relinquat. Accedit prædictis
 tex. in l. qui ita, §. qui ita, ff. de verb.
 oblig. vbi Julian. ait: Qui ita stipu-

latur,

latur, decem quoad viuam, annua supplet Accurſ. confeſſim decem da- ri recte petit. Vnde latis controuerſa redditur quæſtio, cùm plures leges ſibi inuicem pugnare vi- dcantur. Pro cuius diſſolutione poterit diſtinctio adhiberi, tra- dita à Cyn. in l. 1. ſup. quando dies legati cedat in fin. vbi Bart. Bald. Salyc. & alij, & idem in l. qui hoc anno, de verb. obli. Aut enim tem- pus adiectum fuit gratia debito- riſ, vt diuifis ſolutionibus gau- deat in ſingulos annos, & tunc in fine anni ſolutio fieri debeat, aut diuifio facta fuit in credito- riſ beaſtium, & in principio anni debeat. Ità conciliando reſoluimus iuriū prædictorū contrarietatem, que omnia pro- bare videtur tex. in l. nec ſemel, ff. quando dies legati cedat, vbi Vul- pianus ait, initio cuiuq; anni le- gatum deberi, niſi forte euidentiſ ſit voluntas teſtatoris in annuas penſiones, ità diuidentiſ; quoniā non legatario conſultum, ſed hæ- redi proſpectum voluit, nè vr- geretur ad ſolutionem, & ità cōcludit Reuert. in ſuis manuſcri- piis decif. in cauſa Regij Fiſci, cū Iuſtiſiſ, Principiſſa N. dicens; in dubio, cùm beaſtium latiſſi- mè interpretandum ſit, cenſeri largitionem ſuam cumulare voluiſſe magis donatario, quām ſibi proſpiciendo. Mihi aut ultra prædicta ante omnia ſpectanda videtur cōſuetudo ipsius dona- tis, ex regula l. vel coniuerſorum,

ff. de pigno. acſio. & in l. qui ſemel, ſ. queſtum, de cur. ità etiam fa- larium Magiſtratuſ ſoluendū eſſe, quando nihil eſt dictum tē- pore, quo alia ſalaria ſolui cen- fuerunt, vt respondit Franch. dec. 797. & ideò in hoc Regno cùm ſinguliſ quatuor mensib⁹ ſo- lutiones huiuſmodi fieri ſoleāt, hoc tempus erit ſpectandum.

Quod ſi prædiuム, vel veſti- gal aliquod deſignatum fuerit, vnde quantitas donata ſolui de- beat, intelligetur illud tempus ſolutioni adiectū, quo fructus, vel penſiones illius corporis exi- gentur, ex inſigni decisione tex. in d.l. nec ſemel, ſ. in habitatione ſu- periū citata, vbi Accur. inquit, legatum pro alimentis princi- pio anni deberi: quod ſi in ali- menta deſem frumenti corbes ſint relict⁹, non niſi melliſ ſe- pore peti poſſunt, citans ad hoc tex. in l. 1. ff. de condit. & demonstr. ideoq; recte censuit Regia Ca- mera in cauſa à Reuerto relata, conſeſſionem anni redditus à Principe factam ſuper Doha- na pecuđum Apulex, nō deberi niſi in menſe Aprilis, quo tē- pore veſtigal illud à paſtoribuſ exigitur; quod etiam expreſſe cautum eſt lege Hispana, quæ eſt 16. tit. 10. noua recopilationis. Et hæc ad huius legi interpreta- tionem, & ornatum dixiſſe ſuf- ficiat.

DOMINI REGENTIS VRSINI

Huius posterioris Tituli Approbatio.

Amplissimo, atq; Clarissimo Patritio Viro

FULVIO CONSTANTIO

REG. CATHOL. D. N. IN SICILIAE

Citra farum Regno, summæ rerum á

Consilijs, Regiam Cancellariam


Regenti, atq; Corleti

Marchioni.



P. IORDANVS VRSINVS S. & P. F. EXOPTAT.

RELECTIONE M tuam (Illustris admodum Marchio) ad Cæsarum leges de Principum in benemeritas largitionibus, perligi tam diligenter, quam libenter. Opus est doctum, apertum, varium, atq; ornatum. Quod in primis est difficillimum, adeptus es, dulcia utilibus miscuisti, atq; utraq; eleganii scribendi stilo concinnasti. Alios doctrina, alios eruditio, alios eloquij decor fecit insignes; tibi singuli posse sunt inuidere, quem simul hæc ornamenta congesta reddunt insignorem. Sed et sic scite de pren̄ijs ob præclara in Rem publicam merita collatis, disseruisti, ut pro hos præclaro in illam merito, ingenti præmio dignus esse videaris. Quare mi FULVI, ede quamprimum, nè morare, vel utilitatem, voluptatemq; publicam, vel honorem tuum, namq; hoc certè tibi erit pulchrum premium operis, laboris. DEVS OPT. MAX. te tibi, tuis, mihi, Regnoq; diu seruet incolumem. VALE.



INDEX LOCUPLETISSIMVS RERVM, AC SENTENTIARVM IN SIGNIVM, que in hisce Commentarijs continentur.

P E R
H O R A T I V M M A Z Z A P I N T A
V. I. D.
concinnatus, ac Alphabetico ordine dispositus.

ABOLITIO.

Abolitione generali concessa, cuius beneficio si omnes pœna pecuniaria quoq; condonetur, non cœetur remisum ius portorij, nec tributū, qd Fisco erat exoluendū; sed tantū pœna commissi, et fraudati vectigalis: non enim est par ratio in utroq; casu: quia in uno de lucro, in altero de fisci damno agitur, & ita alias decisum per Reg. Camer. pœn. fiscal. credit. præf. l. I. nu. 71. cum seq. fol. 69.

Hinc deducitur, rectè iudicasse idē Tribunal, dum alias censuit, esse solutos pœna venditores, qui ultra pretium à Principe præscriptum tempore ingrauescentis annonæ frumenta distractaverunt; & pollēndos tamen restituere emptoribus pretiū excrescēs, ibid. nu. 73.

Abolitionem generalē indicandi, pœnasq; remittendi facultas spectat ad Principem, ibid. nu. 93. fol. 77. & licet videatur hoc non habere locum in præiudicium tertij: quia non potest remittere pœnam, que ad alium spectat. Nibilominus hæc obiectio non proce-

dit, quando Princeps aliquid statuit legem condendo, et in proprijs terminis indulgentia generalis, vt possit Princeps iuri tertij præiudicare, tradidere Bald. & alij, qui recensentur, ibid. nu. 93. 98. & seqq. fol. 77. & 80. Abolitio hæc generalis, que ius regale dicitur, soli Principi reseruatum, nihil commune habet cum illo Baronibus concessa commutandi pœnas, & indulgendi ex deductis, ibid. nu. 96. fol. 79.

Abolitionē generalem dum Princeps concedit, ne dum remittit pœnā criminis; sed tollit etiam culpam, & ipsum delictum, etiā post latam sententiam condemnatoriam, quod non potest facere Baro, quamvis amplam habeat iurisdictionem, ibid. nu. 97. fol. 79.

Vid. in ver. pœna.

ACTIO IN FACTU.

Actio in factū, que datur aduersus alienantē, secundum aliquorum opinionē nequaquam hæredem complectitur, si is probauerit, alienationem præcessisse debitū; sed hec opinio est frequentius

I N D E X.

explosa, ut refert D. Author de iur. fisc.l.1.nu.11.fol.8.

Seruitia præstata antidoralem tantum producunt obligationem, que actionē non parit, siquidem apud solos Mædos actio aduersus ingratos instat: i postest, de fil. Off. nu. 38. cum seq. fol. 280. Nisi aliqua particulari lege, ut Hispana certu sit præmium constitutū patrati in bello aliquod insigne facinus, in aliquo ex casibus, qui referuntur: nam tunc & is, qui hoc peregit, & eius heredes poterunt illud petere condicione ex dicta lege, ibid. nu. 41.

ADMIRATVS.

Vid. in verb. classis.

ADOPTIO.

Adoptio est fœminis permitta ob filios in acie belli amissos quasi in solarium doloris, de fil. Offic. nu. 18. fol. 275.

ADVOCATVS.

Vid. in verb. prælatio, salarium substitutio.

ALIMENTA.

Alimentorum legatum in minus solemniter testamento rectum, & si de iure non debeatur; si tamen fuerit per heredem præstitum per tres annos coherentes, præstabitur in futurū cum sola triennialis præstationis allegatione, de epoch. publ. l. 3. nu. 9. fol. 130.

Vid. in ver. donatio dominica, filius.

AMICVS.

Amicus inimici mei mihi inimicus esse videtur; in colligenda sanè est hæc propositio de eo, qui amicitiam copulat, & iungit in perniciem meam, ex glos. Isern. Bald. ceterisq; qui recensentur in tit. de clas. nu. 131. fol. 209.

POCA.

Apud his tribus prolatis si quis ostendat se coherentibus tribus annis soluisse, præsumitur etiā soluisse superioribus, ita ut Actori incubat onus probandi contrariu. de epoch. publ. l. 3. n. 2. fol. 129.

Et hæc non est præsumptio hominis, que Iudicis arbitrio relinquitur, quicquid perpera aliqui opinari sunt; sed iuris

tantu, prout nonnullorū auctoritate, et rationibus fatus cōprobauit eruditissimus Menoc. qui pariter assignauit presumptionis rationē, que recensemtur, ibid. nu. 5. cum seqq. fol. 130.

Præsumptio ista cessabit, si haec solutiones nō epochis; sed testibus probentur, ibidem nu. 11. fol. 131.

Pariter silebit, si de tribus annis præteritis; sed non coherentibus, vel una tantum apoca de tribus annis proximis appareret, ibid.

Præsumptio hæc legis, que de Tributario tantu loquitur, extenditur ex grauisimorū DD. sententia ad emphyteutā, qui si probet, ut supra, soluisse canonē per tres annos, præsumitur in præteritum soluisse, idq; verū in utraq; emphyteusi, reiecta opinione Hostien. arbitrantis in emphyt. ecclesiastica per duas epochas duorum proximorum annorum solutionem in præteritum probari: nam communis opinio stat in contrarium, ibid. num. 13. cum seqq. fol. 131.

Porrigitur etiā ad alios casus, & ut procedat, etiā si solutio esset destinata per quinquennia, vel semestria: nam probata solutione triū postremorū quinquenniorū, vel semestriū, præsumetur solutū in præteritum reiecta Alciat. sententia sibi contraryj, ibid. nu. 16.

Amplius induceretur hæc præsumptio, si constaret de solutione facta per annū per tres coherentes, seu continuas tertias, & ita decisū fuisse in R. Cam. testis est Reg. de Pont. qui in causa contrarium defendebat, ibid. nu. 17. fol. 132.

Insuper protenditur in Colono, & Cenfuario, & in solutione collectarū, pensionum, & decimarum: nam si quis exhibet tres solutiones annuas continuas, præsumetur in præteritum satisfecisse, ibid. nu. 18.

Obtinebit ulterius, etiam si debitor post trienniū, quo soluit, cessavit in futurū: nam abduc præsumetur solutū in præteritum ante triennium, ibid. nu. 19.

I N D E X.

Caterum quæstionis est, an hæc præsumptio, quæ verè, & realiter loquitur de debito annuo reali, habeat etiā locū in debito personali, veluti si pollicitus es mihi decē singulis annis. in hoc articulo post relatas opiniones contrarias concluditur post Menoch. affirmatiuè, ibid. nu. 20. cum seq.

Illud est hic animaduersione dignū, hanc iuris præsumptionē non habere locum contra tertium, veluti si Dominus directus uendiderit alicui ius suū directū, cui postea emphyteuta soluit per tres cohærentes annos debitū canonē: hæc namq; trium annorū solutio facta novo directo Domino, non facit præsumptionem aduersus illum primū iuris directi venditorem, quominus possit petere præteriorū annorū canonē, & ibi de ratione, ibid. nu. 22. cū seq. f. 133

Indefit, hanc præsumptionē conquiesce-re, quādo consuetum esset, hos exactores tributorum, censuum, canonū, & similium mutari, cum tunc exactorū negligentia, & consensus considerari non possit, ibid. nu. 25.

Et etiam silere, quādo debitor non soluit; sed per tres cohærentes annos de debito depositum fecit, & ibi de ratione, ibid. num. 26.

Deniq; non erit silentio obruendū, hanc præsumptionem non militare, quando creditor recipiendo illas trium annorum solutiones, protestatus sit, ius suum sibi saluum fore quād præteritum, ibid. nu. fin.

APPELLATIO.

Appellatio à sēcētijs latis infisci beneficium si sit prohibita per statutū, & fuerit per Iudicē iudicatu, pœnam deberi fisco, & parti, nō erit locus appellationi etiā proportione ad priuatum spectante iuxta Hippol. traditionē, de qua addubit D. Author. de vendit. rer. fisc. l. 1. nu. 76. fol. 37.

Vid. in verb. Iudex in fin. regalia.

ARGUMENTVM.

Argumentū ductum à solito est in iure

frequens, & utile, pœn. fisc. credit. pref. l. 1. nu. 93. fol. 77.

Vid. in verb. Ecclesia.

ARMORVM VSUS.

Armorū usus in scio Principe est interdictus, hæc loquendi breuis formula duplēcē habet acceptiōē, & utraq; in se vera; licet alterutra magis quadret literæ, vt arm. vs. nu. 1. fol. 225.

Armatos homines absq; prævio delectu cogens; sed vt illos habeat ad malum finem, vt sunt, qui italo sermone braui nuncupantur, non tenetur pœna legis Iuliæ Maiestatis; sed alia, ibid. nu. 16. fol. 228.

Armare naues in Regno Siciliæ contra Piratas non licet absq; Principis licentia, ibid. nu. 20.

At secus in Hispania, ubi ex legis municipalis beneficio licet omnibus contra Mauros, & prædones, ibid. nu. 21.

Vid. in verb. Rex.

ASSENSVS.

Affīs usq; Domini, nempe directi, et subalterni requiritur in alienatione feudi quaternati secundū quid; at-tamen Affī. docuit, posse solū Dominū directū tam suo, quam immediati, & utilis Domini nomine assensum præstare. Caterum hæc traditio recte per pensis eiusdem Affī. verbis est intelligenda, quando subalternus Dominus non potest consentire, ut potè si sit minor, & curatore, seu Baliū nō habeat, vel si sit maior, renuat absq; legitima causa dissentendi, de vendit. rer. fisc. l. 1. nu. 36. & 41. fol. 22. & 25.

Assensum dum præstat Princeps, videtur quodāmodo concedere, ibid. n. 41. f. 24.

Assensus si quando minus iuste denegetur, quo euentu negans assensum, iniuriam videtur inferre, poterit Princeps, vel Iudex adiri, qui decernet hunc assensum haberi pro præbito, & ita usus forensis inualuit, ibid. fol. 25.

Assentiendo Rex alteri danti, ipse dare, seu donare videtur, de fil. Offic. nu. 72 fol. 290. Declara, id non vere; sed per

I N D E X.

*fictionem esse accipiendum secundum Bart. & ideo secundum D. Authorem
hac impropria donatio non potest patiri
eisdem praerogatiis, quae habet vera,
unde verius est, ut dicamus, dominum
consentientem, nil aliud facere, quam
tollerare obstatum legis vetantis feu-
dorum alienationem inuitis Dominis,
ibid. de fel. Offic. nu. 72. fol. 290.*

Vid. in verb. vasallus.

BANNITVS.

Vid. in verb. territorium.

BAPTISM.

*Vid. unum verbum in dictione
palatum.*

B A R O.

Barones in suis Curijs non possunt
habere fiscalem, prout tenent Regia
Tribunalia, sed aliquem assistem
in causis criminalibus, vulgo Cu-
rie coadiutorem nuncupatum, rub. de
iur. fisc. nu. 10. fol. 3.

Baro si ex regia concessione gaudeat iu-
re tractarum in sua ditione, ut pro
qualibet extractione sit sibi soluendū
portorium, alias fraudatoris res, quae
extrahitur, incidat in commissum, &
Fisci Baronialis commodo applicetur,
an possit exigere pœnam aduersus ex-
trahentem frumentum contra Princi-
pis decretum tempore ingrauescen-
sis annonæ factum, concluditur nega-
tiæ, ac super hoc notabilis Regiae Ca-
meræ decisio refertur per Reg. Moles
compilata, pœn. fisc. credit. pref. l. I.
nu. 26. & 27. fol. 56.

Baronis Iudex si aliqua pœna pecunia-
ria multet vasallum, qui ad Princi-
pis consistoriū, vel regios Iudices pro-
uocet, & Iudicis inferioris sententia
confirmetur, cuius cōmodis cedet hac
pœna, Baronis, vel Regij Fisci? &
magis est, ut Baroni debeat non ob-
stante contrario de Iudice, ad quem,
qui est exequitor sententiae per ipsum
confirmata iuxta Bart. sententiam
frequentiori calculo receptam: nam
buic motu satis docte, & magistra-

*liser occurritur, ibid. nu. 28. usque ad
31. fol. 57.*

*Barones tempore Reginæ Ioannæ II. ca-
rebant cognitione causarum crimin-
alium, qua postea à Rege Alphonso I.
fuit eis communicata per concessionem
meri, ac mixti imperij, ibid. n. 31. f. 58.*

*Barones quamvis loco fisci subrogentur,
non tamen in mulctarum exactione
babebunt illa priuilegia, qua fisco re-
gio competit, ibid. nu. 33. fol. 58.*

*Hinc vana detegitur dubitatio Capyc.
inquirentis, an eadem pœna coercentur
fraudantes Baronales pœnas, qua
ceteri fiscalium pecuniarium Collecto-
res, seu Perceptores, ibid. nu. 34.*

*Barones in hoc Regno ex forma suorum
priuilegiorum possunt pœnas corpora-
les commutare in pecuniarias, ibidem
nu. 37. fol. 60.*

*Baro vasallis (suis creditoribus etiam
hypothecariis reluctantibus) mulctas
remittere potest; quia debitor in qua-
rendis, etiam creditoribus hypothecis
priuilegio vallatis præjudiciū inferre
potest, ibid. nu. 62. & 63. fol. 66.*

*Baro habet iura utilia, quæ preferuntur
directis Domini; ex quo nō habet iu-
risdictionem in officium, seu in exer-
citium, sed in proprietatem, & domi-
nium, habet pariter proprietatem iu-
sticie, & verè est Dominus illius iu-
risdictionis, diciturq; etiam Procura-
tor Regis in rem suam, ibid. num. 90.
cum seq. fol. 76.*

*Baroni intelligitur concessa iurisdictio
priuatiæ ad Regem, ibid. nu. 92. fol. 77.*

*Baro non tenetur de culpis Officialis, ve-
luti si Capitaneus expleto officio syn-
dicatu nequaquam paruerit, sed au-
fugerit: quia Baroni electio non est
voluntaria; sed necessaria; tenetur
nihilominus diligentiam adhibere ad
illum exhibendum; sed illo non re-
perio, ad nihilum tenerur, de cura.
nu. 66. cum seq. fol. 156.*

*Baro Index ordinarius dicitur vasallo-
rum, ibid. nu. 67.*

Baro-

I N D E X.

Barones in hoc Regno non possunt habere homines (ut aiunt) recomendatos, & sub sua protectione in alijs Terris. ut arm. v. s. nu. 17. fol. 228.

Vid. in verb. abolitio, bellum, fiscus, Iudex, mare, pœna, Princeps, vasallus, Vniuersitas.

B E L L U M

Belli gerendi ius soli Principi est reservatum, cohæretq; absolutæ, ac summa potestati ratione supremi dominij, ut ab ipsis Principis persona diuelli, atq; separari nequeat, & ibi de ratione vt usus armor. num. 2. cum seqq. fol. 225.

Bellū mouens usurpat id, quod est Principis, autoritatem scilicet animaduertendi in rebelles, ac inobedientes secundum And. ibid. nu. 5. fol. 226.

Bellū ideo solus Princeps mouere potest, & non alijs: quia propter bella territoria, atque agri, qui Principis sunt, deuastantur, hæc est una notabilis ex tribus rationibus, quas in hac materia Bald. edocuit, ibid.

Belli motū priuata autoritate sub gravissimis pœnis prohibet constitutiones omnium Regnorum bene constitutorū, ibid. num. 6.

de Bello moto M. Curia sola in hoc Regno potest cognoscere, ibid. nu. 7.

Vt Bellum licet, ac impunè moueri possit, satis non est sola Principis sciētia; sed amplius requiritur ipsius expressum, & speciale mandatum, ex Isern. doctrina, quā cæteri sequuntur, ibid. nu. 10. fol. 227.

Bellum motum quando dicatur, & in quo distinguitur à vi publica, ex verbis And. quæ recensentur, optimè dignosci potest, ibid. nu. 11.

Belligo more campanas pulsatibus absq; publica autoritate, hoc est ad finem homines conuocandi, ac concinādi ad bellum Hispana constitutione ultimi supplicij pœna est præscripta, atque imposta, ibid. nu. 12.

Bellum priuata autoritate suscipiēs te-

netur lege Iulia Maiestatis ex concordi scribentiū consensu, ibid. nu. 13. Bellum excitantem, si re integra pœnitentia nullo delicto patrato, extra ordinem puniendum esse arbitratus est Guid. Pap. ibid. nu. 14. fol. 228.

Bellum gerens absq; Principis autoritate tenetur pœna legis Iulia, etiam si nomine Principis id gesserit, ac rem fæciliter administraverit, ibid. nu. 18.

Bellum mouere non licet propria autoritate, etiam contra inimicos iam declaratos, veluti Mauros, & Turcas, ibid. nu. 19.

Bellū indicere, ac mouere sicut ad Principem (vt diximus) spectat; ita ad eundem illud finire, vel in totum per pacem, vel ad tempus per inducias pertinebit, ibid. nu. 32. fol. 230.

Qua de re Belli Dux nō habens speciale mandatum, vel generale cum libera, ut haber Locumtenens, non poterit facere pacem, vel inducias concedere; nisi ad breue tempus, & aliqua ex causa, veluti corporum curandorum, vel se peliendorum, ibid. nu. 33.

Hinc lege municipali huius Regni cautum est, soli Proregi, qui est Locumtenens, & Vicarius generalis; non autem alijs Prouinciarum Gubernatoribus licere assicurare piratas, eisq; inducias concedere, etiam ob redemptionem captiuorum, ibid. num. 34. fol. 231.

Obserua modò, an id, quod dictum est respectu Präsidis Prouincialis, procedat, quando Princeps non posset consuli, & periculum effet in mora, ibid.

Belli mouendi absolute, ac summa potestate perfruitur, nèdum ille, qui nemini est subditus; sed etiam qui aliqua in re, veluti census præstatione, vel in tributo annuo recognoscit alterius superrioritatem; sed ex legitima, & præscripta consuetudine ius belli gerendi sibi vendicauerunt, ac eo bona fide usi sunt, & utuntur, quales sunt Duces Ferrariae, & Mantuae, ibid. nu. 35.

I N D E X.

Idque ex eo videtur posse fundari : quia licet aliquis Princeps, vel Respubl. aliqua in re superiorum recognosat; in ceteris tamen ei remanet libera potestas, & absolutum dominium secundum Bald. quem ceteri sequuntur, ibid. nu. 36.

Nec officit, si dicatur Belli mouendius, non posse acquiri prescriptio- ne, secundum Rebuff. quia est in- telligendus, prout loquitur, de sub- ditis alteri in omnibus, qui buius iu- ris sunt omnino incapaces, ibid. nu. 37.

Bellum mouere ex aliquorum sententia licet Dominis alicui Principi subdi- tis; habebitis tamen merum imperium, & tribus concurrentibus, quod sit in- tens eorum territorium, aduersus suos vasallos, et quod geratur pro exequu- tione iustitiae in illis casibus, quibus licet Iudici manu regia suam iuri- dictionem tueri, ibid. nu. 38, fol. 232.

Sed subsiste parum, & obserua, hoc pro- priè publicum bellum dici non posse; sed priuatum, immo potius exequitio- nem iustitiae, nec in eo belli leges sibi locum vindicare, ut docuit Bart. fre- quentius receptus, ibid.

Animaduerte pariter, hoc non esse pas- sim admittendum: nam quamuis sit permisum habentibus iurisdictionem compellere suos subditos, & cogere, quatenus opus sit, ad sibi parendum, etiam manu armata; hoc tamen totum per Iudicis familiam est expediendum secundum glo. communiter receptam, ibid. nu. 39.

Et si eius familia non sufficiat, potest alios sibi adiungere, & a vicinis Po- testatis familias impetrare, ibid. num. 40.

Amplius cauendum est, ne aliquid in- hac exequitione iudicaria admitta- tur, quod belli speciem sapiat, & pra- seferat; sed si vires ipsius non sufficiunt, debent Barones consulere Principem, & ab eo vel auxilium, vel licentiam belli gerendi impetrare, ibid. nu. 41.

Bellum mouere contra Superiorem non habentes subdito etiam absq; Domini licentia permisum esse professus est Salyc. cuius doctrina tanquam legi, & cōmuni DD. scholae refragans me- ritò exploditur, ibid. nu. 42.

Bellum gerere posse subditū se defenden- do, vel offendendo, si opus fuerit, quā- do Princeps vel negligit, vel abest, ita ut frustra expectetur eius iussu, tra- diderunt Scribentes omnes, ibid. nu. 43. fol. 233.

Obserua modò, Principis absentiam sa- tis nō esse, si adesset in Regno eius Le- gatus, sicut in hoc Regno est Prorex, & eo absente magnus Comes stabilis, ibid. & nu. 44.

Bellum ut dicatur iuste motum, debet Princeps diligenter, & accuratè ex- quirere vota Procerum, & non solus, & ex capite suo id constituere, & de- cernere secundum Andr. communiter receptum, ibid. nu. 45.

Et si bellum decernendum censeat Princeps, & suum Consistorium contradic- cat, stabitur iudicio Principis, nisi nosorū constet de eius iniuritate se- cundum eundem And. ibid. nu. 46.

Belli iniustitia quando evidenter constat subditis, nullatenus Principem sequi tenentur, nec ipsis militare licet, si quidem est contra legem interficere innocentem, quamvis cum Principis auctoritate id fiat, ibid. nu. 47.

Bello verò dubio circa iustitiam existē- te, licet militare possunt absq; pecca- ti labe, ac obtemperare Principi tenen- tur pugnare præcipienti, ibid.

Idque DD. ampliant etiam quād alie- nigenas mercēde conductos, qui assi- duis stipendijs sub eodem Principe de- gunt tam tempore pacis, quam belli, si quidem hi veluti famuli reputantur ibidem.

Declarat, nisi tam urgentia, & valida- effent indicia, & argumenta de belli iniustitia, ut militantes non possint se- tueri, & excusare propter ignoran-

tiam,

I N D E X.

tiam, veluti si versemur in terminis ignorantia crassa, ibid.
Bello confecto si constituerit de illius iniustia subditis, qui ex probabili causa ad illud sunt suum Principem sequuti, profecto non tenentur damnare, neq; restituere, nisi quatenus essent facti locupletiores, & res non dum consumperint; ex quo probabilis ignorantia eos excusat à peccato, secundū Victor. & Molin. ibid. nu. 48. fol. 234.

Miles, qui est in exercitu, à quo Vrbs aliqua iniuste capit, & diripitur, insolidum tenetur ad omnia damage, quae exercitus dedit, secundum unam opinionem, cui refragatur Natur. qui opinatus est, militem tenerunt ad restituendū, quod ipse fuit ratus fuit, sed utrāq; moderatus est Molin. dum censuit, militem ad id quod ipse diripuit, teneri, & amplius ad aliquam quantitatē prudentis, pīj, religiosiq; viri arbitrio, quae sanc non videtur contemnenda resolutio, atq; moderatio, ibid. nu. 49.

Vid. in verb. adoptio, Ecclesia, Populus, territorium circ. fin. tutela, vasallus.

C A M P A N A.

Vid. unum verbum in dictione bellum.

C A N O N .

Vid. supra in verb. apoca.

C A N O N I C V S.

Vid. in verb. prælatio.

C A P I T A N E V S.

Vid. supra in verb. Baro.

C A P E L L A N V S.

Vid. infra in verb. clafficus, palatiū,

C A R C E R.

Vid. unum verb. in eadem dictione clafficus.

C A S T A L D V S.

Vid. in verb. emptio.

C E N S V S.

Censualis Bulla Nicolai V. inserta in prag. 1. de cens. seruatur in hoc Regno,

& in omnibus alijs nostri potentissimi Regis. de fisc. v. sur. num. 34. cum seq. fol. 124.

Census ex Bulla antedicta, regia lege confirmata, possunt pendere ad rationē decem pro singulis centum, dummodo capitalis emptio cum pacto, & redimendi facultate fiat, ibid. num. 35. cum seq.

Census constitutio facta supra decem pro centenario, an reddat contractū nullum tanquam usurariū, vel census tanquam simpliciter excessiuus sit moderandus? per Camer. Imp. & Senat. Pedem. fuit multoties decretum, huiusmodi contractū non censeri usurarium; sed uti excessuum redactū fuisse ad legitimū modum usurarum, ibid. nu. 37.

Census constitutio si fuerit facta ad rationē decem pro centenario, & deinde per triennium sit facta minor exactio ad rationē septem, videtur à primo pretio receffum, et per tacitum partum facta census diminutio, ibid. nu. 38. fol. 125.

Censualis contractus nō manet sub censura l. 2. C. de rescind. vend. si in eo legio incidat ultra dimidiā, puta quia vendatur nō iusto, & communiter recepto pretio; sed minori ultra dimidiā, & de eius multiplici ratione remissiū, ibid. nu. 38. cum seq.

Censualis contractus si contineat partum, ut non liceat venditori intra certum tempus annuos redditus venditos redimere, an usurarius, & nullus sit censendus? Couar. & qui cunctū sequuntur, id intrepide affirmant. At contraria opinio uti verior recepta est à multis Theologis, et Iurisperitis, & firmis, ac validis stabilitur rationibus, & fundamentis, ibid. num. 39. cum duob. seqq.

Censualis Bulla Pij V. non fuit in hoc Regno recepta, & ideo eius dispositio non est seruanda, prout non seruatur respectu tertiarum non solitarum:

nam

INDEX.

nam in dies ponuntur in capitali; neque respectu pecuniae numeratae tempore contractus: nam sufficit confessio de recepto, vel si venditor ex alia causa se debitorem confiteatur, ibid. nu. 41. usq; ad fin. fol. 127.

CESSIO BONORVM.

Cessio bonorum non opitulatur alienanti in fraudem, ne carceribus manciperetur de iur. fisc. l. 1. nu. 11. fol. 8.

CIVITAS.

Civitatis Metropolis capiens possessionem totius etiam Regni possessionem nancisci dicitur; siquidē possessione partis retinetur totum, de class. num. 27. fol. 177.

CLASSICVS.

Classici qui super hoc verbo variatum est à nostris DD. quorum interpretationes multæ, & variae recensentur, de class. nu. 1. cum seq. fol. 171.

Ad classes, seu triremes damnationis pœna olim Atheniæbus cognita; non autem Romanis, secundum quosdam, quorum opinio non videtur usquequam tuta ex authoritatibus, quæ referuntur, ibid. nu. 2.

Classes plures per Orientales Provincias dispositæ suberant Praefecto Prætorio Orientis, cuius Vicarius erat Comes Oriëtis sive Panciroli. ibid. nu. 3. cū seq.

Classis Capellanos visitat Prælatus ordinarius illius Ciuitatis, in cuius portu triremes stationem agit, nisi aliud sit priuilegio caustum, ut in hoc Regno, ubi Summus Pontifex hanc iurisdictionem demandauit Capellano maiori Regie Capelle, ibid. nu. 16. cum seq. fol. 174.

Classicorum species sunt tres, de quibus, ibid. nu. 41. fol. 181.

Ad Classes damnationis pœna equiparatur pœna ad metallum, ibid. nu. 42.

Ad triremes perpetuò damnati, secundum unam opinionem, amittunt testamensi factiōnem actiue, & passiue; sed contrariā mos forensis comprobavit, ibid. nu. 43.

Ad triremes damnatus si se percutiat, ut inutilis fiat, puniendus est, ac si alium vulnerasset, secundum Gram. ibid. nu. 44. fol. 182.

Si verò à triremibus aufugiat, duplicatur tempus, dummodo decennium non excedat, alias in perpetuum pœna predictæ addiceretur, ibid. nu. 45.

Ceterum si sit perpetuò damnatus, redibit in causam suam, si capiatur, nisi in condemnatione sit mortis pœna comminata, & ita alias decisum per Sac. Conf. aduersus cuius decisionem pluribus insurgit D. Alex. Turam. nam secundum eum non esset inconveniens ex uno genere pœna transire ad aliud genus, etiam ultimi suppliçij, ne delictum fugare remaneat impunitum, ibid. nu. 45.

Ad triremes quandoque rei criminis postulati fisco, ac ipsis consentientibus transmittuntur; parte tamen querelante, vel offensa non reclamante, ibid. num. 46.

Ad easdem transmissio illa, que depositi loco dicitur, non nullis cōcurrentibus fieri debet, de quibus, eiusq; praxis fuscè, ibid. nu. 47.

Ad remigandum damnatos aliquo casu debilitatos, vel etate confessos cōsuevere Prorege dato seruo Vicario dimittere, ac liberare, exceptis delictis grauioribus, ac malis exempli, ibid. nu. 48. fol. 183.

Remiges ab hostibus capti, & ad nos reverti rediunt in causam suam, & si fuerint ab aliquo redempti, fiscus tenteretur redemptori pretium exoluere, ibid. nu. 49. fol. 184.

Et tempus captiuitatis est ad ipsorum commodum deducendū, & computandum, prout tempus carcerationis ad exilium damnato imputatur, ibidem num. 50.

Classis Praefectus Remiges istos expleto tempore gratis, & absque aliqua solutione dimittere debet, ibid. nu. 51. nec istos occupare debet in seruitijs

pro-

I N D E X.

- propriam utilitatem concernentibus, ibid. nu. 52.*
- Ad remigandum damnati à Curijs Baronibus, non possunt ad alias, nisi ad regias triremes transmitti, ex prag. sanctione buius Regni, ibid. nu. 53.*
- Classis Dux generalis se inter regias triremes habeat aliquot proprias, sub Regis tamen stipendio, an possit in præiudicium Regij Fisci pro suarum remigio uti hominibus ad remigandū damnatis, & transmissis à Curijs Baronibus. Questio disputatur ad partes, in qua tandem concluditur negatiuè, ibid. nu. 54. cum seqq. fol. 185.*
- Classis Nautæ, Nauarchi, ac Milites gaudent priuilegio militari, ibid. nu. 57. fol. 186.*
- Amplius hostica exceptio competens militantibus in terra, competit etiam militantibus in mari, ibid. num. 58.*
- Nautæ se post acceptas comminantas aufugiant, coercetur poena præscripta ex cap. Regni ibid. nu. 59.*
- Maior poena est irrogata detrectati militiam maritimam, quam terrestrē secundum Greg. Lop. cum illa sit durior, ac asperior, ibid. nu. 60.*
- Miles sua culpa nauim perdens, dicitur proditor ad instar castrum amitteris, ibid. nu. 61.*
- Et docens bojtes construere naues, capite punitur, ibid. nu. 62.*
- Nautæ, & Nauarchi tenentur etiam de leuissima culpa, ibid. nu. 63.*
- Classum alijs sunt Duces supremi, qui generalissimi vocantur, alijs sunt minores, qui sumo illi Imperatori subsunt. De primis potest ponи exemplū in Biblio, qui in bello ciuili summā imperij habuit. Item in Praefecto Praetorio Orientis, cui suberant tam classis seleucena, quam aliae uniuersæ. De minoribus potest afferrи exemplū in Comite Orientali, qui seleucenā classē regebat, & moderabatur, & sumo Imperatori erat subalternatus, ibid. n. 64.*
- Vtterius predicto Praefecti Praetorio of-*
- ficio subrogatum videtur in Gallia il lud Admirati, ad quem spectat omnes naues congregare secundū Rebuff. ibid. nu. 64. cum seq. Perperam tamen hic Admiraglius vocatur, cùm potius Almirarchas denominari, ac appellari debeat, quasi salsuginis, sive maris Princeps, secundum Petr. Greg. ibid. nu. 66. fol. 187.*
- Admirati nomen Hispani opinati sunt esse deriuatum, ac deductum ab admirandis operibus; at Frecc. arbitratuſ est esse nomen barbarū, cuius originem ignorare ingenuè fatetur, ibid. nu. 67. cum seq.*
- Admirati officiū in omnibus Regnis inter primas, & præcipuas dignitates est possum, illudq; solus Rex concedit, ibid. nu. 69,*
- Admirati creatio olim apud Hispanos siebat præijs quibusdam sollemnitatibus, de quibus remissiuè, ibid. nu. 70.*
- Admirati potestas tum bic, tum Hispanijs est in multis bodie coarctata, ibid. nu. 71.*
- Admiratus bodie habet merum, ac statum imperium in naues omnes, ac in omnes viuentes ex arte maris, exceptis classium ministerio deputatis, ibid. nu. 72. fol. 187. & cum clausula abdicāte iurisdictionem ab alijs omnibus ibid. nu. 79 fol. 191.*
- Admiratus cognitionē habet naufragiorum, ac ius omne, quod ad Regiā Curiam olim spectabat super bonis naufragatis, ibid. nu. 73 fol. 187.*
- Hinc superioribus annis suborta fuit in gens altercatio inter M. Admiratu, & regiū Fiscum super bonis naufragatis, & fuit per Regiam Cameram per distincta capita determinata, facta relatione in Collat. Conf. cuius decreti verba subjiciuntur, ibid. nu. 73.*
- Ad Admiratu spectat bona naufragata, quorum Domini ignorantur uti bona vacantia, ac eo iure fisco debita; non autem uti bona naufragorum, & ibi de ratione, ibid. nu. 73. circ. fin. f. 1 38.*

Admi-

I N D E X.

- Admiratus habet multas alias dignitates, ac prærogatiwas, de quibus remis-
siue, ibid. nu. 74.*
- Admirati potestas magna ex parte træf-
lata est in Præfectos, ac Imperatores
classium, ibid. nu. 75.*
- Classis Præfectus quam iurisdictionem
babeat in causis criminalibus aduer-
sus suos classicos, si inter ipsu exoriar-
tur contentio, & Præfectu Prouincia, in
qua classis reperiatur. Super hac
controversia referuntur leges, vulgo
instructiones appellatae à Philippo II.
prudentissimo Rege olim datae Princi-
pi Auriæ summo maris Præfecto, que
hodie ab alijs seruantur, ibid. nu. 76.
cum seq.*
- Classis Præfectus in causis ciuilibus ha-
bet cognitione, quando actor, & reus,
vel reus tantum fuerit de eius iurisdi-
ctione, ibid. nu. 77. fol. 190.*
- Classum, & Prouinciarum Præfecti de
iure communi habebant iurisdictione
cumulatiuam; at secundum comme-
moratas instructiones regias quilibet
habet iurisdictionem distinctam, &
sic priuatiuam, non cumulatiuam,
optima sane ratione, que recensetur,
ibid. nu. 78.*
- Classis Præfectus habet omnimodam iu-
risdictionem in omnibus casibus, &
quibusunque delictis, duobus tamen
concurrentibus, de quibus, ibid. nu. 80.
fol. 191.*
- Classis appellari potest castra maritima,
ibid. nu. 81.*
- Classis Præfectus habet cognitionem ne-
dum in eos, qui sunt de eadem classe;
sed etiam in extraneos, qui in ea re-
periuntur, & ibi deliquerint, ibidem
num. 82.*
- Idque procedit etiam de iure communi
præscriptis instructionibus relatis; si
quidem illo iure attento si quis sit in
exercitu, & delinquat, quamuis non
sit de exercitu, punietur à Duce belli,
ibid. nu. 83.*
- Classis Præfectus habet cognitione absq;*
- aliqua distinctione, an delicta sint mi-
litaria, vel communia, grauia, vel le-
uia, quando in ipsa classe fit delictu, idem dicendu respectu Præfecti exer-
citus, ibid. nu. 84. fol. 192.*
- Classis Præfecto instructiones date sunt
seruandæ, quando classis reperiatur in
portubus, aut litoribus Prouinciaru
subditarum eidem Principi, alias si
classis reperiatur in Prouincia alte-
rius Principis amici, vel federati, nō
attendetur tenor instructionum; sed
ius commune seruabitur, ibid. nu. 85.*
- Classici si inter se delinquent in Terra,
causa erit remittenda ad Classis Præ-
fectum, etiæ si Prouincia Præses pre-
uenerit, & ita è conuerso. Et amplius
si classicus in Terra delinquat contra
paganum, animaduersio huius delicti
spectabit ad Præsidem, ibid. num. 86.
cum seq.*
- At de iure communi præscriptis instruc-
tionibus locus erat præventioni, ibid.
nu. 87. post med. fol. 193.*
- Classis Præfectus quamvis amplam ha-
beat potestate aduersus Classicos; non
tamen potest punire Officiales à Rege
creatos; sed de commissis tantu informacionem capere, & ad Regem refer-
re, ibid. nu. 88.*
- Classis Præfectus non potest suorum Iu-
dicum sententias exequitioni dema-
dere in Terra; sed in ipsa Classe tan-
tum, nisi de Præsidis Prouincia licen-
tia, idque suadetur exemplis, que
recensentur, ibid. num. 89. cum seqq.
fol. 194.*
- Classis Dux sub generali concessione om-
nimodæ iurisdictionis non cognoscit
de causis appellationum, ibid. nu. 94.*
- Inde fit, Clasicum ab eius sententia
appellare ad summum Præfectum,
quem vulgo Generalissimum vocant,
si in eodem loco reperiatur, alias quæ-
do Classis est in portu, vel in alio loco
huius Regni, provocatio ad Proregem
interponitur, qui vel Iudicem appel-
lationis dabit, vel causam eidem Ge-*

nerali

INDEX.

nerali remittet, ut cum voto alterius
Consulteris Iurisperiti terminet appella-
tionem, et huius obseruantiae exem-
plum affertur, ibid. nu. 95. fol. 195.

Classis, & belli Dux ex speciali preroga-
tiua potest causas meri imperij alteri
delegare, ibid. nu. 96.

Præda à classe, vel exercitu capta quo
pacto diuidenda & de hoc diffusè agi-
tur, & post varios gentium mores re-
latos leges aliquæ particulares super
hoc datæ, vulgo instructiones dictæ
recensentur, que in viridi sunt obser-
uantia, ibid. nu. 99. cum seq. fol. 196.

Ducis classis Vicemgerens an in absen-
tiam dicti Ducis sibi acquirat portio-
nem prædæ, que alias ipsi Duci debe-
batur. **D. Author** post aliquot adducta
pro Vicemgerente; subuit, ipsum ne-
quiere suam preferre sententiam,
cum hac questio pendeat indecisa, &
ipse sit unus ex Iudicibus, ibid. num.
104. cum seq. fol. 197.

Classis Praepositus quamvis non habeat
titulum Admirantis, nihilominus il-
lius prerogatiis gaudere debet ex
Greg. Lop. sententia, que refertur, ibid.
nu. 104. fol. 197.

Classis Praepositus, Locutus est, seu Vi-
carius potest constitui, & à Prorege,
& ab ipso Classis Praefecto, cum licen-
tia tamen Preregis; sed inter utrumq;
videtur discrimin adesse, de quo, ibid.
fol. 198.

Classis Dux habebit portionem prædæ,
etiam eorum, que capta sunt ab alijs,
qui proprijs sumptibus Naves arma-
uerint. at lege Hispana cautum est
contrarium, & maiori cum ratione,
ibid. nu. 106.

Classis Praefecto nibil debetur de captis,
& acquistis per socios auxiliares, si
Ducem habeant, ibid. fol. 199.

Classis Praefectus an possit prædam ca-
pere ex rebus inimicorum existenti-
bus in Naubus, vel in Portu Amico-
rum? hac quidem questio cum depen-
deat ab illa satis agitata, & contro-

uersa inter Scribentes, an scilicet ex-
tra locum belli, in alieno territorio li-
citum sit prædam agere, ideo de ea
longa instituitur disputatio. Et pri-
mo loco referuntur DD. tenentes opi-
nionem affirmatiuam cum suis ratio-
nibus, & argumentis. Deinde qui cō-
trarium tutati sunt cum suis ll. &
fundamentis, quorum opinio, & nu-
mero Scribentium, & rerum iudica-
tarū autoritate melior, ac receptor
videtur; post hec contrarijs virtus-
que opinionis diligenter occurritur, et
satisfit, ita ut quidlibet disputando
possit facili negotio, quā velit, sibi eli-
gere sententiā. Postremo cum distin-
ctione aliquorū capitum adnectitur
que sibi resolutio, ibid. nu. 107. usque
ad nu. 132. fol. 199.

Præda secundum P. Molin. licetè capi
potest ab hostibus, & retineri absq;
peccato, etiam si facta fuerit aduersus
Ducis belli prohibitionem; dummodo
probabilit̄ illa non sit facta in hostiū
fauorem, veluti inducijs constitutis;
sed ob aliam causam, quarum aliquæ
recensentur, ibid. nu. 124. fol. 206.

Classis Dux tunc præde portio debetur,
quando capitur vi armorum; sin au-
tem ex naufragio, & Domino non
apparente, magno Admirato applica-
tur; sed si sciatur, bona prædicta esse
hostium, & naufragio ad nostra lito-
ra fuisse delata, tūc Fiscus occupabit,
Idq; olim fuit sub maxima possum
controversia; sed hodie omni prorsus
caret contentione ex deductis, ibid.
nu. 135. fol. 210.

Inde fit, ut superioribus annis pulchra
fuerit exorta questio inter Regium
Fiscum, & Praefectum Arcis Brun-
dusinae continens metum naufragij, et
armorum, cuius occasione hostes in-
quadam Nauj quasi obruta fluctibus
existentes, & pariter vim armorum
pertinentes dederunt se, suaque D.
Castellano, sed quonia ex deductis in
facto constitit preualuisse metum

nau-

I N D E X.

- naufragij, fuit per Reg. Cam. facta relatione in Collaterali Consilio potior iudicata causa fiscalis; verum ex causis discussis fuit data quædam portio dicti Arcis præposito, ibid. num. 136. cum seq. fol. 211.
- Classis Praefecto debentur hostes, qui ob metum triremium hostilium in terram fugiendo appulerunt, si ab incolis capiantur; quando tamen certissimum est, non potuisse aliter evadere, nec libertatem recuperare. Cuius occasione declaratur regula illa, ut fera vulnerata ab uno, & ab altero capia, fiat capientis, nisi esset ita vulnerata, ut aliter fieri non possit, quin capiatur: nam tunc statim vulnerantis efficeretur ex Aret. Plat. & sequaciū traditione, ibid. num. 137. cum seq. fol. 212.
- Classis Praefectus potest ex una classe ad aliam milites, nautas, & remiges transferre, prout ei expedire videbitur, ibid. num. 141.
- Dux in sua triremi pretoria, vel regia signum sui Principis habere debet, ut sciatur, cuius sit classis: nauis enim dominium offenditur ex insignibus, quæ in vexillis geruntur, ibid. num. 142. cum seq. fol. 213.
- Dux poterit pariter in sua triremi propria arma, seu insignia gestare, non autem in alijs iuxta legis Hispanæ constitutionem, que licet loquatur de Regnis Hispaniarum, nihilominus cum rationi inhibetur, habebit etiam magnam vim apud alias nationes, ita ut ad exemptum adduci possit ex eleganti Isern. traditione, ibid. num. 144.
- Classis summo Duci, seu Generalissimo ab alijs Ducibus est parendum, ibid. num. 145.
- Duces minores quando sunt coram Generalissimo, sua insignia summittere debent; sicut Proconsul signa Imperij non habebat coram Consule, ibidem num. 146.
- Dux belli non potest coram Principe eas cere, quæ eo absente posset, ibid. n. 148.
- Classum usus ad Reipub. tutamen maxime necessarius, ibid. num. 151. fol. 214.
- Hinc Romani censuerunt, docentes barbaros usum navigationis, ac nauium constructionem esse capite plectendos, ibidem.
- Et summi Pontifices pariter eosdem acribus paenitentiis persequuti sunt, ibid.
- Hinc detegitur iustitia prohibitionis, quam Principes facere consueuerunt, ne Domini syluarum in suis nemoribus ligna incident, quæ ad naues construendas sunt idonea, ibid. num. 152.
- Hac de re apud Romanos Consulibus syluarum, ac nemorum custodia demandata fuit, prout attestatur Cassan. cum alijs, qui recensentur, ibid.
- Pedestris Cohortis Praefectus quando in classe reperitur tempore arreptæ navigationis, & ineunda militia, debet suos milites compescere, prescribendo eis localem stationem; quem autem locum in classe teneat ipse, suus signifer, & Sergens, consule congesta, ibid. num. 165. cum seq. quo loci referuntur ordinatio quædam facta à Marchione Sancte Crucis pro dirimēdis altercationibus fieri consuetis à Praefecto Pedestris Cohortis, et Duce triremis circa pretensionem eminentioris loci, & iurisdictionis, fol. 218.
- Demum lege Hispana constitutum est, ut quando capitur aliqua inimicoru Ciuitas, tunc Principi domus regia reseruerit, si ad sit, si minus honestiores, ac maiores domus illius, de palat. num. 39. fol. 243.
- Vid. in verb. insignia insin. mare pariter in fin. Rex, testamentum.
- CLAVS LA.
- Clausula illa, Iuribus nostræ Curia, & his, quæ nobis debentur maiores dominis ratione semper saluis, etiæ si omittatur, apposita intelligitur, de class. num. 153. fol. 215.
- Vid. in verb. officium.

CLE-

INDEX.

CLERICVS.

Vid. in verb. donatio dominica, vestes.

COLLATIO.

Conferenda, & imputada non sunt, que Princeps filio donauit post patris obitum.

Hinc recte tradidit Valasc. nō esse cum ceteris fratribus conferenda Officia à Camera Olisyonensi concessa filiabus defunctorum bene de Rep. meritorum, ut nubere possint, idq; lege Lusitanā fancitum fuisse, de fil. Offic. nu. 59. fol. 286.

Attamen & collationi, & imputationi locus erit, ubique in vita patris bene meritis, & ad preces ipsius Princeps liberalitatem exercet in filium ex frequentius recepta sententia; siquidem idem est, à Principe aliquid meritis obtineri, quam pretio comparari, cum minime differat feudū obseruitum concessum ab eo, quod pecunia acquiritur, cū pecunia, & opera inter se equipolleant sī And. ibid. nu. 60.

Idque procedit, si easit res, quae vel ad bārcedes trāsmitti, vel distrabi possit, etiam si in venditione Principis aßesus exigatur, dummodo sit de illis casibus, in quibus solitus sit Princeps suum assensum præstare; bācq; opinio est grauissimorum DD. autoritate munita, qui recensentur; Tell. tamen quo ad officia dissentit, & refragatur, ibid. nu. 61. cum seq. fol. 287.

Ceterum est illud hic obseruandum, non esse necesse, ut præmia equiualeant meritis, ne alias Principis munificentia in excessu pura, & non remuneratoria dicatur, siquidē huius Doctorum assertio est caute intelligenda de personis donare prohibitis, nisi ex remunerationis causa; quae sane prohibicio cū cesset in Principe, satis erit, si ipse tāti merita estimauerit ex animi sui magnitudine, et ex alijs circūstantijs, ibid. nu. 63. cum seq.

Animaduerte insuper superius conclu-

sa, & firmata non babere locum in hoc Regno in uno casu, qui frequenter euenire posset, nempe in feudo à patre non pecunia; sed meritis habito, quamvis enim apud nos receptum sit, primogenitum post parentis obitum teneri secundogenitis tribuere partem pretij, quo pater feudum emerat, nihilominus hoc euentu cessabit isthac contributio, & secundogeniti aliquid non habebunt; cum re vera nihil ab hereditate paterna abscesserit secundum notab. Andr. decis. ibidem nu. 65. fol. 288.

Hanc tamen Iser. traditionem declara, & distingue post eruditissimum Consil. Rouitum, nisi seruitia, ac merita paterna fuissent talia, quae vel actionem, vel Iudicis officiū parerent, atq; producerent, ibid.

Insuper idem collationis, & imputationis ius locum habebit in re donata patri ob merita, ab eodem postea cessa Principi donatori, & demum ab ipso cedentis filio collata, siquidem attenta rei veritate, ac ipsius rei initio filius potius à patre, quam à Princeps hoc beneficium agnoscit: inde fit, vanam esse hanc cautelam ad collationem vitandā secundum Valasc. ibid. nu. 66.

*Amplius collationi locus erit in re donata à Princeps eodem tempore patri, & filio; parentis tamen contemplatione; siquidem licet queratur filio post parentis obitum; egit tamen radices in eius vita ex sententia Alex. profeten-
tis, omnia, quae ortum habuerunt in vita patris, quamvis effectus sit collatus post mortē, esse imputanda, ac conferenda, ibid. nu. 66. cū seqq. fol. 289.*

Hinc deducitur, recte iustificari praxim huius Regni, per quā receptū est, filium primogenitū debere alijs fratribus tribuere, ac præstare partem pretij feudi empti à patre pro se, & ipso primogenito; siquidē quamvis ad eum deueniat post parētis obitū, videtur tamen

I N D E X.

tempore acquisitionis donatum ab ipso patre, ibid. nu. 69 fol. 289.

Sed quid dices de principali liberalitate eodem tempore collata in patrem, & filium ob utriusque merita, an ad bac collatio, & imputatio sibi locum vindicabit?

*Resp. quò ad portionem filij sibi ab initio quesitam nullam adesse controuer-
fiam; quò ad aliam partem, quæ post parentis obitum eidem obuenit; con-
cludas cum D. Authore affirmatiue,
cum eadem vigeat ratio, quæ exigi-
tur ad hoc collationis, & imputatio-
nis ius inducēdum, ibid. nu. 70 f. 290.*

COLLECT A.

Vid. in verb. Ecclesia.

COLONVS.

Vid. in verb. apoca.

COMMVNIO.

Communio multa incommoda parere solet. Item discordias, & negligentia iuxta illam vulgi parœmiam, negligitur, quod communiter possidetur, de vend. rer. fiscal. l. 1. num. 5. & 6. fol. 16.

*Hinc non parum iustè sanctum fuit, neminem esse compellendum in communi-
nione persistere, ibid.*

*In re communi melior est conditio pro-
hibentis. Item quod mihi cum alio est
commune, meum non dicitur, nisi quò
ad partis meæ dispositionem. Insper
non potest quis integrum rem com-
munem distrahere, ibid. nu. 2. fol. 15.*

*Quod tamen fallit in fisco, qui ex parti-
culari priuilegio alienat in totū rem
communē cum priuato, etiam eo dis-
sentiente, & ibi de ratione, ibid. nu.
3.5. & 7. fol. 15. cum seq.*

*Et huiusmodi fisci priuilegium non est
exorbitans; sed in aequitate fundatū,
ibid. nu. 18. fol. 17.*

*Priuilegium huiusmodi fiscale, de quo su-
pra est facta mentio, obtinet, etiam si
minima pars rei ad fisum pertineat,
& siue res diuidua sit, siue indiuidua,
ibid. nu. 21. fol. 18.*

Et habet locum tam respectu bonorum regalium, seu Regie Corone, quam respectu rerum priuatarum ipsius Principis. Hinc pro regula traditum est à nostris DD. omnia priuilegia fisco competentia competere etiam pro bonis priuata rationis, ibidem num. 24.

*Antedictum fisci priuilegium in venden-
do rem communem cum priuato, an-
extendatur aduersus Ecclesiam, ne-
gat d. Auth. at in via disputationis
docet, quomodo possit substineri cōtra-
rium, de vendit. rer. fisc. l. 1. num. 29.
fol. 20.*

Vid. in verb. donatio dominica.

COMPATERNIT AS.

Vid. unum ver. in dict. substitutio.

CONSILIARIVS.

Vid. in verb. prelatio.

C O N S V L.

Vid. in verb. classicus.

CREDITOR.

*Creditoribus futuris an cōpetat Paulia-
na, seu actio reuocatoria rerū aliena-
tarū in ipsorum fraudem. D. Author
hoc inter DD. dissidium componit pul-
chro distinctionis fædere, ut poteris
videre in l. 1. de iur. fisc. nu. 6. fol. 7.*

*Creditor, qui ex causa pœnali iudicium
intentauit pro pecunia consequuntione
ad utilitatem fisci, qui ei preferendus
venit, recuperat omnes expensas per
se erogatas, licet contrarium, & for-
tè non malè tenuerit Gig. pœn. fisc.
credit. præf. l. 1. nu. 66. fol. 67.*

*Creditores non possunt fisum impedire,
quominus capiat, et sibi incorporet, nisi
sint legitimi contradictores, veluti
habentes dominium, vel possessionem
dictorum bonorum, ibid. num. 153.
fol. 108.*

*Creditor hypothecarius, qui utitur pri-
uilegio electionis sibi à iure cōcesso, po-
terit s̄m unam opinionē etiam agere
contra fisum alterius ditionis omisso
Fisco siue Prouinciae; At usus forensis
contrarium admisit opinionem secun-*

dum

INDEX.

dum Clar. qui attestatur per Senat. Mediolan. ita sepius fuisse declaratum, & ab ea in iudicando ex d. Auth. sententia non est recedendum, ne fraudibus via aperiatur, siquidem creditores omnes, ut suo Principi morem gerant, omisso fisco sue Prouincie, recta via aduersus alium experiretur, ibid. nu. 163. fol. 113.

Declarata, nisi bona unius territorij non sufficeret creditoribus illius stationis: nam possent agere aduersus fiscum alterius ditionis, idq; receptum est absq; Do Eorum contradictione, ibid. nu. 164.

Creditores ius aliquod super hereditate, quæ fiscus capit, habere pretendentes, per edicta, seu proclamata, que italico vocabulo crida nuncupatur, admoniti, ut infra aliquæ terminum comparreant, alias non audiantur, eo tempore effluxo amplius non admittuntur, nec fiscus eis tenebitur respondere, prout in aliquibus Prouincijs, praesertim in Mediolanensi Status sic statutum est, ibid. nu. 165.

Declarata modò, bac dicta non obesse illis creditoribus, qui extra Prouinciam degunt, idq; summa ratione: quia vox praconis paucis innotescit, ibid. num. 166. fol. 114.

Declarata pariter, dictis his fiscum non iuvari, data ipsius mala fide: nam si is sciatur vere aliquæ esse creditorem, aduersus eum non erit tutus ea ratione: quia etiæ in statutaria prescriptione requiritur bona fides ibid.

Amplius nota aduersus huiusmodi dicta dari restitutionem in integrum, in omnibus illis casibus, in quibus à iure datur, ibid. nu. 167.

Insuper animaduerte in his terminis editiorum adformam, qua cõcepta sunt: si n. lex iubet, ut creditoribus non coparentibus nullum ius supersit, & sub hac forma proclamata sint exposita, actio prorsus erit extincta, & sublata; si autem dicatur non esse audiendos, non sane perimitur actio; sed exceptio-

nis ope eliditur, ibid. nu. 168.

Ex distinctione iam iam commemorata due resultat utilitates mox subiicienda. Prima, quando actio non est sublata; sed tantum exceptio excludens à limite iudicij cõceditur, si soluat fiscus creditori, non veteri soluti repetitione: quia indebitum non soluit, cum actio non sit extincta: at in casu contrario, quando est sublata ipso iure, poterit ut indebitum condicere, ibid.

Secunda, si debitor principalis fuerit à Principe restitutus, non poterit inquietari actione iam extincta; at secus in casu contrario, qñ exceptio duntaxat cõpeteret: nam fiscus solus poterit easse tueri, non aut ipse, ita professus est Odd. aduersus Boissentientia, que tñ D. Authori magis placet, quamvis cogitandum relinquat, ibid. nu. 169. fol. 115.

Creditor defuncti sñ unam opinionem pot arbitratu suo tertiu honorum possessore conuenire etiæ fisco non excusso, quasi fiscus non sit heres; sed honorum possessor; at sñ alia, quæ magis communis est, poterit hoc casu possessor aduersus actore validè excipere, ut experiat aduersus fiscum, ac eum prius excusat, ibid. n. 171 Creditori in queredis à debitore facilius præjudicium inferri potest, de fil. Offic. nu. 45. fol. 282.

DEBITOR.

Vid. in verb. apoca, fraus.

DELEGATIO.

Delegatio facta Vicario non nihil differt ab illa facta Potestati, & Episcopo: nam prima non transire in successore, licet facta sub nomine officij; at contrarium ius viget in secunda, & huius enunciati illa affertur ratio: qd Vicarius, si propriè loqui velimus, caret successore, & sic Vicariatus non est dignitas permanens, rub. de iur. fisc. nu. 7. fol. 3.

Quod diximus, cõmissionem cause factam Vicario non transmitei in suum successorem, declarata, nisi fuerit usurpatum transire, prout iste contrarius mos inualuit in Curia Archiepiscopali

I N D E X.

Neapolitana, quo euētu Vicarius successor non tenetur monere, sēcū citare partē absentem, & contumacem, ibidem nu.8.cum seq.

Declarata pariter, nisi Delegans intuitu Tribunalis Episcopi ad delegationem processerit, d. nu. 8. quo loci ponitur subdeclaratio, nisi fuerit electa industria personae delegatae.

Delegatus, quando in delegatione nomen proprium non exprimit, & sic ubi versamur in dubio, censetur Tribunalis intuitu, & contemplatione hoc egisse, ibid.nu.9.

Vid. in verb. substitutio.

DEPORT ATVS.

Deportatus si aufugiat, pœnam capitalē sublinere debet, idest ultimi supplicij, ac mortis naturalis secundum Alber. & Bald. traditionē, quam alias Sac. Cons. approbavit, de class.n.45.f.182.

DEPOSITVM.

Vid. in verb. apoca circ. fin.

DEPOSITVM FACINOROSOR.

Vid. in verb. classicus.

D O C T O R.

Vid. in verb. prelatio, substitutio.

DOMINIVM.

Dominiū distinguitur in utile, & directum, que alio vocabulo ex modernioribus Iureconsultis superius, & inferius appellantur, de vendit.rer.fisc. l.1.nu.33.fol.21.

Vtile dominium esse chymerā dixit Innoc. sed rectius visus est sentire And. dum utile dominiū fructui, directum flori comparauit: quia hic sapit, ille nutrit, ibid.nu.34.

Et quia vtrunque est inter se diuersum, nec communionē aliquam habet. Inde fit, ut si dictaret statutum, sēcū lex municipalis, ut habens rem cum alio communem, alienante socio, possit retrahere, non valeret huiusmodi retractus beneficio vti, ac experiri Dominus directus, dum utilis suum utile distrabit ex Greg. Lop. doctrina, que adducitur, & vti elegans com-

mendatur, ibid.nu.37.fol.22.

Hinc addubitatum fuit per Nostrates, an Princeps ratione sui directi dominij, quod habet in re aliqua, possit utile dominium vasalli alienare. Super qua questione primo loco adducitur affirmativa opinio, quam postea D. Author optimis, & ingeniosis rationibus reuocat in controuersiam, & demum occurrit contrarijs, quibus fundabatur affirmativa, ibid.nu.34, cum plurib. seqq.fol.21.

Vtile in respicientibus utilitatem praesertur directo, ibid.nu.37.fol.23.

Dominiorum genera sunt quatuor, ut potè vendicationis, dispositionis, plenę possessionis, et fruitionis ex Bal. traditione, que recēsetur, ibid.nu.48.f.27.

DOMINVS.

Vid. in verb. apoca, assēsus, Episcopus in fin.territorium, ususfructus.

DONAT ARIVS, & DONAT IO.

Donatarius à Fisco pulsatus, sēcū conuictus aetione pauliana, que datur ad reuocandum alienata in fraudem creditorum, in dubio arctatur onere probandi donationē præcessisse ad hoc ut posse mereri absolutionem à Fisci petitione, de iur. fisc.l.1.nu.5.fol.7.

Et si in termino probatorio docuit rē sibi donatam esse; sed non adimpleuit id, quod pertinet ad circumstantiā temporis, poterit post attestations publicatas, ac didicita testificata illā probare ex Bar. doctrina frequentius recepta; que tñ ita admittēda erit, nisi in prioribus articulis fuisset tempus deducētum, & de eo articulatum, ibid.nu.8.

Donatio licet solo consensu absq; traditione perficiatur, nihilominus ubi de Fisci præiudicio agitur, insuper vera, vel ficta requiritur, sēcū desideratur traditio, alias Fiscus præfertur donatario etiā temporis piuilegio obuallato, iuxta traditionem D. Pereg. mihi olim maxima familiaritate coniuncti, quem referendo sequitur D. Author ibid.nu.9. & 10. fol.8.

Dona-

I N D E X.

*Donatio an viribus subsistat, & adhuc
debeat, si donatoris bona fisci com-
modo sint applicata? Distinctio, &
subdistinctio soluitur questio. Nam
occupatis bonis velut vacantibus à
Fisco donationes deberi est in confessio
apud omnes.*

*Redactis autem in eundem ob delictum,
facienda sunt due inspectiones.*

*Vna, quæ respicit donationes factas ex-
traneis.*

Altera inter coniuges.

*Quo ad primam donationes inter viuos
factas extraneis absq; fraude siue ante-
te, siue post delictum suo robore niti.
Donationes autem causa mortis non re-
tinere eandem naturam; sed resoluti
ad infar cuiuslibet ultimæ voluntati
fatendum est, pæn. fiscal. credit.
pref. l. 1. nu. 140. fol. 101.*

*Donationes propter nuptias, vel in aug-
mentum dotis fraude cessate, firmas,
& validas permanere, ad easq; Fiscū
teneri extra controversiam est, ibid.*

*Quæ tota, ingensque versatur in dona-
tionibus inter virum, & uxorem fa-
ctis maritali affectu, an subsequita
morte, & publicatione bonorum con-
firmentur propter antinomiam, quæ
intercedere videtur inter responsum
Iurisconsult. & Constit. Cesaris; cu-
ius occasione agitur de intellectu l.
cum hic status s. si maritus ff. de do-
nat.int.vir. & vxor. & l.res vxoris
C.eod. & multi Doctorum intellectus
reuvocantur sub incide, & examinati
vti minus veri extruduntur, & confu-
tantur, admisso pro vero illo Accurs.
vti literæ, & textui illarum ll. con-
gruente; ex cuius dictis bac erit re-
solutio excitata questionis, donatione
factam à viro ante commissum
delictum validari sequuta morte vi-
ri, & publicatione bonorū, in suspen-
so esse, à publicationem bonorum, non
autem mortis pænam vir patiatur.
At donationem factam post delictum
commissum esse viribus euacuatam,*

ibid. nu. 141. cum seqq. fol. 102.

*Declara modò supradicta de validitate
donationum inter virum, & uxorem
locum habere, si bonoru donatorū pos-
sessio tradita fuerit uxori viuente
viro, ibid. nu. 143. fol. 104.*

*Quo euentu retrotrabitur dicta donatio
ad tempus traditionis quoad fructus
perceptos, ibid. nu. 144.*

*Donationes filijs à patre factæ, cuius bo-
na in Fiscum delata sunt, an validæ
sint; de his agitur remissio, ibidem
num. 144.*

*Donator hereditatis, Fisco excepto ex
particulari eius priuilegio, recta via
conuenitur à creditoribus dictæ her-
editatis; recuperabit tamen actione
præscriptis verbis id, quod soluet, à
donatario, pæn. fisc. cred. pref. l. 1. nu.
156. fol. 109.*

*Donatio acquiritur illi, cuius contem-
platione, & causa facta est. Hinc
quia donatio filiorum facta, censetur
patris contemplatione confecta, patri
acquiritur. Ide dicuntur de donatis spō-
sæ per consanguineos, & amicos spōsæ
tempore spōsaliorum: nam ex eadem
causa acquiritur viro, & non vixori,
ibid. num. 73. cum seqq. fol. 158.*

*Donatio facta legatis an miteti acqui-
ratur, consule Capyc. distinguentem,
de cuius distinctione fit mentio remis-
sio, ibid. nu. 76.*

*Donatio facta Officiali in officio existen-
ti, Domino, & Fisco acquiritur, eiq;
restitui debet, ibid. nu. 78. fol. 159.
Vid. in verb. assensu, peculum,
socius.*

DONATIO DOMINICA.

*Donationes, quæ à Principe alicui sunt
ob merita, incitatoria vocantur secun-
dum Pennen. siquidem alios stimulat
ad aliquid præclarè agendum, de fil.
offic. nu. 1. cum seq. fol. 272.*

*Donationes Principis sub commemora-
tione remunerationis seruitiorum in
nihilo differre à gratuitis professi sūt
plerique, ibid. nu. 40. fol. 280.*

I N D E X.

Pro his largitionibus meritorum causa factis nec Principem, nec suum Fiscū de euictione teneri professi sunt multi, quorum sententiam usus forensis admisit in hoc Regno; Galli tamen serviant cōtrarium ita attestate Coppin. ibid.nu.42.

Nisi donatio p̄dīcta c̄p̄isset à promissione, & postea sit subsequuta traditio secundum Accur. Isern. & alios, ibid.nu.43. fol.281.

Item in altero casu erit à Fisco euictio p̄standa, veluti si seruitia fiant vi praecedentis conuentionis, in qua Princeps se pariter obstringat aliquid dare pro huiusmodi seruitiorum p̄statione, ibid.

Donari viro bene merenti potest à Principe sub ea conditione, ne creditores aliquod ius in re donata sibi acquirat, quo euētu quamvis hypothecarij sint, nullo pacto obligatam habebunt rem illam, nec conqueri possunt propter rationes, que recensentur, & plures huiusmodi concessiones in supremo Italico Consilio factas fuisse viris de Rep. benemeritis, qui eris alieni onere pregrauati aliter se alere non poterat, testis ocularis est D. Author, ibid. nu. 45. fol.282.

Donatio ob merita à Principe facta caſtrenſum naturam fertitur, ac eisdē potitur praerogatiuis, ibid.nu.47.

Hac de re poterit filius famil. testari de his bonis, velut de caſtrenſibus, ibid. nu.48. fol.283.

At filius famili. Clericus nedum de bonis, que clericatus occasione q̄sunt, quasi de caſtrenſibus testari potest; sed de omnibus unde cunq; obuentis, quamvis per clericatum non sit exemptus à patria potestate, & hac est opinio mulitorum DD. qui recensentur, ibid. nu. 51. ubi pariter tangitur ratio diuersitatis, que inter verunq; casum videatur posse considerari, nempe ut Laico priuilegium sit indultam ratione bonorum; Clerico vero è conuerso perso-

nā ob ordinis dignitatem, & in consequentiam bonis; & ideo persona tali priuilegio munita poterit testari de bonis cuiuscunq; generis.

Verū enim uero alijs iuris Interpretes nec numero, nec autoritate inferiores docuerunt, filium fam. Clericū non p̄sse de alijs bonis, quām ex clericatu quēsitis testari, & huic opinioni veluti probabiliori adhæret D. Author, cuius occasione affert congruum intellectū ad tex. in cap. quia nos de testam. qui contrariae opinioni multum fauere videbatur, ibid.nu.52. cum seq.

In principalibus largitionibus filio ob merita factis usumfructum patri nō queri est iuris satis indubitati, ibid. nu.54. fol. 284.

Illud autem est in magna controvēſia, possum, an idem ius maneat, si Princeps filio non ob eius merita; sed p̄rētis contemplatione aliquid elargiat. Et DD. negantū authoritates recensentur, ibid.nu.55. fol.284.

His contrarie cum aliquot non contemnendis rationibus congeste reperiuntur, ibid. cum nu. seq.

Illud est autem hic obſeruandum, banc postremam opinionem non habere locum in feudis, etiam pecunia, vel successione, & non Principis munificentia quēsitis: nam in his pater non usumfructum; sed commoditatē habebit, idque procedit, etiam si feuda à Princeps non proueniant, huiusque enunciati duplex affertur ratio: tum quia feudum est seruitus quādam, idcirco si in eo daretur ususfructus patri, esset constituere seruitutem seruitis contra vulg. iuris regulas: item quia feuda cōceduntur ea lege, ut vasallus inde seruiat, ideo si alter feudi usumfructum haberet, Dominus seruitum exigere nequirit à nude proprietatis Domino, ut bene expendit. And. ibid.nu.57. fol.285.

Insuper animaduerte, bona, ex quibus patri ususfructus non queritur, vel

I N D E X.

ex eo quia à Principe prouenerunt, vel quia sunt feudalia, prodeſſe nihilominus patri alio respectu, ut filium alere non compellatur, ſi de illorum bonorum fructibus commode viuere poſſit, & ita per Senat. Mantuanum fuiffe deciſum refert Surd. ibid. nu. 58. fol. 286.

Amplius hac bona, que à Principis munificencia proceſſerunt, effugient collationem, ac legitima imputationem, ibid. nu. 59.

Donatio antedicta eſt alio priuilegio decorata, nempe ut in ea ſocius ſuccedat conſorti abſque bærede defuncto, ibid. nu. 71. fol. 290.

Idque locum habebit nedum in liberalitate ab Imperatore collata; ſed etiam à quolibet Principe ſuperiore non recognofcente ex frequenter DD. ſententia, ibid.

Et quoniam hoc priuilegium eſt dumtaxat confeſſum ſolis supremis Principibus ex eadē recepta opinione, idcirco cauendum eſt à D. Lanario, dum conatus eſt illud producere ad inferiores Dominos, nempe Barones: nam argumentum, quo utitur, eſt ſatis fallax, & infirmum, ut conſtat ex doctissime conſideratiſ per D. Authorēm, ibid. num. 72.

Praefata prerogatiua que procedit, ſiue pars agnita fuerit à conſorte, ſiue non contra regulas iuris accreſcendi, quod competit dumtaxat in re non agnita, ibid. nu. 73. fol. 291.

Vnde cauendū eſt ab aliquibus DD. tridentibus huiusmodi priuilegium fundatum eſſe in ipſo iure accreſcendi, & verius, ac rectius viderur loquutus Bal. dum docuit, inducētum eſſe quodam iure iure singulari, & anomalo, ibid. nu. 74.

Vi autem locū habeat, oportet, verba confeſſionis ita eſſe concepea, ut conſet, concedentem noluisse separatim; ſed coniunctim cōfeſſionarijs proſpicere, idque excurſatur aliquot exemplis, ac

authoritate rerum iudicatarum, ibid. nu. 74. cum ſeqq.

Illud non eſt hic pretermittendum, hoc euentu conſortem nō ſuccedere praedefuncto; ſed ex propria persona uocari virtute prioris confeſſionis. Hinc recte deducitur de hac portione ſuperueniente non eſſe petendam nouam inuetitaram ſecundum receptam Andr. traditionem, nec pariter ſoluendum reſeuium, prout in pulchro caſu reſpondit Loffred. quod tamen ſoluitur, quando ut ſuccessor vocaretur, prout ita deciſum per Reg. Cam. arreſtatur Reg. Reuert. ibid. num. 78. cum ſeq. fol. 292.

Amplius nō eſt silentio obruendum, tunc demum admitti conſortem, quādo alter abſque bærede deceſſerit, cum id expreſſe fit in iure cauum. Sed addabitant DD. quo pacto ſit intelligenda buiusmodi ſanctio, an de ſuo, vel de extraneo. Et D. Author post relatas duas diſſonas opiniones mediam conſtituit cum diſtinzione deſumpta à natura rei donata, ut poteſt res eſſe talis, ut ad omnes bæredes poſſit pertinere, tunc omnes admittendos fore ſiue ex teſtamento, ſiue ab in teſtato; aliás ſecus, ibid. num. 85. cum ſeq. fol. 294.

Postremo animaduertendū eſt, banc prerogatiuam conſorti confeſſam non porrigi ad personas in ipſa donatione non expreſſas. Vnde deducitur recte docuiffe Alex. & ſequaces, non eſſe admittendum conſortem ſuperſtitē ad portionem alterius ſocij filio obuentā, & demū mortuo, ſicut admitteretur, ſi primus confeſſionarius p̄amortuus eſſet, ibid. nu. 87 fol. 295.

Donatio hæc eadem alio gaudet priuilegio, ut ad benemerentium filios propagetur, que aliás ad bæredes non tranſiret ſecundum aliquorum opinionem, quā ingeniosissimus Barbo. vti acute, ita vere impugnat, conſtituens regula in contrarium cum duabus decla-

I N D E X.

<p><i>rationibus, & limitationibus de quibus, ibid. nu. 88. cum seq.</i></p> <p><i>Donatio prælibata, & alia potitur prærogatiua, ut quamvis alias, quando donatio cōcipitur alternatiuè, electio sit donantis, cum semper optio sit debitori præst̄da; nihilominus si Princeps alicui ob merita illud, aut illud se donaturum polliceatur, eligendi ius competit donatario secundum Bald. traditionem, que in forensi usu præualuit, dum ita in facti contingencia censuisse Reg. Cameram refert D. Reg. Reuert. ibid. nu. 90.</i></p> <p><i>Declaro, & restringe commemoratum priuilegium ex Plat. sententia procedere in ijs rebus, quæ non sunt de corpore patrimonij fiscalis; sed de ijs, quæ Princeps penes se non retinet; sed alijs elargiri consuevit, ut sunt officia, & alia id genus; nam in casu è conuerso Principis erit electio, & quod minimum erit, veniet, ut quominus fieri possit, regio patrimonio inferatur præiudicium, ibid. nu. 91. fol. 296.</i></p> <p><i>Habent & aliud speciale hæ dominice largitiones, ut in earum successione representatio sibi locum non vindicet, & sic nepos excludatur à patruo secundum unam Scribentium opinionem; at D. Authori contraria magis arridet, quam nouis rationibus fulcit, atque tuetur, cum facili resolutione contrariorum, ibid. num. 92. usque ad 97.</i></p> <p><i>Sunt & alio condecoratæ priuilegio huiusmodi imperiales largitiones: siquidem non adimplens modum à Principe appositum in donatione, cadit ab ipsa re donata, siue modus fuerit causa finalis, siue non dictæ donationis, & sic nec aliquid momenti habet distinctio illa, que in cæteris causarum figuris adhiberi consuevit: ex quo semper modus appositus in huiusmodi regis concessionibus præsumitur eisdem causam dedisse secundum Greg. Lop. ibid. nu. 98. fol. 297.</i></p>	<p><i>Principales præterea largitiones alia gaudent prærogatiua, ut de ijs etiam in Ecclesiæ, vel ecclesiasticas personas collatis Princeps ipse cognoscat per suos Iudices; hac tamen assertio est cautè intelligenda, nempe de bonis feudalibus. Item de iuribus regalibus, veluti si Ecclesiæ fuisset donatum regal, argenti fodina, salina, vel aliud huius generis: non autem de alijs dominicis liberalitatibus, quæ neque feudalia, neque regalia essent, siquidē tunc Iudex ecclesiasticus erit adeundus, ibid. nu. 99. usque ad 103.</i></p> <p><i>Insuper & alio sunt decorata priuilegio: quandoquidem Princeps etiam si propter merita donauerit, non tenebitur, nisi in quantum facere potest, quod non est in alijs, qui sic donando, in solidum tenentur, ibid. num. 103. fol. 299.</i></p> <p><i>Ante dicta aliud subsequitur priuilegiū, ut quamvis excessiva sit munificencia Regis, quæ in benemeritos conferatur; nihilominus subficit sua vi, etiā insinuatione prætermissa, idemque ius obtinet in donationibus eidē Principi factis à priuatis, ibid. num. 120. fol. 303.</i></p> <p><i>Commemoratis prærogatiuis aliam adnectere non pigebit. Dictante aliqua lege municipali de cōmunicandis bonis quæsitis inter coniuges, nihilominus huiusmodi largitiones erunt precipua donatarij quoad proprietatem, & usufructus tantū communis erit. Nisi coniux cōmuniibus impensis Dominio inseruisset: nam tunc verique proprietas acquiritur secundum Gregor. Lop. ibid. nu. 121.</i></p> <p><i>Non erit parui momenti alia prærogatiua, qua gaudent huiusmodi largitiones, & militaria præmia, ut super his non possint inquietari concessionarij, nisi in subsidium, & in quantum facere possunt, idest deducto, ne egeat; sed honestè viuere possint, dummodo donationes sint factæ nedum pro præ-</i></p>
---	--

ritis

I N D E X.

*ritis seruitijs; sed in futurum impen-
dendis, ut sunt illa, quæ vulg. entre-
tenimenti appellatur, quæ dantur ve-
teranis, ut Principi, aut eius Vicario,
aut Duci belli assistant, quales etiam
sunt Continui nominati in hoc Regno.
Et ideo tunc erit hac benignitate vtē-
dum, ne à Reipubl. seruitio abstra-
bantur. In alijs autem fiet exequitio
in subsidium, ibid. nu. 122.*

*Postremum, & ultimum priuilegium, quod concomitatur huiusmodi largitiones principales, est, ut ex his, quæ-
ratur ius etiam absenti, & ignorantii ex pulchro Bal. respōso, et huius enunciati etyologia est: quia concessio Prin-
cipis habet vim legis; sed quæ à legis
sanctione deferuntur, etiā inscio quæ-
runtur, ibid. nu. 123. fol. 304.*

*Videndum est modò de resolutione harū dominicarum largitionum. Et primò inuestigandum erit, quando nihil in-
eis est expressum, an tunc morte do-
nantis, vel recipientis terminentur,
vel ad heredes transmittantur. Pro
cuius planiori dilucidatione comme-
moratur elegans quæstio in supremo Italico Consilio habita, discussa, &
terminata in fauorem bæredum con-
cessionarij ea præcipue ratione; quia
qualibet concessio, quæ ob concessionarij obitum extinguitur, nihilominus si in ea fuit præfixum tempus, adhuc perdurat, & pro residuo temporis ad
heredes transmittitur, ut erat in illa facti figura, concessionis scilicet facte
cuidam Duci de extrahendo à Regno Siciliæ frumenta, quæ nascerentur in sua ditione absq; aliqua solutione per
decem annos, quamvis Dux ob præ-
clara maiorum suorum merita petijs-
set hoc ius sibi concedi quoad viueret:
qui post duos annos à die concessionis
vita functus est, ibid. nu. 124. cum sequentib.*

*Amplius ex qualitate meritorum potest
capi coniectura, an huiusmodi concessio
deriuetur in bæredes, vel concessio-*

*narij morte resoluatur ex Alc. &
Syluan. opinione, quam à Barbos. im-
pugnatione tuetur D. Author; subiun-
git tamen ex ea sola non audere in-
iudicando pro bæredibus respondere,
ibid. nu. 129. cum seqq. fol. 305.*

*Insuper ex causa ipsa, ob quæ fit cōcessio,
ut pote se Princeps ob merita alicui
donet annua centum, ut valeat se-
alere, vel similibus verbis vtatur, ex
quibus dignosciposse, largitionem esse
factam in causam alimentorum, tunc
concessionarij morte extinguetur se-
cundum Surd. idq; duobus similibus
exornatur, ibid. nu. 131. cum seq.*

*Præterea ad dignoscendum progressum,
ac resolutionem huius dominice lar-
gitionis plurimum operatur qualitas,
& natura ipsius rei conceſſæ, super
qua diffusè discurrit D. Author, va-
rios casus adnectendo, ibid. nu. 134.
cum seqq. fol. 306.*

*Commemorare largitiones terminantur
quoq; delicto, aut alienatione; ita ut
pater possit præiudicium inferre filio,
etiam proprio nomine vocato; ob me-
rita tamen patris, idq; pluribus com-
probatur, & ita bis decisum in Reg.
Cam. refert Reuert. Reg. relatus, ibi-
dem. nu. 142. fol. 307.*

*Idq; minori cum difficultate obtinet in
filio in patris potestate cōstituto: nam
lis maior inter DD. existit, quid in-
emcipito, et idē cōcluditur post And.
& alios relatos, ibid. nu. 143. fol. 308.*

*Hinc rectè deducitur, patrem delinquē-
tem in Officio posse nocere filio etiam
expresso nomine vocato, si parentis
meritis, vel pecunia sit quesitura, pro
ut ex Andr. traditione docuit Capyc.
relatus, ibid. nu. 145. fol. 309.*

*Nisi concedens & parētis, & filij ratio-
nem habuisset; siq; idem tunc nec alie-
nando, nec delinquendo pater officeret
filio, ibid.*

*Hec supra commemorata conclusio tri-
bus alijs declarationibus exornatur,
de quibus, ibid. nu. 146. cum seqq.*

I N D E X.

*P*rostremò in hac materia dominice largitionis proponitur quæstio, an, si in concessione annus quantitatis nil sit expressum de solutionis tempore, solueda sit in principio anni, vel in fine.

*I*n obiecta difficultate: quia ipsi ll. Autores inter se pugnare videntur, id circa d. Auth. pro illis conciliandis magistrali Cyn. & aliorum gravissimorum DD. distinctione usus est, cui ultra omnes adiūxit, & cumulauit duos alias casus auctoritate rerū iudicatarū obuallatos, ibid. nu. 148. usq; ad fin. fol. 310.

*V*id. in verb. filius, graduatio, pinguis in fin. D O S.

*D*otis causa an gaudeat priuilegio fiscali, de quo in l. si is, qui ff. de iur. fisc. nempe ut in bonis quasitis post dotis obligationē præferatur anterioribus creditoribus, & omissis DD. altercationibus concluditur negatiū, & ita pluries decisum per Sacr. Cons. refert D. Author, (qui se remittit ad deci. I. D. consl. Gizzarell.) de iur. fisc. nu. 21. pag. 11.

*V*id. in verb. filius.

ECCLESIA.

Ecclēsia an gaudeat eodem priuilegio, quo potitur fiscus circa distinctionem, scū alienationem rei cum priuatu communis. In obiecta difficultate primo loco recēsetur opinio affirmativa, quam postea D. Author ingeniosè reuocat in dubium ex pluribus, de vendit. rer. fisc. l. I. nu. 25. cum seqq. fol. 19.

*A*rgumentum à fisco ad Ecclesiam non recte dicitur, præter quam in casibus expressè à iure equiparatis, ibidem num. 26.

*I*nter cetera sunt pares in prescriptiōibus, ibid. nu. 27.

*L*ex omnes, & l. bene à Zenone non habent locum aduersus Ecclesiam, neque pro Ecclesia, ibid. nu. 30. fol. 20.

*N*isi versemur in ijs, quæ sunt modici preiudicij: nam hoc euentu Cesaris

ll. ligabunt pariter Ecclesiam ex frequentiori Scribentium traditione, ibidem nu. 31.

*E*cclēsia succedens priuato, vtetur iure priuati, de fiscal. vsur. nu. 23. fol. 122 Declara regulam procedere respectu temporis præteriti; non autē futuri: nam tunc potietur suo priuilegio, e. g.

*E*mphyteuta cessauit per annū cū dimidio tempore, quo res fuit in dominio priuati, & postea cessauit per mediū annū; postquā res peruenit ad Ecclesiā, certè nō poterit priuari, tanquā si per bienniū cessasset: quia ille annus cum dimidio non fuit, nisi media pars temporis, quod in priuato exigitur; sed necesse erit, vt cesseret per annum integrum, & sic per mediū aliud tempus, quod in Ecclesia requiritur, ibid.

*P*ari ratione si quis aduersus priuatum incipit præscribere, & per quinquennium possedit rem, quæ postmodum ad Ecclesiā dominium peruenit, profecto ad perficiendam præscriptionem, non erit satis alterum quinquenniū; sed requiruntur alia quatuor, id est anni viginti, & sic dimidium temporis, quo aduersus Ecclesiam præscribendum est, ibid. nu. 24. cum seq.

*E*cclēsia, vel ecclesiasticæ personæ, dum ad eas hereditario iure laicorū bona deferuntur, tenentur in solutionibus, & oneribus Vniuersitatum cōtribuere tam impositis, quam imponēdis ex causis debitorum contractorum tempore, quo possidebantur per ciues laicos, etiam si bona ipsa non in specie; sed in genere fuerint obligata, & ita alias decisum in Reg. Cam. quam decisionem admittunt etiam Canonistæ; & nouissimè P. Azor. Theologus, & Iurisperitus insignis, & quam maxime auctoritatis, de decur. num. 14. fol. 137.

*E*cclēsia sticæ personæ ab oneribus, quæ imponuntur belli, vel pestis causa, non sunt immunes; sed an per Principem secularem possint compelli ad contri-

INDEX.

<p><i>buendum dictis oneribus, Episcopo, siue eius Vicario, recusante, vel negligente; remissio, de decur. nu. 45. cū seq. fol. 141.</i></p>	<p><i>ētum, mare, pignus, presentatio, priuilegiū, regalia, socius, venditio, usura.</i></p>
	<p>EDICTVM.</p>
<p><i>Ecclesia etiā Basilica nominatur, quasi domus summi Regis. Verum attenta sermonis proprietate est à DD. constituta differentia inter hæc duo: nam secundū ipsos Ecclesia dicitur Temp̄lum, quando est consecratum, Basilica vero ante consecrationem, de palat. nu. 5. cum seq. fol. 237.</i></p>	<p><i>Edictum sub hac forma proponi debet (quando agitur de bonorum vacantiū incorporatione) ut omnes successionē prætententes in termino aliquo compareant, alias non audiantur, quo tempore effluxo, Fisco bona perfectè acquiruntur, qui mos secundum Affict. inualuit hic Neapoli, ubi Ecclesia Sanctæ Restitutæ capit bona interfectorum absq; heredibus decedentium, pœn. fiscal. cred. præf. l. I. num. 170, fol. 115.</i></p>
<p><i>Damnatus quando ducitur ad supplcium, si ad Ecclesiam confugiat, gaudet immunitate, si nō sit de delinquentibus exceptis ex recepta Scribentī sententia, ibid. nu. 47. fol. 244.</i></p>	<p>EMPHYT EVA.</p>
<p><i>Sed & illud quæstionis est, an domus Episcopi eadem potiatur immunitate, qua Principis Palatiū, ac ipsa Ecclesia perficitur. In hoc articulo ultra quam equum erat, variatum est inter Scrib. quorum vota secta sunt in quatuor classes.</i></p>	<p><i>Vid. in verb. apoca.</i></p>
<p><i>Prima fuit Author, & Antesignanus Ioan. antiquus decreti gloss. qui indiscriminatum professus est, hanc domū gaudere. hoc immunitatis priuilegio, ubiunq; sit sita, & quantumuis distet ab Ecclesia.</i></p>	<p>EMP TIO.</p>
<p><i>Secunda classis, in qua numerantur Inn. Oldr. Alb. & alijs, idem docuit, cum bac tamen modificatione, dummodo domus Episcopi sit proxima Ecclesie intra 40. passus.</i></p>	<p><i>Res empta à Regis Castaldo Regi acquiritur: præsumit enim lex, prædictum Castaldum dolo, & fraude ex pecunia Regis, ut propria rem comparasse, de decur. nu. 79. fol. 159.</i></p>
<p><i>Tertia, quam constituunt Host. Anan. & alijs, voluit, in hoc esse attendendā consuetudinem. Hinc Couar. & Clar. attestantur in praxi non seruari, ut domus Episcopi bac gaudeat immunitate.</i></p>	<p><i>Declara, nisi Castaldus probet, rem emptam comparasse, aut possedisse ante officium, ibid. nu. 80.</i></p>
<p><i>Quarta, quam tutati sunt Hugut. Turrecr. & alijs, tradidit, domum Episcopi bac gaudere immunitate, si intus eam sit Capella; siquidem tunc tota domus videtur eius cimiterium, ibid. nu. 48. usq; ad fin.</i></p>	<p><i>Vel rem sua propria pecunia emisse, aut saltim palā, & bona fide contraxisse, quæ præsumitur in contractibus, qui palā fiunt: nā bis eventis talis præsumptio cessaret, nisi Officialis emeret res ad officij administrationem pertinentes, ut res Ciuitatis, Curiæ, vel Fisci, ibid. nu. 81. cum seq.</i></p>
<p><i>Vid. in ver. donatio dominica, edi-</i></p>	<p><i>Et ratio diuersitatis inter vtrunque casum, ut scilicet officialis res priuati, & singulorum palam, & bona fide emere possit; nō autem Vniuersitatis, & Curiæ, tangitur remissio, ibid. num. fin.</i></p>
	<p><i>Quæsta per uxore de bonis mariti processisse presumuntur, ibid. nu. 80.</i></p>
	<p><i>Officialis hodie etiam in propria patria, in qua iurisdictionem exercet, potest etiam immobilia emere non obstantibus legibus hoc prohibentibus: ex quo contrario usu sunt antiquatae secundum Casber. ibid. nu. 82. & 83.</i></p>

Officialis

INDEX.

Officialis de iure poterat emere, & mercari in aliquibus casibus, de quibus remissiū, ibid. nu. 83.

*Vid. in ver. abolitio, venatio in fin.
EPISCOPVS.*

Episcopus, & Archiepiscopus an possint habere fiscalē? D. Author post relatas binc inde opiniones, se remittit ad latē tradita per ipsum alibi, ut est vide re per eundem in rub. de iur. fisc. nu. 11. fol. 4.

In loco postmodum relato dicit, non esse concordem Sribent. sententiam, an de iure dicātur habere fiscum, prout ē conuerso constat apud omnes, eosdem de facto habere bursam fiscalem, sicuti ceteri Barones, pñ. fisc. cred. pref. l. 1. nu. 47. cum seq. fol. 62.

Episcopus in sua Diœcesi in causis ad eū spectantibus est de maioribus magistris, & habet merum, & mixtū imperiū tanquam Præses secundum Bald. doctrinam, qua recensetur, ibid. nu. 49.

Episcopus à suis subditis exigere potest pñas pecuniarias; sed id satis parcē, ac prauia maxima prudentia facere debet, ne auaritiae notam incurrat, & iustitia cōtemnatur, cum nullā delinquens pertimescat culpam, quam nimis redimere sperat, ibid. num. 49. cum seq.

Episcopus ex Concil. Trid. decreto pñas pecuniarias locis pjs in Diœcesi existentibus applicare debet: restringunt hoc Felyn. & Couar. quando Prælatus inopia laboraret: quia tunc huiusmodi multas posset pro se retinere, ibid. nu. 51. cum seq. fol. 63.

Episcopus, vel alias Iudex ecclesiasticus quandoq; condemnat, & commodum pecuniarium spectat ad Dominū temporalis iurisdictionis, circa quod duo recensentur casus, quorum postremus non caret controvēsa, cum super eo triplex reperiatur DD. sententia, ibid. nu. 53.

Vid. in verb. clafficus, Ecclesia circ.

fin. insignia, officium paulò ante fin. prælatio, substitutio.

EXCOMMUNICATIO.

Vid. unum verb. in dictione substitutio.

EXEVVATIO.

Exequutio si facienda sit pro debito com muni cum fisco, fieri debet seruata for ma priuilegiorum fisci, de vend. rer. fisc. l. 1. nu. 17. fol. 17.

F E V D U M.

Feudum illud, quod Nostrates appellat quaternatum secundum quid, potest à Principe, seu à supremo, & directo Domino concedi; tenendum tamen à Barone, id est à Domino subalterno iuxta constit. Regni exordientem post mortem, qua licet fuerit postea sublata per capitula Pape Honorij, adhuc viget illius dispositio ex Andr. testi monio, quod refertur.

Ceterum in inuestiganda ratione dictæ cōstitutionis multum ansè se contorquent Sribentes, & aliquorum opinionibus ex industria, ac diligēti cura confutatis aliam iuri, ac veritati consonam adducit D. Author de uend. rer. fisc. l. 1. nu. 34. cum seqq. fol. 22.

Feudum si Domino aperiatur ob linea finitam, vel eiusdem commodo applicetur culpante feudatario, absq; onere ad concedentem reddit ex resolutione contractus iuxta And. doctrinā frequentius receptam, que tamen non est perpetuò vera; sed recipit infra scriptas declarationes.

Prima exceptio fit, nisi onera non feudatarij, sed ipsis feudi sint: nam hæc utiq; migrant, & transiunt in Dominum ex frequentioribus DD.. placitis. Inter quos tamen variatum est in exemplificandis feudi, vel feudatarij oneribus. In hac dubietate magni facienda est notab. Camer. distin ctio, nec posterganda doctrina Fab. de Ann. que per D. Author. recensentur in tit. pñ. fisc. cred. pref. l. 1. num. 145. cum seq. fol. 105.

Secun-

I N D E X.

Secunda exceptio, nisi sint onera imposta cum assensu, quæ perdurant etiam finito utili dominio feudatarij secundum eundem Isern. ab omnibus receptum, ibid. nu. 147 fol. 106.

Tertia exceptio, nisi in fructibus feudi, qui ad defunctum spectabant pro rata: nam directus Dominus de his tenetur satisfacere creditoribus sive realem, sive personalem actionem habentibus, etiæ ex causa lucrativa venientibus: nam hęc fructuum rata nō differt à bonis liberis, & burgesaticis iuxta omniū traditionē; que tñ erit admittenda cū his cautionibus, & cautelis.

Prima, ut fructuum diuisio iuxta distinctionem traditā in S. his consequenter bic fin. lex locū non habeat, nisi in illis Provincijs, in quibus est usu recepta, qui sanè mos inualuit in hoc Regno ita attestantibus Capyc. & D. de Franch. ibid. nu. 148. cum seq. fol. 106

Secunda, licet due opiniones contrarie sint exortæ inter Scribentes, dum aliqui profitentur fructus industriales tantum esse diuidendos secundum dispositionē d. S. his consequenter, in naturalibus verò esse seruandā diuisiōnem, de qua in l. defuncta ff. de usur. & alijs hanc sententiam, & distinctiōnem impugnantes, docent omnes fructus indistinctè esse partiendos secundum traditionem d. S. his consequenter, & utraque classis propter doctrinam Andr. satis obscuram laboret in inducendo pro se illius autoritatem; nihilominus in Regno recepta est opinio DD. non distinguentium, & secundum eam alias iudicatum in Reg. Cam. referente Reg. D. Io. Francisco de Ponte tūc illius Presid. ibid. n. 150.

Qua supra de fructuum diuisione tradita sunt, caute sunt intelligenda; quando feudum Domino aperitur ob linea finitam, secus quando propter feudatarij culpā: nam hoc euētu omnes fructus cum ipso feudo ad dominum pertinebunt, ibid. nu. 151 fol. 107.

Feudo ad Dominū deuoluto meliorationes factæ per feudi possessorem pertinent ad creditores ipsius; quæ tamen erunt estimanda iuxta illarū valorem; non autem secundū id, quod impensum est; & ita alias per Reg. Cam. solemniter iudicatu precedente relatione in Collat. Conf. ibid. nu. 152.

Feudum ex dispositione cap. dudū, alias ex præsumptuose tenetur per fiscum loco sequestri per annum, quando mortuo feudatario absq; descendantibus, is, qui se successorem esse contendit, non claro, & aperto iure ad ipsam successionem vocatur, quo anno expleto fiscus plenam consequitur possessionē, ita ut nō amplius de ea; sed de domino postea sit disceptandum, ibid. nu. 154. fol. 108.

Amplius nota, solam possessionē non sufficere ad impediendū huiusmodi sequestrum, nisi cum possessione concurrat titulus, vel regius assensus ex Affict. decis. quæ recensetur, ibid. nu. 155.

Feudorum successio, quæ fit in Regno servata forma constitutionis, ut de successionibus, habet locum etiam in illa cōmuni matris, licet prafata constitutio de communi patre tantū loquatur, de decur. nu. 18. fol. 138.

Subinfeudatio permitta est tribus concorrentibus, quæ recensentur, de decur. nu. 49. fol. 151.

Feudum guardia, & Castaldia secundū quartam Andr. positionem dicitur illud, quod fuit Castaldo Regis donatū ab aliquo priuato contemplatione, & causa talis Castaldia, & procuratoris, & quia erat Castaldo officij contemplatione donatum, regi acquirebatur, ibid. nu. 77 fol. 158.

Annonæ, ac panes ciuiles. i. præstationes, ac annua largitiones Curialibus, seu Palatinis p̄stari consuetæ ex humana cupiditate nimis excrescēte ortū duixerūt, de fil. Offic. nu. 3. & 4. fol. 272.

Idem dicendum est de soldata, que idem est cum annonis, & apud nos redi-

INDEX

- ditus ad vitam appellatur secundum Alc. ibid. nu. 5 fol. 273.
- Inde fluxerunt pariter militiae, quæ nostris temporibus officia, vel dignitates nuncupantur, & ex ijs annua emolumenta percipiuntur, ibid. nu. 6.*
- Militiae forma remissiæ, ibid.*
- Feuda eandem eii. in originem præseverunt, & ideo iura feudorum antiquis temporibus iura militiarum dicebantur ex Holvan. animaduersione, ibidem nu. 7.*
- Militiae, prout & feuda à publico, id est à Principis patrimonio defluxerunt, & ideo de uno ad alterum dicitur argumentatio secundum And. ibid. nu. 8. cum seq.*
- Militiarum, & feudorum similitudines, sèu parilitates tres, & quatuor differentiae indicantur remissiæ, & quinta differentia, quam nouissimè Castro ausus est adnectere, iure merito refellitur à D. Authore, ibid. nu. 9.*
- Concessiones in honore, quæ fuerunt apud Hispanos vnu receptæ, quæ sint, & in quibus differant à feidis remissiæ, ibid. nu. 10.*
- Cōmenda ordinum militarium proxime accedunt ad priscas militiae ex D. Authoris sententia, ibid. nu. 11. fol. 274.*
- Memorata cōmenda quamvis ecclesiasticis beneficijs quodammodo possint comparari, ac multum spiritualitatis habeant, nihilominus possunt absque simonię labo ob seruitia præstata, vel præstanda in benemeritos conferri ex Vict. traditione: nequaquam tamen possunt pretio mediante concedi, sicut nec ipsa militiarum insignia, vulgo Habitus appellata, & de ratione discriminis inter utrumq; casum, ibid. nu. 12. cum seq.*
- Indorum cōmenda quæ, remissiæ, ibid. num. 13.*
- Feuda ob merita, sèu in remuneratione concessa longè distinguuntur ab alijs aliunde quæsitis: siquidem de primis tantu poterit testari filius fam. ex D.*
- de Franch. sententia; hac tamen lege, ut proximè successuros vocet, disponēdo, vel Domini consensu intercedente: solus enim personæ defectus suppletur ex huiusmodi principali largitione remuneratoria, de fil. Offic. num. 50. fol. 283.
- Feudum filiofam. donatū à Principe parentis contemplatione ipsi patri acquiritur quo ad usumfructū, & proprietatem secundum And. frequentius receptum, de fil. Offic. nu. 56. fol. 285.*
- Feudum à patre refutatū Domino, ut de eo ipsius refutantis filium inuestiat, adhuc paternum, & antiquum est censendum, ibid. nu. 66. fol. 288.*
- Feudum nō capit filius causa mortis parentis, ut arbitratus est Bar. sed potius ratione præcedentis concessionis secundum Couar. Hinc iure fundatur Telliy assertio assuerantis per subductionem, & remotionē unius personæ alteram subingredi ex iure proprio, & ab altero non dependente, & And. decisio censentis secundo loco vocatum venire ex propria persona, cū tot censentur donationes, quot personæ, ibidem nu. 67. fol. 289.*
- Feudū semper à Principe datū censetur sub ea conditione, ut vasallus debita obsequia, ac seruitia exhibeat, idq; est adeo feudali concessioni annexum, ut de eius natura esse merito dicatur, ibid. nu. 96. f. l. 297.*
- Feudi cōcessio ad hæredes transmittitur, nisi esset feudum de Camera, sèu Canua, ibid. nu. 140. fol. 307.*
- Feudū concessū pro Camera est personalis, & ita decisū in causa Vniuersitatis Nucerij Paganorū cum Ill. Duce, & Fisco super prouentibus, ut attestatur Reg. Reuert. relatus, ibid. nu. 141.*
- In feudalibus potest pater præiudicium inferre ipsi filio, etiam nomine proprio cum eodē vocato in inuestitura, si donationis causa fuerint merita paterna, nec de filio principaliter, nisi parentis intuitu ratio habita fuerit ex*

Andr.

I N D E X.

Andr. sententia, quam ceteri sequuntur, ibid. nu. 142. fol. 308. Et quibus coniecturis hoc arguatur remissio, ibidem.

Feudum concessum Meuio, & ipsius primogenito, non potest per eundem parentem donari secundogenito, mutato ordine à Principe in cōcessione praecripto, quamvis acquirens possit nocere alijs vocatis, & delinquendo, & alienando secundum Couar. relatum, ibid. nu. 147. fol. 310.

Vid. in verb. donatio dominica, ius accrescendi, substitutio, vasallus.

F I C T I O.

Fictiones sunt inducta à lege, nec ab homine induci possunt, neq; ad alias species, quam expressas prorogari secundum Bar. traditionem, de fil. Offic. nu. 22. fol. 276.

Hinc fictio inducta à lege ad excusationem tutela, non debet ab homine extendi ad exclusionē successionis, ibid.

FIDEI V S S O R.

Fideiussor, & tertius possessio gaudent beneficio discussionis, ut scilicet prius excutiatur principalis, quam deueniatur ad ipsos, de fisc. usur. num. 28. fol. 123.

Id ipsum procedit etiam in fisco, qui succedit debitori principali, vel ubi confiscavit bona debitoris principalis, qui se obligauit datis fideiussoribus, ut nimirum sit discutiendus, priusquam ad fideiussorum bona deueniatur, ibidem nu. 29.

Vid. in verb. Fiscus.

F I D E L I T . I V R A M E N T .

Vid. vnu ver. in dictione substitut.

F I L I V S.

Filius iuuenis, ac bene se habet, si absq; dedecore laborare possit, & operari recesset, non est à patre alendus ex Bar. traditione, quam ceteri sequuntur de mendic. val. nu. 11. fol. 221.

Eidem militie nomen dare recusati puterunt denegari alimenta secundum Curt. Iun. sed verior videtur decisio

Senat. Mantuan. qui oppositum censuit, ex quo nemo militare tenetur, neq; se exponere periculo vita, ibid. nu. 12. cum seqq.

Erit pariter legitima causa negandi alimenta eidem filio, si aliquius Principis obsequio se addicere nolit, atq; repugnes secundum eundem Curt.

Ceterum declarat, dummodo possit id salua dignitate facere. Et insuper ut ab hac alimenterū prestatōne pater excusat, probare debet, Principem aliquem libenter eius opera usurum fuisse, ac filium recusasse, ibid. nu. 12. cum seqq.

Filiū Aduocatorum extraneis preferuntur gratis, & sine sumptibus, pro cuius dicti intelligētia vidēdus est tex. in l. iubemus iuncta glof. C. de aduoc. diuersi. iudicū, de fil. Offic. nu. 26. f. 277

Filiū Collegiorum multis gaudet prærogatiis: dum enim ad doctoralis dignitatis fastigium ascendunt, nihil soluunt. Amplius in eis non exigitur certa forma, aut solemnitas, forsan aliqua lege municipali præscripta in aliquo doctorando, vel in Collegium prædictum cooptando. Hac de re admittuntur ad Collegium absq; onere probādi se Neapoli ortos, quod in alijs est necessariò probandum, & ita fuit seruatū in personam D. Authoris, uti filiū Vicecācellarij, ac ipse pariter seruari mandauit, dum eadē munere fungebatur, ibid. nu. 27. & 28.

Filiis merces paternorum meritorum est quasi debita. Inde fit, ut quamvis Princeps in remunerandis benemeritis debeat cōsulere Proceres, ac Senatores, nihilominus ista cautio omittitur, dum agitur de transferendo in paternam militiā filios, & hic est unus ex tribus casibus à lege Hispana exceptus, alius, dum officia domesticis, & tertius, dum eleemosynam distribuit egenis, in quibus Princeps non indiget consultatione, ibidem nu. 28. cum seqq.

I N D E X.

*Filius alicuius de Rep. benemeriti sēper
in dubio cæteris est præponendus ex
eleganti R̄um. responso, ibid. num. 31.
fol. 278.*

*Honorum continuatio à Parentibus in
filios, quam aliqui damnarunt, vali-
dis innititur fundamētis, nempe Prin-
cipum benignitate, ac uniuersi Orbis
consensu, ibid. nu. 32.*

*Filius in his præn̄y's est preferendus, si
concurrat cū defuncti uxore ex Gre-
gor. Lop. sententia, at quotidiana ex-
perientia est comprobatum, modò in-
filium, exclusa uxore, modò con-
iunctim Principis largitiones fuisse
collatas propter varias causas, quarū
aliquot recensentur, ibid. nu. 33.*

*Quo loci illud extitit obseruatū in iſtis
largitionibus, quæ conferuntur in Cō-
iuges, semper apponi pactum, ut ipsiſ
perfruantur, donec in viduitate per-
mancerint, & ibi de ratione.*

*Filiy huiusmodi prēmia non habent, uti
paris heredes, quamuis illa propter
paterna merita sint cōsequuti, & ideo
non poterunt molestari super eisdem à
paternis creditoribus ex Gregor. Lop.
sententia, ibid. nu. 44. fol. 281.*

*Filiy prioris matrimonij reseruare tene-
tur uxor, quæ ad secunda transiuit
vota, omnia in ipsam collata donatio-
nis titulo à Principe ob defuncti con-
iugis merita, imò etiam ab extraneo
tributa eiusdem viri intuitu, & con-
templatione, ibid. nu. 46. fol. 282.*

*Vid. in verb. adoptio, donatio domi-
nica, feudum, immunitas, mendican-
tes, peculium, pignus.*

F I S C V S.

*Fisci descriptio, eiusdemq; etymologia
penitit in tit. de iur. fisc. nu. 3. & 12.
fol. 2. & 4.*

Eius bon: quæ sint, ibid. nu. 4. fol. 2.

*Dicitur omni tempore esse soluēdo. Hinc
non astringitur præstare cautionem,
ad quam urgetur priuatus, ibid. nu.
12. fol. 4.*

Fisci fideiūsor an aduersus creditorem

*possit se tueri excussionis beneficio?
D. Author post relatas hinc inde opi-
niones atrestatur post Anton. Gabr. &
alios affirmatiuam esse frequentiori
calculo receptam sententiam, ibidem
num. 13.*

*Fisci priuilegia sunt in dupli differen-
tia: quædā enim innituntur iuri ſin-
gulari tantum, & quædam iuri com-
muni, ibid. nu. fin. fol. 5.*

*Fiscus babēs expressam hypothecam po-
steriorem præfertur anteriori credito-
ri habenti tacitā (& hoc idem est de-
terminatum in dote) secus si uterque
concurrat aduersus communem debi-
torem, et priuati hypotheca sit pariter
expressa, siue generalis, siue specialis:
nam hoc euentu præualebit temporis
prærogatiua, præterquā si versemur
in bonis post fiscalem obligationem
quaesitis; siquidem in his fiscus ante-
rioribus creditoribus venit anteferen-
dus. Subdeclara, n̄is priuatus credi-
tor dupli potiretur priuilegio, nempe
temporis, & atatis, ut potē si minor
effet creditor ex causa tutela, vel alia
simili: nam tunc fiscus postponetur
in bonis quaesitis post suam obliga-
tionem, ibid. l. 1. num. 15. cum seqq.
fol. 9.*

*Caterum, retentis ijsdem terminis, quæ-
ſtionis est, cui incumbat onus proban-
di, acquisitionem effe factam ante, vel
post fiscalem obligationē. Et conclu-
ditur, ei, qui actionem proposuit, siue
sit priuatus, siue fiscus, ibid. nu. 19.
fol. 10.*

*Fiscus uti dignior seruat instrumenta
cum priuato communia, de vend. rer.
fisc. l. 1. nu. 8. fol. 16.*

*Idem eligit portionem ad se pertinentem
in rebus eorum, qui se deferunt, nisi
sit uxor defuncti, ibid. nu. 9.*

*Et in materia confiſcationis bonorum,
dum illa veniunt diſtribuenda inter
plures, fiscus facit partes, & diuidit,
ibid. nu. 10.*

Et insuper in Regno, in quo fiscus for-

iudi-

INDEX.

<p><i>iudicato succedit æqualiter cum alijs filijs, elegit pariter portionem, in qua vult succedere, ibid. nu. 11. fol. 17.</i></p> <p><i>Hinc motus fuit And. pronunciare fisci societatem leoninæ esse admodū similem, ibid. nu. 12.</i></p> <p><i>Huc pariter vergit singulare monitum Hyppol. de Marfil. dicentis priuatum hominem non debere se, suaque immiscere cum magno viro, neque cum fisco, neque cum ingenti summine, ibid. num. 13.</i></p> <p><i>Fisci priuilegia, vel alterius similis multoties prosunt priuato consocio, ibidem num. 14.</i></p> <p><i>Fisco distrahe rem communem, consors ante alienationem requirendus est, & omnibus præferendus, ibid. num. 19. fol. 18.</i></p> <p><i>Fisco vendente integrum rem, & postea ex publicatione, vel quouis titulo ad bipiscite partis dominium, venditio conualidabitur ex beneficio superuenientis dominij, ibid. nu. 49. fol. 28.</i></p> <p><i>Fiscus ratione solius possessionis non gaudet eodem priuilegio, quo potitur, quando est Dominus partis, in vendendo integrum rem cum priuato communem, quo euentu, quando scilicet uniuersam rem alienam, quam possidet, distrahit, vel concedit, non transfert dominium, sed usucapiendi conditionem. Idque tantò magis obtinebit, si partem tantum rei possideat ex testimonio quam plurium DD. qui recessentur, ibid. nu. 50. cum seqq.</i></p> <p><i>Fiscus ratione partis potest vendere integrum rem etiam ratione iuris hypothecæ, dummodo ex pretio rei venditæ creditoribus anterioribus satisfaciat, & in hoc est magnum fisci priuilegium: quia ipso vendente cessant illa remedia, que alias sunt inducta, & tributa cōforti, dum priuatus alienat rem sibi obligatam ab uno ex socijs, ibid. nu. 52. cum seqq. fol. 29.</i></p> <p><i>Fiscus ob criminis deformitatem, & immunitatem potest diruere, & deua-</i></p>	<p><i>stare domum delinquentis, dummodo de pretio satisfaciat creditoribus bypothecarijs, etiam demolitioni contradicentibus. Idem ius obtinebit in domo communi, si fiscus sit paratus soluere pretium condomino, & tantò fortius si ultra deuastationem domus effet delinquenti prescripta confiscatio, seu publicatio bonorum: nam eo casu fiscus esset verè Dominus partis spestantis ad delinquentem, ibid. nu. 55. cum seqq.</i></p> <p><i>Fiscus ratione partis non solum poterit distrahere rem communem, sed etiam pro se retinere, et affertur exemplum, ibid. nu. 57. fol. 30.</i></p> <p><i>Fiscus ratione partis an gaudeat pariter eadem prærogatiua in contractu locationis, seu arrendamenti & D. Author post relatas Bald. & Affl. cum eorum sequacibus opiniones cōtrarias, & illorum rationes, distinguunt rem solitam locari à non solita, & sic constituit duos casus. Primo admittit indistinctè affirmatiuam Bal. opinionem, ex quo etiā priuatus posset hoc facere, utendo re communi ad usum destinatum. Secundo pariter recipit eandem cum hac tamen modificatione, dummodo non oriatur magnum incommodum cōforti, ut potest si indigeret pecunia pro solutione eris alieni, & ideo vellet vendere; at fiscus locare, ibid. nu. 58. cum seqq. fol. 31. Quo loci etiā post Annib. Mol. olim Reg. huius Collat. Conf. recensetur, quinam stylus sit in Reg. Cam. introductus, & ortus ab illa sentētia, & insuper ingeniosè sati notatur quædā prouisio facta per eandem eodem Moles Relatore.</i></p> <p><i>Fisci prærogatiua memorata cessat in cōcessione in emphyteusim, & in feudū ex sentētia Peregrini adharet D. Author, & ad illius dicta se remittit, ne videatur trāscriptor, ibid. nu. 61. f. 32.</i></p> <p><i>Et an locum habeat in contractu pignoris & pro affirmatiua Stat. communis Scribentij opinio, quā Rip. oppugnat;</i></p>
--	---

I N D E X.

at D. Author in hoc opinionum confli-
ctu distinguendo, resolutus questionem:
nam si res pignoris nexus obstringere-
tur tanti, quanti valeret, si vendere-
tur, & tunc communem amplectitur,
a cuius aduersa, & Ripæ sententia non
discedit, quando res pro minori quan-
titate sub hypothecæ vinculis deduce-
retur, veluti si valeret centum, &
op-
pignoraretur pro quinquaginta; ex
quo hoc casu graue immineret consor-
ti præiudicium, cum non percipiat eam
utilitatem ex pignore, quam ex ven-
ditione consequeretur, ibid. num. 62.
cum seqq.

Fiscus an ratione partis gaudeat eadem
prærogatiua in terminis donationis,
ut scilicet possit integrum rem trans-
ferre.

Aliqui constituunt differentiam inter
ius Roman. & Hispan. dicunt enim
particulari lege apud Hispanos cautum
esse, ut possit Princeps integrè dispo-
nere de re cōmuni ex titulo donatio-
nis, & contrarium astriunt de iure
communi: quia būiusmodi priuilegiū
videtur inductum utilitatis gratia,
qua utilitas cessat in donatione: quia
donare est perdere. D. Author in hoc
articulo distinguit donationem remu-
neratoriam à simplici, in prima dicit,
esse positum extra omnem contouer-
siā, Fiscum eadem prærogatiua
potiri: ex quo sibi satis est utile bene-
merito donare, cum huiusmodi actus
non contineat meram donationem. Item
hoc ipsum confirmat ex eo: quia
Principi datum est rem alterius capere
pro remunerandis militibus solu-
ta Domino iusta estimatione. Ergo
à fortiori licitum erit in re, quam cū
alio habet communem; subdit tamen,
difficultatem remanere in donatione
simplici, & adhuc posse attentari, Fi-
scum in ea gaudere eodem priuilegio,
ductus optimis, & exquisitis ratio-
nibus, ut per eum, qui pariter satisfa-
cit contrario supra cōmemorato: quia

būiusmodi priuilegium non fuit indu-
ctum solū utilitatis causa; sed etiā
dignitatis, ac præminentiae fiscalis,
ibid. nu. 66. cum seq. fol. 33.

Fisci prærogatiua, de qua supra, cessat
in contractu permutationis, quamvis
maximam similitudinem habeat cum
illo venditionis, præterquam si in per-
mutatione tum res, tum pecunia in-
terueniret, & consorti pro illius por-
tione pecunia traderetur, ibid. nu. 68.
fol. 35.

Fiscus dum intendit alienare rem cum
priuato communem, debet consortem
requirere, qui ceteris erit præferen-
dus, si velit emere, ibid. nu. 69.

Fiscus simpliciter vēdendo rem cum pri-
uato communem, solam suam portio-
nem distraxisse censetur; nisi magna
pretij quantitas, vel alię coniectura
contrariorum suadeant, ibid. nu. 70.

Fiscus exigit integrum premium rei cum
priuato communis per ipsum venditę,
nisi compareat consors, & inslet non
fisco; sed sibi solus; nam iusta erit pe-
titio ad evitandum inutilem circuitū;
qui pariter poterit agere, & experiri
aduersus fiscum actione negotiorum
gestorum, vel condicione ex lege: at
recusantibus fisco, & emptore soluere
partem pretij, poterit consocius suam
portionem reiuendicare, ibid. nu. 72.
cum seqq. fol. 36.

Fiscus exigit integrum pœnam cum pri-
uato communem, cum quo communi-
cabit iuxta Bart. traditionē frequen-
tiū receptam, ibid. num. 75. quo loci
subjiciuntur verba, quibus in hoc casu
est concipienda sententia.

Dum superius dictum nonnulli declarat
procedere in pœna legali; non autem
conuentionali, validis medys insur-
git D. Author aduersus banc distir-
ectionem, non diffitetur tamen, fiscum
non posse integrum quantitatē exigi-
gere, si pars expressè refutet portio-
nem suam: quia in contractibus non
est locus iuri accrescendi. Subdens in

dubio

INDEX.

dubio non esse presumendam hanc voluntatem refutatoriam : quia nemo presumetur iactare suum, ibid. nu. 77. cum seq. fol. 37.

Fisco alicuius bona iure quidem domino, ac supraemta autoritate regia occupanti, onus incumbit satisfacere creditoribus illius, & quod superest, reliquum fisci commodo, ac emolumento cedit, pœn. fisc. cred. præf. l. I. nu. 4. fol. 51.

Fiscus bona publicata, vel vacantia capit iure regali, ac ratione supremi dominij, ibid. nu. 35. fol. 59.

Fisco ecclesiastico, an temporali erunt ad dicenda bona, que pœna nomine affteretur ab herede laico indigno instituto à Clerico testatore ? an ceps est quaestio ob contrarias DD. sententias, qua referuntur, ibid. nu. 54. fol. 63.

Fiscus in pœnarum persequitione ceteris creditoribus postponitur, ad quod illa afferatur ratio : quia hi de damno vitando agunt, ille de lucro captando; & non est pars causa lucri, & damni; ex qua ratione postmodum conuincitur intellectus Cuman. traditus ad l. nan puto, ibid. nu. 55. & 57. fol. 64.

Fisca agenti pro pœna preferuntur omnes creditores, tam hypothecarij, quam chirographarij, id est habentes personalem tantum, ibid. nu. 56. fol. 64.

Fiscus agens ex causa pœnali, & sic lucrativa non postponitur creditoribus venientibus ex eadem causa; sed questionis est, quando debitoris bona imparia sunt ad exolutionem eris alieni, an tunc fiscus in pari causa preferatur. Et ex DD. aliqui opinati sunt, fiscum non esse preferendum; sed omnibus per eis, & libram satisfieri. Contraria sententiam tutati sunt alij DD. numero, & authoritate maiores. Verum retenta hac communis opinione eam restringe, procedere in fisco Principis tantus; non autem in exactoriis pœnarum debitari Baronib. qui cum potiantur fiscalibus priuilegijs,

eandem cum ceteris creditoribus patientur fortunam, ibid. nu. 64. cum seq. fol. 67.

Fiscus in pœnis re integra, & sic in cursu creditorum, omnibus postponitur, sed si inuigilauerit in exigendo, creditoribus alijs non instantibus, quod ratione pœna postmodum exegerit, non tenetur restituere creditoribus postea superuenientibus, qui prius non insteterunt, estq; communis opinio recepta in hoc Regno, ibid. nu. 79. fol. 71.

Declaratio supradicta in fisco non procedere, quod is bona alicuius uti vacantia occupauerit, vel ex delicto per confiscationem vendicauerit: quia his cœnitis creditoribus superuenientibus semper tenebitur usq; ad valorem bonorum confisicatorum, ibid.

Fiscus licet in pœnis pecuniarijs creditoribus omnibus postponatur; in corporalibus tamen ceteris prefertur, & pulchra inter virumq; casu ratio differentia recensetur, cuius occasione adducitur notab. decisio D. de Fräch. necnon redarguitur cautela Cep. dum vanum, ac deridendum tradit remedium ad differendam pœnam capit. In uno tamen egregio casu, qui commemoratur, creditor preferitur fisco etiam in casu imponenda pœna corporalis, idq; fuit particulari ratione, quae refertur, constitutum, ibid. nu. 80. cum seq.

Fiscus postponitur in pœna creditori priuato, etiam si de credito non constet, nisi ex confessione ipsius debitoris iuxta Bar. traditionem, qua per D. Authorem ingeniosè distinguitur, & declaratur, ibid. nu. 82. fol. 72.

Fiscus possidens bona debitoris ex pœnali causa an teneatur non ordinario; sed summario iudicio alijs creditoribus satisfacere. Pro resolutione huius questionis, & pro conciliandis Bald. & Rom. opinionibus inter se pugnantibus bona, & non contemnenda subiicitur distinctio inter creditores li-

quidos,

I N D E X.

quidos, & non liquidos, ibid. nu. 83.
fol. 73.

Fiscus non semper, quando est actor, ordinariè suam actionem instituere debet: quia quædam cause fiscales ordinario iudicio procedunt, & quædam summario tractantur, ibid.

Fiscus si post exactam pœnam fideiussoris de præsentando reo, ex delicto deinde inficer bona eiusdem rei: quia ipse de lucro, & fideiussor certant de damno, tenebitur fideiussori ad damni passi refectione, & si pœnam adhuc non fuerit assequutus, tutus erit fideiussor cedendarū actionum exceptione, ibid. nu. 84 fol. 74.

Fiscus in pœnarum persequutione caret restituzione in integrum.

Amplia secundum Honde. id procedere, etiam si per confisicationem successerit minori, cui ius petenda restitutionis competebat. Sed quia proxime dictis refragari videtur Affict. decisi. tradentis, fiscum etiam ad lucrum restitui ad instar minoris, idcirco declara, & distingue traditiones has inuicē aduersas, ut per D. Authorem, ibid. nu. 85.

Fiscus an in pœnis hypothecam habeat? punctus est difficilis, qui multos controvit DD. quorum quinq; opiniones variae referuntur. Deinde distinctione soluitur questio in hunc modū, ut in bonorū publicatione nunquam fisco eiusmodi ius, & priuilegiū competit iuxta Gul. de Cun. opinionem. In alijs verò pœnis post sententiā tantū hypotheca exoriatur secundum Bart. frequentius receptum; quæ dabitur fisco aduersus principalem debitorem pœnae, ac illius bona; non autem aduersus alios creditores. Verum quia huic distinctioni obstat videbatur decis. Reg. Cam. & Collat. Consil. recollecta per D. Reg. de Pont. ideo super ea habetur aliqualis discursus, ex quo constat, decisionem illam fuisse fundatā super particularibus rationibus, quæ

vigebant in illo casu, & sic unum ab altero longè distingui; & demum de illa decis. dubitatur, prout addubitauit idē recollector, et sic in casus similis contingētia erit opus noua, & ampliori cogitatione, ibid. nu. 106. cum duob. seqq. fol. 82. & remissione de fisc. usur. nu. 20 fol. 121.

Fiscus an in expensis erogatis in persequendo, & capiendo aliquem famosū delinquentem, & postea damnatum cum bonorum publicatione, & ceteris creditoribus præferendas, si bona omnibus non sufficiant: In obiecta difficultate duas opiniones contraria, qua recensentur, distinctione conciliantur hoc modo, si fisci opera sit effecta, & redditia melior creditorum conditio, is sanè præferetur; quasi usque illorum negotium gesserit; alias fiscus, & exemplum adducitur, quo res redditur per spicula, ibid. nu. 109 fol. 85.

Fiscus de bonis ad eum peractis tenetur satisfacere creditoribus illius, cuius bona ipse sibi vēdicauit, ibid. nu. 110. fol. 86.

Fiscus secundum Mand. Alb. habet electionem uno ex tribus modis soluendi creditoribus antedictis, vel soluendo de propria pecunia, vel dando in solutum bona debitoris ea forma, qua permittitur heredi cum beneficio legis, & inuentarij, vel dando creditoribus etiā inuitis bona propria ipsius fisci; at pace tanti viri dixerim, secundus casus non procedit sic simpli- citer; sed indiget declaratione, qua subnectitur, & ultimus aperte repugnat veris legum principijs, ibidem num. 111.

Fiscus tenetur ad exolutionē gris alieni non solū quando uniuersa delinquentibus bona capit, & occupat; sed etiā quando partem dumtaxat; nam pro oneribus respondebit pro rata portio- nis per eum vindicatae, hæc; contributio erit facienda ab eo, nedium quādo extranei possident cetera bona de-

linquen-

INDEX.

linquentis; sed etiam si ipsem, qui quotam bonorum partem amisit, posse fideret. Quod ita demum obtinebit, si fisco pars bonorum applicetur per viam quota universalis; non autem particularis, ibid. nu. 112. fol. 87.

Sed questionis est, an fiscus teneatur satisfacere etiam ijs, qui tempore, quo bona in eum rediguntur, erant creditores sub conditione, quae postea purificata est. In hoc punto Bar. & Bal. inter se contrary fuerunt; sed praevaluit opinio Bal. affirmantis, tum propter plures DD. autoritates, tum propter meliores rationes. Alijs pro concordia harum opinionum distinxerunt credita contracta sub conditione potestatua ab alijs; quando autem opinio affirmativa esset recipienda absq; hac distinctione, & sic etiam quo ad credita sub conditione potestatua, erit saltem admittenda, quando omnis fraus abest, ibid. num. 113. cum sequentib.

Fiscus si tanquam publicata occupet bona alicuius, sui debitoris ex alia causa, statim sibi soluisse censetur, & reliquum veniet in confiscatione. Inde sit, ut non possit agere pro eodem credito super alijs bonis eiusdem debitoris, scilicet in alia Provincia, quae non sit sub ditione eiusdem Principis, ibid. nu. 116. fol. 89.

Fiscus soluere tenetur etiam ea debita, ad quae naturaliter tantum erat obligatus is, cuius bona ad ipsum deuenirunt, estq; communis, ac recepta Scriptentium sententia, ibid. nu. 117.

Fiscus tenebitur respondere pro oneribus, etiam si damnato fuerit pena remissa; non tamen bona restituta, quinimodo taliter restitutus non tenebitur, si bona in posterum acquirat; at si ex Principis indulgentia bonorum parte recuperet, contribuet una cum fisco pro rata, à qua erit exemptus, si restitutio fuerit restricta ad rem aliquam certam, veluti ad domum, vel fun-

dum, ibidem num. 118.

Fiscus de bonis viri confiscatis tenetur praestare uxori pauperi quartam sibi debitam ex auth. præterea, & in hanc sententiam itum est frequentius, quam restringit Pereg. quando fori consuetudo hoc non admitteret. Item dubitatur de iudicio Fiscalium, an in præxi reciperent eam, & multò minus in casibus illis, in quibus etiam filiorum legitimā fiscus occupat, ibid. nu. 119. cum seq. fol. 89.

Fiscus tenetur soluere dotes, aliaq; iura dotalia uxori eius, qui publicationem passus est, etiam si uxor virum rebellem sequatur iuxta communem, de qua testantur Suar. & Bonacoff. ibid. nu. 121. fol. 91.

Fiscus, retentis eidem terminis, sentetur restituere dotem etiam confessam in omnibus illis euētis, in quibus uxor pro ea agere potest, siue aduersus haeres viri, siue aduersus alios creditores, cessante tamen omni fraude, ac coniectura dolii, ibid. nu. 122.

Imo tenetur eidem praestare portionem bonorum acquisitorum constante matrimonij, stante lege municipalis de communicandis eiusmodi bonis inter coniuges, ibid. nu. 122.

Fiscus an teneatur constituere dotes filiabus eius, qui publicationem passus est ex crimine lege Maiestatis & super hoc articulo tres recensentur opiniones, duas inuicem pugnantes, ultima conciliatrix, quae capaces dotium arbitratur filias natas ante crimen à patre admissum, & nascituras excludit. Ceterum negatiua sententia videtur in iure verior, & recte deducitur ex l. quisquis, cuius generalitas videtur omnino respucere distinctionē supra commemoratam, ibid. nu. 123. cum seq.

Fiscus an maneat obnoxius nedum ad debita exoluenda; sed etiam ad legata, & fideicommissa præstanda; properfecta, & plena huius questionis resolu-

I N D E X.

lutione quatuor distinguuntur casus cum sub distinctione ultimi.

In primo, quando bona rediguntur in fiscum culpa testatoris, veluti si testamento condito, ac legatis, & fideicommissis relictis, tale admisit facinus, ut bonorum publicationem sit passus, tunc indubitate iuris est, fiscum esse exemptum ab huiusmodi legatorum prestatione; quinimo si soluerit, poterit solutionem condicere: ex quo testator caruit testamenti factio[n]e, & hic casus, ut est dictum, manet penitus extra omnem controversiam, ibid. nu. 125. cum seq. fol. 92.

In secundo, quando heredis culpa fiscus bona capit, veluti si necem testatoris vindicare neglexerit, & manifesti iuris est, fiscum teneri haec omnia prestatore, & ratio est obvia, & euidens: quia heredis delictum nec testatori obesse debet, ut sine eius culpa irritatio[n]is voluntas. Nec legatariis, vel fideicommissariis nocere, quod esset, si absq[ue] ipsorum delicto relictorum emolumento priuarentur, & hic pariter casus indubius reputatur apud Scribentes, ibid. nu. 127.

In tertio, quando culpa utriusq[ue], veluti si heres accommodat fidem testatori ac restituenda indigno hereditate, & erit affirmandum, fiscum pariter teneri ad omnia relicta ex particulari lege, que affertur, & non contemnenda ratione, quae adducitur, ibidem nu. 128. fol. 93.

In quarto, & postremo, quād neutrius, nec testatoris scilicet, nec heredis culpa ad fiscum bona deferuntur, veluti quando ipsa tanquam vacantia occupat, nullo existente herede, vel existente, & hereditatem adire nolente; quoniam in hac facti figura grauis est inter DD. altercatio[n]e; idcirco pro eius dilucida explicatione erit utendum sub distinctione, ex qua sane quatuor exoriuntur casus mox explanandi, & resoluendi.

*In primo, quando nominatim fiscus grauatur, omnia relicta debetur ex aper-
to Martiani responso, cuius verba in-
sinuantur, ibid. nu. 130.*

*In secundo, quād fiscus generice grauatur, veluti si decedens dicat, qui mihi heres erit, restituat hereditatē Caio, vel fundum det Mevio, & in hac spe-
cie utiliter relinqu concors est DD. opinio, ibid. nu. 131.*

*In tertio, quando in testamento, ex quo nemo hereditatem adiicit, & fiscus bona vacantia occupat, adesset clausula codicillaris, vel iuramentum, quod eandem vim haberet, vel legata pia. Et in his eventis fiscum teneri ad legatorum, & fideicommissorum onera pro-
fessi sunt multi ex Scribentibus, quo-
rum traditio evident[er] confutatur ra-
tione. Nam si fiscus capit hęc bona, ut
heres (quod principaliter controversit) etiā seclusa clausula codicilla-
ri, & iuramento legata utiq[ue] præsta-
bit; sed si non ut heres, & huiusmodi
clausula nequaquam iuuabit, cum non
operetur, bārede non existente, ibid.
nu. 132. fol. 94.*

*In quarto, quando nullo ex predictis cō-
currente fiscus vacantia bona occu-
pat, an urgeri possit ad legatorum, &
fideicommissorum præstatiunem, hoc
opus, hic labor, siquidē ingens exor-
ta est controversia inter grauissimos
iuris Interpretes, tūm antiquos, tūm
modernos, quorum dicti, & rationi-
bus diligenti, & accurato studio ex-
pensis, ponderatis, & examinatis post
amplam disputationem concluditur
pro affirmatiua uti receptiori, & ve-
riori, que confirmatur, & stabilitur
apertis iuribus, firmis, & validis fun-
damentis, exquisitisq[ue]; rationibus cū
facili cōfutatione obstantium, & con-
trariorum, ibid. nu. 133. vñq[ue] ad 139.
Supra firmata conclusio minori cum dif-
ficultate pcedet apud Hispanos, apud
quos lege particulari cautum est, le-
gata, & fideicomissa conseruari ne-*

dum

I N D E X.

dum nomine adeunte; sed etiam nomine instituto, *ibid. num. 139. in fin. fol. 101.*

*Fiscus secundum Bar. non succedit hereditati, secundum Bal. est loco Prælati, non heredis, secundum Cuman. non venit per successionem; sed per annihilationem personæ secundum Innoc. equiparatur Arrogatori, & similibus, qui veniunt non ut heredes; sed ut successores universales, & secundum Anch. potius succedit bonis, quæ personæ, & tenetur uti possessor bonorum, non ut heres, *ibid. nu. 134. f. 95.* Et bona vacaria iure dominicali, uti Principi debita capit, *ibid.**

*Fiscus secundum Bal. licet non sit institutus heres; lex tamen facit eum heredem, & secundum eundem venit ex titulo, unde fiscus, & secundum Bar. bona vacantia hereditatis petitione; quæ vero eidem applicantur propter delictum, petit reiudicatione, & secundum eundem Bal. auferens bona ab indigno, habet uti heres remedium. fin. C. de edict. Diu. Adrian. & secundum eundem est quidam heres anomalous, quem de omnibus participare subtiliter dixit Acc. *ibid. nu. 135. cum seqq. fol. 96.**

*Fiscus ad onerum solutionem non potest virgeri, quando bona sibi delata alteri concessit: eo enim casu non ipse; sed concessionarius creditoribus respondere tenetur, *ibid. nu. 156. fol. 109.**

*Idque obtinet indistinctè quovis modo si facta concessio, siue de bonis, siue de hereditate, patrimonio, aut facultatibus alicuius, *ibid.**

*Declarata, dummodo concessio sit, vel universorum bonorum, vel quota ipsorum partis: aliud enim ius stat aliquibus particularibus bonis donatis, *ibid.**

*Obserua pariter fiscum videntem bona ad se delata in subsidium emptoris esse à creditoribus conuenienter ex speciali ipsius priuilegio: nam aliud ius viget in priuatis venditoribus, *ibid.**

*Fiscus non tenetur ad onerum dissolutionem, si bona ad se delata non sufficiant: nam ultra vires ipsorum non conuenietur à creditoribus, etiam non confecto inuentario, & in hanc sententia DD. abierunt frequentius, *ibid. num. 157.**

*Difficultas tamen ingens inter Scribentes exoritur, quādo Princeps uti quilibet priuatus ex testamento, vel ab intestato alicuius bona capit, utrum spreta inuentarij forma ultra vires hereditarias teneatur. Hic difficilis admodū, & anceps est articulus; post quā D. Author (post relatas duas opiniones contrarias, ac tertiam uti medianam extremas sententias conciliat) dum vult fiscum hoc casu teneri; sed restitui aduersus inuentarij conventionem) cum casus emiserit, relinquit cogitandum, *ibid. nu. 158.**

*Fiscus ex particulari priuilegio poterit bona semel agnita, & incorporata repudiare, & eximere se à nexu obligationis, etiam si supersint bona, & coperit satisfacere creditoribus, *ibid. nu. 159. fol. 110.**

*Fiscus ad eris alieni dissolutionem, non autem ad usuras tenetur ex peculiari priuilegio. Quod obtinet in usuris debitis ex mora; non autem in his, quæ in compensationem, et emendationem fructuum debentur ex frequentiori DD. opinione, *ibid. nu. 160.**

*Qui pariter memoratum priuilegium conquiescere, & cessare sunt arbitratii, quando usura cum defuncto currere ceperissent, *ibid.**

*Ceterum lis non modica est inter DD. quo pacto sit hoc intelligendū, & Bal. opinio præualuit, fiscū indistincte teneri tam pro tempore praeterito, quam futuro, quādo agitur de usuris ex pacto debitis; sed si controvèrtatur de usuris ex mora proficiscentibus, eundem teneri ad soluendum eas, quæ fluerunt tempore Authoris sui; non autem postquam ipse successit, *ibid.**

Fiscus

I N D E X.

*Fiscus non tenetur ad dissolutionem
vniuersi gris alieni eius, cuius bona
infiscavit, quando bona, & pariter
ex alienum erant in diuersis Provinciis : sed quilibet fiscus tenetur solue-
re debita in sua Provincia contracta,
prout quilibet occupat bona in sua di-
tione existentia, quasi diuersa sint pa-
trimonia, ibid. nu. 161. fol. 111.*

*Fiscus quilibet secundum vnam opinio-
nem pro rata bonorum debet agnosce-
re debita, ita ut estimatis bonis sub
diuersis ditionibus existentibus fiscus,
qui plus commodi sentit ex bonorum
publicatione, plus oneris ferat ; At se-
cundum aliam quilibet indistincte
tenetur substatinere onera sui territorij
usque ad concurrentem valorem ipsorum bonorum, & haec opinio verior
videtur, velut fundata super ratione
equalitatis seruanda, que in medium
adducitur, ibid. nu. 162. fol. 112.*

*Fiscus cum in priuati ius succedit, uti-
tur iure priuati; sed tamen postquam
succedit, suo potestur priuilegio, de-
fisc. v. sur nu. 31. fol. 123.*

*Vid. in verb. abolitio, appellatio,
Baro, classicus, communio, creditor, do-
natio, editum, Episcopus, exequitio,
feudum, fideiussor, gabella, graduatio,
ius accrescendi, pignus, pœna, posses-
sor, Princeps, regalia, vſura.*

F O E M I N A.

Vid. in verb. adoptio, substitutio.

F R A T E R.

Vid. in verb. immunitas.

F R A V S.

*Fraus præsumitur eo ipso, quod debitor
scit se creditorem habere, vel habiturū
esse, & bona ipsius esse imparia ad solu-
tionem gris alieni. Item deducitur
ex multis alijs coniecturis, de quibus
per Bar. qui remissiū commemoratur
in l. 1. nu. 7. de iur. fisc. fol. 7.*

Vid. in verb. substitutio circ. fin.

GABELLA.

*Gabella non soluitur de venditione
rerum fiscalium; sed an prestetur*

*de portione priuatum tangente, quan-
do fiscus ratione partis vendit rem
cum aliquo particulari communem;
& idem concludit D. Author, firmis
fretus rationibus, & respondendo con-
trarijs, de vend. rer. fiscal. nu. 79. &
84. fol. 38. & 41.*

*Gabella an sit soluenda ex necessaria
venditione. Quæstio est difficilis, &
plena scopolis, ad quos dum feruntur
incaute impingunt multi, pro negati-
ua stat communis Scribentij opinio,
quam Laffart. oppugnat, sed D. Au-
thor eam strenue defendit, & tandem
pro perfecta dilucidatione tres consti-
tuit casus.*

*In primo continente necessitatem ex vo-
luntario initio proficiscentem, v. g. si
vendatur res sub hasta creditorum
impulu, profitetur gabellā deberi in-
specto initio voluntario, quod attendi
debet, & testatur de communī explosa
contraria Bertach. opinione.*

*In secundo continente necessitatē facti,
ac vis maioris, inter quæ connume-
ratur tempestas, incursus latronum,
ac id genus, quæ violenter cogunt ad
aliquid faciendum, & in his terminis
rectè procedit communis opinio, quic-
quid dixerit Laffar.*

*In tertio continente necessitatē lega-
lem, veluti quando quis compellitur
ad vendendum pro construenda Eccle-
sia, vel tempore caritatis, alijs uero huius
generis casibus, & in his omnibus ve-
rius est, rectigal deberi, ut optimè re-
soluit Laffar. pulcherrimis argumen-
tis ex testimonio D. Authoris, ibid. nu.
79. cum seqq. fol. 38.*

*Gabella non debetur, quādo Princeps ab
aliquo priuato rem aufert ex causa
publica utilitatis, dato equivalenti
pretio: quia licet interueniat pretiū,
non est venditio; sed satisfactio rei
ablatæ ex Laffar. sententia, quæ uti
elegans commendatur, ibid. num. 85.
fol. 42.*

Vid. in verb. immunitas in fin.

GEM-

I N D E X.

G E M M A.

Gemmæ, & lapilli ubicunq; inueniuntur,
occupantis sunt, de class. num. 110.
fol. 199.

Et quod ad acquisitionem non procedunt
in omnibus a pari cū rebus captis ab
hostibus, ibid. nu. 118. fol. 202.

GENITIVS.

Genitiui natura est indicare dominium,
de class. nu. 55. fol. 185.

GRADUATIO.

Si Regij Aerarij inopia superuenerit,
creditores omnes, vel hypothecam,
vel personalem tantum actionem ha-
bentes preferendi sunt, & quod supe-
reft, erogatur pro satisfaciendis dona-
tionibus, de fil. Offic. nu. 105. fol. 299.

In primis, & ante omnia ex eodē Aerar-
io stipendia militibus sunt persoluē-
da, eodemque iure, & priuilegio po-
tiuntur additamenta illa, qua ultra
consueta stipendia virtutis gratia
militibus tribuuntur vulgo vantagia
nuncupata, cum non sit de additame-
to diuersum ius statuendū, tanto ma-
gis: quia hunc honorem habere con-
sueuerunt virtute, ac nobilitate præ-
stantiores, qui ipsius exercitus nerui
dici possunt, & duplicarij à Roma-
nis appellabantur, ibid. nu. 107.

In eodem loco, & pari gradu stipendia
Iudicantibus debita reponenda sunt,
atque impensa omnes, que in belli-
cis apparatis, ac munitionibus, &
in iustitia administranda necessarie
sunt, ad quod expenditur non minus
elegans, quam vera D. August. sen-
tentia, ibid. nu. 108. fol. 300.

Nec aliquis iuste conqueri potest de hac
Iudicium, ac militum prælatione, cum
bi sua opera uniuersam Rempubl. atq;
summam rerum, quasi totius pigno-
ris causam saluam faciunt, ibidem
num. 109.

Inde fit, non esse magnificiendam inda-
gationem Anchæ. tradentis, militem
creditorem ceteris personalem actio-
nem babentibus esse preferendum, cū

ex supradictis constet etiam hypothe-
carij esse potiarem, ibid.

Secundo loco iuxta usum forensim, qui
inualuit, graduandi sunt tam hypo-
thecarij, quam chirographarij credi-
tores, seruata tamen inter ipsos præro-
gativa, ut scilicet hypothecam haben-
tes preponantur personalem tantum
actionem obtinentibus, postpositis, ac
posteriori loco collocatis prætendentib-
us aliquas qualitates profluentes ex
dominicis largitionibus meritorum
causa factis, cum illarum solutioni fi-
scus non sit obnoxius, nisi cum vires
Aerarij sufficiant, deducto, ne Domi-
nus egeat, ac omni ere alieno, ibidem
num. 110.

Hinc paruifacienda est Capyc. addubita-
rio, dum non absque hesitatione opini-
natus est, supradicta esse intelligenda
in debitiss contractis ante celebratas
donationes, ac eo tantum casu credi-
tores esse præponendos; siquidem ipso-
rum causa semper est potior, ibid. nu.
111. fol. 301.

Amplia etiam si buiusmodi largitiones
fuerint à Principe obtenta ob bellica
seruitia, ac insignia in Rempubl. me-
rita, non obstante ratione in contra-
rium adducta: nam ei uiliter, & fa-
cili negotio occurritur, & satisfit, ibi-
dem nu. 112.

Illud tamen fuit in magna positū cōtro-
uerſia, an buiusmodi cōcessionarij sint
in creditorū numero reponendi, quan-
do Princeps bona donata sub hypothe-
ce vinculis deduxit. D. Author asse-
rit in quodā conuentu habito maiore
partem illorum, qui consultationi in-
terfuerunt, in beneficium donatariorū
inclinasse, de qua ipse cum non nullis
alijs merito addubitauit pppter urgē-
tē rationē, quā recenset, ibid. nu. 114.

Opinatur tamen buiusmodi donatarios
esse alijs absque hypotheca preferen-
dos, ibidem.

Amplius Aerarij inopia sic suadente
poterit Princeps buiusmodi largitio-

INDEX.

num solutionem differre; nec cautela per Capyc. excogitata concessionarijs proderit ex optimè consideratis per D. Authorem, ibid. nū. 115. fol. 302.

Quinimò etiā ipsas largitiones pro parte tollere, ac perimere, nec erit res noua; sed roborata exemplo Caligula, qui commoda emerita militia præcidit ad sexcentorum millium summā. ibid. nū. 116.

Et pariter si Reipublicæ vtilitas sua deat, ac necessitas expostulet, etiam perfectis largitionibus conditiones adjicere, ac in uniuersum reuocare, prout in Hispanijs, & Lusitania lege generali lata alias factum fuisse legimus, ibid. nū. 117.

Et quamvis Princeps propter reuocatas, vel diminutas donationes iam factas bene merentibus teneatur eisdem reficere damnum; nihilominus quando id agit ex causa publicæ vtilitatis, necessitatis impulsu, uniuersali lege lata, & vi supremæ potestatis, ad nihilum tenetur, quibus adnecte rationem à nemine adductā; sed ingeniosè à D. Authore excogitata, ibid. nū. 118.

Huius Aerarij Regij occasione obiter indicatur Comitis Lemenium prudētia in restaurando regio patrimonio, ibid. nū. 119. fol. 303.

G R A T I A.

Vid. in verb. abolitio.

H A E R E S.

Vid. in verb. actio, alimenta, officium.

H O M O.

Hominum cupiditas indiscreta, de vendit. rer. fisc. l. 1. nū. 5. fol. 16.

H O S T I S.

Hostem capienti non licet ducere per territorium alterius Principis amici utriusque ex Imul. responso, de class. nū. 114. fol. 201.

Ab Hostibus reuersus cum primū in amicam Ciuitatem venerit, libertatem recuperat, ibid. nū. 115.

Declara, ut nū. 118. vers. sedūdō fol. 203. Hostium bona non uno, evdemque modo diuiduntur inter capientes: nam diuersus mos seruatur in distributio- no præda facta in pugna Campestris ab eo, quando distribuitur præda facta in discursu, qui ita, sermone Caualcata appellari consuevit, & ita usum inualuisse attestatur post alios D. de Franch. ibid. nū. 118 fol. 202.

Hostiū bona nemo prædari potest absq; Principis licentia non indicito bello; ibidem.

Vid. in verb. gemina, populus, securitas, & transfuga.

I E I V N I V M.

Vide unum verbum in dictione substitutio.

I M M V N I T A S.

Pater duodecim liberorum honoratissima munera quiete donatur, atque perficitur, quamvis ex regula quilibet priuatus suæ patriæ debita onera subire teneatur, de decur. in prin. vsq; ad nū. 3. fol. 135.

Primum obserua, hanc immunitatem communī Scribentium schola esse intelligendam de munib; patrimonialib; tūm quia de personalib; alia extabant Imperatorum constitutions, tūm etiam quia pater quinque liberorum numero excusatur à personalib; & trium legationib; publicis liberatur, ibid. nū. 5. cum seqq. fol. 136.

Secundō obserua huiusmodi exceptionem locum habere in munib; suscipiens tantum optima ratione, quæ recensetur, & ideo si pater aliquod munus suscepit, & deinde liberi superueniant, ab onere suscepto non liberabitur. Hinc videmus, morem inualuisse in Reg. Cam. expediendi prouisiones, ut pater duodecim liberorum minime potiatur immunitate quæ ad debita contracta ante huius exemptionis adeptionem, ibid. nū. 11. cum seqq. Verum enim verò difficultas apud No-

strates

I N D E X.

Strates exorta est, an būiusmodi immunitas extēdatur ad matrem, cum lex de patre tantū loquatur, & post non nullas leges aduersus matrem ponde-ratas, concluditur affirmatiue confu-tatis contrarījs, & ita aliās in ma-tris fūore fuisse iudicatum attestatur Consiliar. de Bottis, ibid. num. 15. cum seqq. fol. 137.

Porrigitur etiam commemoratum priuilegium ad fratres pro communi, & indiuiso viuentes cum alio fratre duodecim liberos habente, ibid. nu. 19. fol. 138.

Praefata immunitas adhuc perdurat uno ex filijs defuncto ex frequentioribus Doctorum placitis, & ita in Reg. Cam. aliās iudicatum attestatur Ann. sen. quinimō eadem iuris censura manet omnibus filijs deficientibus ex sententia Valenz. Piscat. ex quo liberorū numerus dumtaxat ad priuilegij adēptionem necessarius est; non autem ad illius conseruationem, ibid. nu. 20. cum seqq. fol. 138.

Obserua ulterius, prodeſſe patri, si ultimus filius sit natus in octauo mense, & paucis superuixerit horis, dūmodo ante illius obitum sit aſsecutus immunitatem: quamuis enim partus octimēſtris pro abortiuo babeatur, cum ſecundum Medicorum canones viuere non poſſit; tamen propter temporis conceptionis ambiguitatem ſemper in dubio preſumitur vitalis, ibid. num. 23. cum seq.

Animaduertere in ſuper patri non prodeſſe filios mortuos ante adeptam hanc im-munitatē, niſi in bello deceſſent pro Principe, vel Republica: quia hoc euētu ad inſtar ſuperſtitum faciunt nu-merum, cum per gloriam viuere di-cantur, ibid. nu. 25. fol. 139.

Illud non eſt hic reticendum, filium ſci-licet in utero exiſtentem patri non prodeſſe ad hanc immunitatem conſequendam, quamuis aliās qui in utero eſt, babeatur pro natu in ſuſauo-

rem, & ita in Senatu Pedem. rece-pturn eſſe attestatur Thesaur. rela-tus, ibidem num. 26.

Et quia haec immunitas eſt fauorabilis ſecundum Rip. & ideo latifimē inter-pretanda ſecundum Hieron. Gabr. & tam patri, quam filio confeſſa eſt ſecundum Socin. Vnde ex his deduci-tur, rectē iudicatio Reg. Cam. dum de-terminauit, etiam patre mortuo fi-lius eadē perfrui immunitate, cui de-ſiſionis ſuffragatur alia Senatus Man-tuan. apud Surd. & minus rectē conſuſſe Pedemontanū apud Thesauros contrariam opinionem nimis enixē defendantes. Quinimō eidem immu-nitati erit locus, ſiue quis ex una, ſiue ex pluribus uxoribus pater duo-decim liberorum fiat, poteritq; pa-riter eodem priuilegio uxor eius vi-dua caſtē viuens, ſiue omnium, ſiue aliquorum filiorum mater fuerit, ſiue nullius ex Piscat. ſententia, quam D. Author dicit eſſe obſeruatione di-gnam, ibid. nu. 27. cum seq.

Qua de re illud animaduertere oportet, neque filios naturales, neque adopti-uos ad hanc immunitatem obtinen-dam prodeſſe patri, niſi naturales eſ-ſent legitimi, ſiue per reſcriptum Principis, ſiue per Religionis ingreſsum ex docto reſponſo D. Regent. de Ponte, quod recenſetur, ibid. num. 29. cum seq. fol. 140.

Conſequitur autem ſatis controverfa-queſtio, an nepotes ex filio, vel fi-lijs augeant numerum, & quomodo, & an ſemper. Et aduersus D. de Franchis poſt Thesaur. concluditur, ſingulos ad numerum augendum nu-merari, etiam ipſorum patre viuen-te, & ita inualuit moſ, ſtylus, & obſeruātia Reg. Cam. Idque procedit, ſiue filij, vel nepotes mares ſint, ſiue fæmina: quia in fauorabilibus maſculinum concipit fæmininum, & ſiue filij ſint emancipati, vel Religionē in-gressi, & etiam ſi filii ſint nuptæ,

I N D E X.

- ibidem num. 31. usque ad 38.
Et tandem in beneficium patris obser-
uare oportebit, hanc immunitatem,
non posse tolli neque per Communita-
tem, neque per statutum, imo nec e-
tiam per ipsum Principem de potesta-
te ordinaria, & sine evidenti necessi-
tate publica, cum sit hoc ius tertio
quaesitum à lege communi. Hinc at-
testatur Thes. Senatum Pedemont.
censuisse nō esse interinandum rescri-
ptum à Principe obtentum per quan-
dam Vniuersitatē, ut milites in qua-
libet domo, etiam priuilegiata ob nu-
merum 12. liberorū hospitari possint,
ibid. nu. 39. cum seqq. fol. 141.
- Nunc numerare libet aliquot casus, in
quibus hæc patris immunitas cessat.
Primus erit, si Vniuersitas satis pauper
esset, at pater, eiusque liberi diuities,
ibid. nu. 43.
- Secundus, si agatur de oneribus, quæ bel-
li, vel pestis causa imponuntur, cum
ab eis nemo immunis sit censendus,
ibid. nu. 44. cum seq.
- Tertiò attestatur Guid. Pap. in Patria
Delphinali patrem 12. liberorum
non tractari immunitè à subsidij Del-
phinalibus; prout pariter Thesaur.
proficitur ita seruari in Patria sua
in donatiuis, quæ Principi fiunt, & in
taxa ordinaria, quæ ei quotannis sol-
uitur ex pacto conuento, ibid. nu. 47.
fol. 142.
- Quarto sunt aliqui arbitrati, hanc im-
munitatem locum habere dum taxat
in muneribus extraordinarijs, secus
in ordinaryjs; at contraria opinio, uti
verior fuit usu forensi recepta, ut te-
stantur Roland. & Thesaur., ibidem
num. 48.
- Quinto aliqui sunt opinati, tunc immu-
nitatem cessare, quando agitur de
solutione gabellarum, & datiorum
ad Principem spectantium. Super hoc
referuntur obseruantiae contrariae per
utrumque Thesaur. & verior est illa,
quæ immunitati fauet secundum eos-
- dem, quos sequitur D. Author, ibid.
num. fin.
- Vid. in verb. tutela.
- IMPERATOR.**
- Imperatoris, siue Regis Camera distat
ab illa Augustæ, siue Regine: licet
enim ambo ipsam potiantur priuile-
gijs; non tamen eodem modo: nam
Princeps per prius, & principaliter,
Augusta per posterius, & in consequē-
tiā illi s fruuntur, rub. de iu. fsc. n. 5. f. 2.
- Vid. in verb. insignia.
- INDVLIVM.**
- Vid. in verb. abolitio, pœna.
- INDVSTRIA PERSON.**
- Vid. in verb. substitutio.
- INGRATITVDO.**
- Vide in verb. actio.
- INFIRMITAS.**
- Vid. in verb. miles, salarium.
- INSIGNIA, SEV ARMA.**
- Patriarcha coram summo Pontifice cru-
cem deferre nō potest, de class. nu. 147.
fol. 213.
- Episcopus Roma rochettum non defert,
neque alia iurisdictionis insignia,
ibid. nu. 148.
- Proconsul poterat in sua Provincia fa-
sces, secures, praetextam, sellamq; cu-
rulē retinere, nisi eō abiret, ubi Con-
sul præsens foret ex Alex. ab Alex. te-
stimonio, ibid.
- Huc enim vergit illud Plin. hæc est na-
tura syderibus, ut parua, & exilia
validiorum exortus obscureret, ibid.
- Imperatoris aduentu Legatorū dignitas
in umbratur; siquidem luminare mai-
us superuenies minus obscurat ob re-
uerentiam, ibid. nu. 149. cum seq.
- Quo loci commemoratur ingens contro-
uersia suborta inter Io. Andream Au-
riam summum maris Imperatore, &
Marcum Antonium Columnā de non
summissione insignium, ibid. nu. 50.
- INHABILIS.**
- Vid. in verb. substitutio.
- INSINVATIO.**
- Insinuatio non requiritur in remit-
tendis

INDEX.

tendis pœnis quamvis excedentibus summam quingentorum aureorum: quia non est donare, quod suum est; sed nolle acquirere secundum Bal. qui alibi dixit, remissionem pœnae non est donationem; sed omissione lucri, pœn. fiscal. cred. pref. l. i. nu. 59. fol. 66.

Insinuatio in condemnatione pœnarū licet, ut supra dictum est, nō exigatur; requiritur tamen Iudicis decretum, quando Vniuersitas, vel minor eas remittere vellet, & ratio discriminis, & diueritatis inter utrumq; casum adducitur, ibid. nu. 60. cum seq.

Vid. in verb. donatio dominica.

INST R V M E N T V M .

Vid. in verb. substitutio.

I N S V L A .

Insula in mari nata est sub iurisdictione Domini Terræ propinquioris, de class. nu. 22. fol. 175.

Venetiarum Ciuitas quare sit libera? multe rationes recensentur, & demū noua Authoris confederatio, & longè melior adnectitur; quo loci obiter eadem Ciuitas miris laudibus effertur, ibid. nu. 23. usque ad 27.

Insulas occupantes, ita demum dominium, ac earum possessionem retinent, si eas vires habent, ut ipsas tueri, ac defendere possint, alias occupatio quo ad hoc non prodebet, ibid. nu. 27. circ. fin. fol. 177.

INTERESSE.

Interesse voluntatis est non parua considerationis in usibus feudorum, de vend. rer. fisc. l. i. nu. 38. fol. 23.

Vid. in verb. pœna circ. fin.

IV DEX, & IV RISDICTIO.

Iudex ad quem efficitur exequitor sententia per ipsum confirmata iuxta Bar. traditionem frequentius recepta; hoc tamen axioma non procedis indistincte; sed indiget declaracione, ut tunc obtineat, quando uterque Iudex à quo, & ad quem iurisdictionem habent concessam ab eodem in officium, secus in proprietatem, veluti est illa,

que Baronibus est tributa in suos vallos: nam tunc secundus Iudex remittere debet exequitionem facienda à primo Iudice, pœn. fisc. cred. pref. l. i. nu. 29. cum seqq. fol. 57.

Hinc proficiuntur, longè distare iurisdictionem concessam in officium ab ea, quæ in proprietatem conceditur, ibid. num. 30.

Iurisdictionis criminalis in hoc Regno est restricta ad tres casus tantum, mortis scilicet naturalis, ciuilis, & miltationis membrorum, que latius patet de iure communi, ibid. num. 40. & 41. fol. 61.

In eadem iurisdictionis specie sunt absoluere, & condemnare, & ideo qui non poterit condemnare, non poterit absoluere, ibid. nu. 91. fol. 76.

Iurisdictione à Rege Baroni concessa, quantumvis ampla non veniunt ea, quæ concernunt supremum dominium, & supremam iurisdictionem Regis, inter quæ connumeratur ius remittiendi delicta, & concedendi generalem abolitionem, nec non condendi editum uniuersale, ibid. nu. 95. cum seqq. fol. 78.

Iurisdictionis Condomini si duo existat pro inéqualibus portionibus, bona cōfiscata erunt inter eos dividenda pro rata territorij, & eodem modo erunt debita exsolueda, ibid. nu. 164. fol. 113.

Iurisdictione in mari quatenus se extendat, variatum est inter DD. quorum opiniones contrarie recensentur, de class. nu. 18. & 19. fol. 174.

Quoad iurisdictionis exercitium est dividendum mare interiacens, quando duæ Terra adiungunt infra centum miliaaria, & equaliter distant, ibid.

In confessu tamen est apud omnes, si delitum patrari contingat in loco maris eque distanti à duobus territorijs, locum esse præventioni, ibid. nu. 20.

Iurisdictioni, ac imperio Principis subest, qui in illius loco edificat, quamvis solum sit edificantis proprium, ibi-

INDEX.

dem num. 24. fol. 176.

Iurisdictio non potest exerceri in alieno territorio, etiam si sit Principis amici, & confederati, ibid. nu. 90. f. 194. Nec in loco exempto: quia licet dicatur esse in territorio; est tamen extra iurisdictionem, à qua fuit exceptus, ibid. nu. 118. post med. fol. 203.

Iurisdictionis omnimodæ generali sub concessione non veniunt causæ appellationum, ibid. nu. 94. fol. 194.

Vid. in verb. bellum, mare, palatiū, pœna, pralatio, Prorex, salarium, substitutio, territorium, vasallus.

IVRAMENTVM.

Vid. in verb. substitutio.

IV S.

Iuris est regula, neminem plus iuris in alium transferre posse, quam ipsem ei habet, de vendit. rer. fisc. l. I. num. 1. fol. 15.

Iura Hispana quamvis apud nos legum vim non obtineant; tamen magnum pondus, ac autoritatem, prout etiam aliorum Regnorū iura habere debent, de fil. Off. nu. 36. fol. 279.

IVS ACCRESCENDI.

Ius accrescendi non consideratur in fiscis diuersorū locorum, diuersarumq; ditionum, qui inter se nihil commune habent. Inde fit, ut ab uno ipsorū repudiata bona sui territory, nō per hoc alteri accrescant, pœn. fisc. cred. pref. l. I. nu. 162. fol. 112.

Ius accrescendi, seu anomala successio an habeat locum in feidis, post relatas duas opiniones contrarias, & terziam distinguenter concluditur post Cyn. & Andr. negatiue, pro qua opinione comprobanda adducitur, & ponderatur tex. apertus in cap. I. de frat. de nou. benef. inuest. de fil. Off. nu. 80. usq; ad 83. fol. 292.

Quam conclusionem Bal. & ceteri And. vestigis inherendo, produxerunt etiam ad iuda indiuidua, profidentes, fiscum hoc euentu habere ius diuidendi rei communem cum conforte, vel

integrā alienandi ex priuilegio. Quinimò hunc casum esse minus dubitabilem assuerat D. Author: nam concessso feudo indiuiduo, ipso iure censetur inter eos facta diuisio secundum Aluar. & alios, ibid. nu. 84. fol. 294.

Vid. in verb. donatio dominica.

IVSPATRONATVS.

Vide in verb. venditio circ. med.

LAVDEMIVM.

*Audemium non debetur ex contra-
etibus necessarijs, de vend. rer. fisc.
l. I. nu. 80, circ. fin. fol. 39.*

LEGATVM.

Legatum sub cōditione relictum Regine caducatur eius morte ante cessionem diei ipsius relictū; at contrarium iuris est statutum in ipso Principe, in rub. de iur. fisc. nu. 6. fol. 3.

Legatum, quod amittit legatarius recusans suscipere tutelam, applicatur heredi; at non eiusdem; sed fisci emolumento cedet relictū, quo priuatur legatarius, dicens testamentum nullū, & huius discriminis inter utrumque casum existentis pulchra ratio recensetur, pœn. fisc. cred. pref. l. I. num. 13. fol. 52.

Legatarius hypothecam habet pro legati consequitione; non tamen illam posset exercere aduersus creditores, etiā in personali actione, ibid. num. 107. fol. 84.

Legatis vestibus non veniunt prohibite defiri; attamen hoc euentu estimatio debetur, de vest. holob. num. 15. fol. 164.

Legatum, in quo alicui sit data facultas cedendi lapidem, non transmittitur ad heredem, nisi nomen heredis legato adiectum fuerit, de fil. Off. nu. 127. fol. 304.

Declarata secundum Alex. id non procedere, quando certa quantitas fuit taxata, veluti si quis Titio concesserit, ut possit incidere decem currus lignorum, & idem concessionarius morte preuentus, nequisset totam quantita-

tem

INDEX.

tem incidere; nam tunc eius hæres poterit residuum cedere; ibid. num. 129. fol. 305.

Legata annua, quæ legatary morte terminantur, atq; deficiunt, si reliqua sint cum præfinitione alicuius temporis, veluti ad decennium, ad legatary mortui hæredes transmittuntur pro residuo temporis designati, ibidem num. 128.

Legatum alicui factum, cum erit anno rum 14. in fine decimiquartii anni representandum est, ibid. nu 149 f. 310.

Hæres aliquid dare in annos decē damnatus nouissim⁹ die illius temporis ad legatum præstandum tenebitur, ibid. At legatum annum initio cuiusq; anni deberi docuit Vlp. relatus, ibid.

Et ideo si in ingressu cuiuslibet anni decesserit legatarius, eius anni legatum ad hæredem transmittit, ibid.

Pro concordia horum iurium, quæ inter se pugnare videtur, declara, & distingue, ut per D. Author. ibid. usq; ad fin.

Vid. in verb. alimenta, fiscus, milles circ. fin.

LEGATVS.

Vid. in verb. insignia.

L E X.

Lex ubi non distinguit, nec nos distingue re debemus, de class. nu. 109 f. 199 declara, ut nu. 118. fol. 202.

Vid. in verb. donatio dominica, Ecclesia, ius, rubrica.

LIBERTAS.

Vid. in verb. seruus, socius.

LOCATIO.

Locanti operas suas voluntariè conductor non tenetur emendare, & resarcire damna, de re milit. nu. 10. fol. 263.

Vid. in verb. socius.

LOCVM TENENS.

Vid. in verb. substitutio.

MAESTAS.

In legis Iulie Maiestatis pœnam incidit militum delectum habens; sicutdem non est priuatis permisum habere milites, ut arm. usq. nu. 15. f. 228.

Vid. in verb. bellum, securitas.

MANDATVM.

Mandatum procuratoris generalis à tu tore constituti in omnibus litibus, & negocij pupilli resolutur, & expirat ipso tuto defuncto, in litibus, & ne gocij non incepis; in inceptis vero secus, & ita alias decisū in Sac. Cons. attestatur D. de Franch. de decur. nu. 54. fol. 153.

Vid. in verb. socius, substitutio.

MANVMISSIO.

Vid. in verb. seruus.

M A R E.

In mari datur iter publicum. Hinc lex municipalis, qua cauetur, in latrones, qui in publicis vijs graffantur, animaduertere posse illos Iudices, qui eos præuenierūt, nec esse locum remissioni petit per quemcunq; Iudicē, ex qua uis causa, & ex quo uis privilegio, obtinet etiam in latronibus, qui more pyratico in mari graffantur, de class. nu. 11 fol. 173.

Mare adiacens est de iurisdictione Principis, vel Reipubl. dominantis territorio propinquu, ibid. nu. 12.

Fertur enim iurisdictione tanquam spiritus super aquas secundum Bald. ibid. num. 13.

Et in omnibus quatuor elementis considerari potest secundum Capyc. immemorem Paridis, qui per prius hoc idē tradiderat, ibid. nu. 14. fol. 174.

Decima pisciū est soluenda Ecclesiæ Terra propinquioris, ex quo cēsetur quasi decima prædialis secundum Canonistas, ibid. nu. 15.

Portus quamuis sit quoad usum communis; nibilominus quoad iurisdictionem est illius Principis, in cuius regione existit, ibid. nu. 29. fol. 178.

Mare licet territory appellazione veniat, id non procedit in generali concessione Baronie cum suis finibus, & terminis. Hinc addebat Capyc. non comprehendendi in concessione feudi in Regno Siciliae litura, quatenus iactus

balistæ

I N D E X.

balista protenditur, nisi exp̄ressè dicatur, ibid. nu. 37. fol. 180.

Mare, ubi classis reperitur, est territorium ipsius Ducis classis, sicut locus, in quo commoratur exercitus, ibid. nu. 80. fol. 191.

Vid. in verb. territorium, testamentum, vasallus.

M A R I T V S.

Marito debentur lucra legalia etiam publicata dote uxoris, & è conuerso uxori quarta sibi debita ex iuris dispositione, quibus lucris non poterunt se fraudare, testando, nec delinquendo, p̄n. fisc. cred. pref. l. 1. num. 119. cum seq. fol. 89.

Maritus uxori egrotanti si Medicos nō adhibuerit, priuatur dote, si probetur, Medicorum copiam esse in illo loco, de mendic. val. nu. 16. fol. 221.

Maritorum manes quodammodo offenduntur uxoribus trāseuntibus ad secunda vota de fil. Offic. num. 35. fol. 279.

M A T E R.

Vid. in verb. immunitas.

M A T R I M O N I V M.

Vid. unum verbum in dictione substitutio.

M E N D I C A N T E S V A L I D I.

Mendicantes validi, si serui sint, indici addicuntur, liberi colonatui perpetuo adscribuntur secundum leg. Cod. de mendic. val. nu. 1. fol. 220.

Hac pēna immutata fuit de iure Auth. sed hodie utraq; in desuetudinē abyt ex varijs Regionum moribus: nam aliquibus in locis tolerantur, ibidem num. 2.

In Hispanijs certa mendicandi forma est constituta, ibid. nu. 3.

In hoc Regno Neapolitano pēna triremium constituta est, qua plectuntur errones, qui vagabundi appellantur, alibi est arbitraria, ibid. nu. 4. cum sequenti.

Hoc hominum genus inertium, & otiosorum in omni bene instituta Rep. est

improbatum ex Platon. sententia, atq; sanctione, ibid. nu. 6.

Pater se, vel filium debilitans, Iudicis arbitrio venit plectendus; acris tamē, quām qui malam valedudinem stimulantes, herbis facta vulnera sibi comparant, ibid. nu. 7.

Actionem lege Reip. competere aduersus patrem filios debilitantem, & mendicare cogentem, nec non mercedem ab eis exigentem edocuit Senec. in quadā eleganti, & erudita declamat. ibid. nu. fn. fol. 223.

Nobiles pauperes etiam validi, & robusti in hanc pēnā non incident, si mendicando verecūde suam inopiam subleuare procurent, ibid. nu. 8. fol. 221.

Nec pariter senes: ex quo senectus ipsa morbus est, ibid. nu. 9.

Nec Religiose paupertatem professi laudabili instituto, ibid. nu. 10.

Mendicantes validi nedum in pēnas supra commemoratas incident; sed etiā lethaliter peccāt, dum eleemosynas ve ris pauperibus debitas per fictiones, & prauas artes usurpant, ibidem num. 17.

Et quia interdū ad restitutionē tenētur; idcirco queritur, cui sit facienda dicta restitutio; & postposita non nullorum opinione, qui censuerunt, ipsam esse reddendam, vel veris pauperibus, vel in alio pietatis opere insumendam, D. Author amplexatus est sententiam Sot. Molin. & aliorum, qui arbitrii sunt, ipsi donatori vero Domino faciendam esse restitutionem ob rationē, quae recenserunt, ibid. nu. 18. cum seqq. fol. 222.

M E R . & M I X T . I M P E R .

Vid. in verb. classicus, substitutio.

M I L E S.

Miles captus ab hostibus stipendum illius temporis, quo apud hostes fuit, vel donatiua petere non potest secundum communem opinionē non infirmis rationibus stabilitam, quam apud nos usus forensis pariter comprobauit, cō-

futata

I N D E X.

- futata opinione contraria , nec non distinctione Bar. xrum alia Cuiac. vna cum remotione obstantium, quibus facili negotio occurritur , & satisfit, de re milit. nu. 1. usq; ad 24. fol. 261.*
- Amplia , etiam si absq; sua culpa fuerit captus, ibid. nu. 23. fol. 265.*
- Declara diuersum ius militare in emeritis , sc̄ū pr̄mijs , quā Veteranis debentur pro seruitio viginti annorum: nam quād Veteranorum pr̄mia acquirenda, si captiuitas non superuenit militis culpa , captiuitatis tempus ei utique prodest , quod non fuit admissum in Stipendijs , eo quod Principis arario videbatur magis nocere , ibid. nu. 2. & 14. cū seqq. fol. 262. & 264.*
- Miles desertor pariter nec Stipendia, nec donatiua pro tempore desertionis consequitur ; at si fuerit accusatus de huiusmodi crimen, & desertorem non esse appareat; sed iustum fuisse absentiæ causam , tunc medijs temporis stipendia deberi statutum est , idque est bodiernis moribus etiā approbatum , ibid. nu. 18. cum seqq. fol. 264.*
- Inde fit, militem de aliquo crimine accusatum, ac condemnatum , etiam si carcere ei in pænam cedere sit dictum , Stipendia, quā pro carcerationis tempore ei debita erant, perdere ; absoluī vero recuperare, ibid. nu. 22. f. 265.*
- Milites captos, etiam si sint Duces , non tenetur Princeps redimere , prout nec Ciuitas adstringitur ad redimendas naues conductas pro vebendis mercibus ex decisi. D. de Ponte, quā recensetur, ibid. nu. 11. & 12. fol. 263.*
- Militi egrotanti currunt stipendia , quando infirmitas non est diurna , & in hoc Regno per bimestre hoc admittitur, ibid. nu. 23. fol. 265.*
- Milites veterani pluribus sunt decorati priuilegijs. Inter quę illud est, ut possit Princeps pro ipsis remunerādis capere priuatorum prædia soluto Dominiis pretio, de fil. Offic. nu. 13. cum seq. fol. 274.*
- Veteranos ex antiqua consuetudine Gallorum Rex Cœnobij tradit alendos , ibid. nu. 15. fol. 275.*
- Militum, qui in bello strenue dimicādo, occubuerunt , cadavera publicè sepe lienda, ibid. nu. 16.*
- Hac de re apud Athenienses mortis pæna fuerunt multatati Duces etiam victores : ex quo defunctos in bellis acie milites inhumatos deseruerunt ex testimonio Val. Max. ibid. nu. 17.*
- Defunctorum priuilegia plura, de quibus remissiū, ibid.*
- Militē , quę strenua mors in bello tollit, adhuc ut viuum extollit gloria, idque multis authoritatibus exornatur, ibid. nu. 19.*
- Ex superiori immediato axiomate due fluxerunt assertiones Eman. à Costa multū notabiles, & insignes, si verē essent; sed iure merito de his addubitauit Valasc. qui propterea refert, alios DD. cum quadam modificatione illas admisſe; sed eas D. Author indistincte refellit , ibid. nu. 20. cum duob. seqq.*
- Militibus , qui pro Republica occubuerunt, promissa præmia , eorum parentibus, liberis, coniugibus, & fratribus tribuenda sunt ex Cicer. testimonio , ibid. nu. 23. fol. 276.*
- In paternam militiam fuisse ab Augusto vocatos filios alijs postergatis iure, quodam honestatis, & decentiæ , ita Reipublicæ utilitate postulante tradidit Tiraq. cum in paternas virtutes eos succedere sit præsumendum , ibid. nu. 24. fol. 277.*
- Quemadmodum pariter in vitia: siquidem à filijs paterni sceleris exempla metuuntur, ibid. nu. 25.*
- Amplius huiusmodi benemerētium liberi anteponendi sunt ceteris, etiam magis habilibus, ibid. nu. 26.*
- Insuper obseruandum est , banc præmiorum spem posse à mariante testamento legari, ibid. nu. 35. fol. 279.*
- Milites, & Palatini curiales parifican-*

tur

I N D E X.

*tur quò ad disposita in l. cum multa
C. de bon. quæ lib. ibid. nu. 37.*

*Vid. in verb. filius, graduatio, im-
munitas, maiestas, Princeps.*

MILITIA.

*Vid. in verb. feudum, filius, miles,
pignus in fin.*

M I N O R.

Vid. in verb. insinuatio, priuilegiū.

M O R S.

*Vid. in verb. substitutio in penul.
col. tutela.*

M V N V S.

*Munus distinguitur in personale, reale,
quod alio vocabulo dicitur patrimo-
niate, & mixtum. Item in ordina-
rium, & extraordinarium, de cur.
nu. 4. fol. 136.*

*A muneribus personalibus publicis quis
excusatur propter etatem quinquaginta
quinque annorum, non ita ab
onere suscipiendo tutelam; nisi fuerit
etatis annorum septuaginta, ibid. nu.
9. cum seq.*

N O T A R I V S.

Vid. in verb. substitutio.

N V P T I A E.

*Vid. unum verbum in dictione
palatum.*

O F F I C I V M , & O F F I C I A L I S .

Officiorum in omni concessione ea
legitur clausula, vel saltē subin-
telligitur, ut sub conditione fiat, quo-
usque concessionarius se recte gesserit,
pœn. fiscal. cred. pref. l. t. num. 108.
fol. 84.

*Officiales sunt persona publica, ita ut
Magistratus, sicut publicus minister
possit alteri stipulari ex Plat. senten-
tia, de palat. nu. 32. fol. 241.*

*Domus Regia, vel Officialium ubi non
adest, Vniuersitates non possunt com-
pelli ad dandum domum suis Recto-
ribus, ac Capitaneis, quamvis sua pe-
cunia debeant eisdem prouidere de du-
mo; in cuius locatione hos Iudices præ-
ferendos esse opinatus est Aul. ibidem
nu. 33. cum seq.*

*Cuius occasione revocatur in dubium
consiliū Borrell. qui in adfinibus ter-
minis contrarium respondit, ibid. nu.
35. fol. 242.*

*Officij, vel feudi concessio vacantis ob
obitum alicuius bene de Republ. me-
riti est sanc̄ subreptitia censenda, si
Princeps alicui mandauit, ut ipsum
certiore reddat, an defunctus filium
reliquerit, & ille omiserit eundē cer-
tiorare de ventre existente prægnante
ex Valasc. insigni traditione, de fil.
Offic. nu. 30. fol. 278.*

*Officium non transmittitur ad heredes,
etiam si in concessione sit adiecta di-
ctio in perpetuum, que hoc casu intel-
ligetur perdurante Concessionarij vi-
ta, ne ab ipsis rei natura fiat disces-
sus, ibid. nu. 136. fol. 306.*

*Officia morte concedentis nequaquam
resoluuntur, nisi in Gallia, ubi viget
consuetudo, ut à successore Principe
confirmentur, ibid. nu. 37. cum seq.*

*Et nisi esset Officiales ab Episcopis, alijs
que ecclesiasticis Prelatis constituti,
quasi Authorum iure resoluto, ibidem
nu. 139. fol. 307.*

*Officialibus salarym soluendum est eo
tempore, quo alia salarym solui consue-
uerunt, quando nihil est dictum, de
fil. Offic. nu. 150. fol. 311.*

*Vid. in verb. Baro, collatio, dona-
tarius, donatio dominica, emptio, gra-
duatio, Iudex, prælatio, substitutio.*

P A L A T I V M .

Palatia Principis sunt de regalibus,
de palat. nu. 1. fol. 236.

*Hinc (quia regalia non veniunt in ge-
nerali concessione) si concedatur ali-
cui à Rege Ciuitas, vel Oppidum, non
intelligitur concessum palatum, &
ideo in his concessionibus adiiciuntur
illa verba cum palatijs, fortelitijs se-
cundum Capyc. ibid. nu. 2.*

*Palatum, domus dominica, Basilica, &
aula accipiuntur ferè pro synonimis,
ibid. nu. 3. fol. 337.*

Palatijs vero denominationes varie sūt

à Scri-

I N D E X.

- à Soribentibus tradita, ibid. nu. 4.
- Basilica græcum nomen est, idem significans, quod latio sermone Regia, ibid. num. 5.
- Aula licet pro palatio usurpetur, reverè non est, nisi pars ipsius secundum Zabar. ibid. nu. 6.
- Palatia non solum dicuntur Regum; sed etiam Reip. alteri non subditæ, ibid. num. 7.
- Palatum Principis inhabitare interdictum est priuatis personis, ibid. in princ. & rationes recensentur, nu. 7.
- Palatum Principis debet esse in insula secundum Rebuff. ibid.
- Amplius nec circa palatum priuatis licet habitare, nisi ipsi Principi, vel Reipubl. inferuant, ibid. nu. 8.
- In his regijs domibus, seu palatijs alterius, quam Principis imagines depingi, aut nuptia celebrari non possunt, idque in Hispanijs usu receptu vidisse attestatur D. Author, ibid. nu. 9. fol. 238.
- Ad Palatia Principis nemo potest arma deferre, idque procedit etiam in palatio Reipubl. libera secundum Bal. ibidem nu. 10.
- Nisi sint Dux, Comes, vel Marchio, qui sunt excipiendi ab ista prohibitione delationis armorum ex Frec. opinione, ibid. nu. 11.
- Palatijs adhærentia edificia diruuntur, ibid. nu. 12.
- In Palatijs regijs equi, vel currus introduci non possunt; id tamen intelligitur prohibitum, dum Princeps ibi inhabitat, ibid. nu. 13.
- Ante Palatum fieri debent excubiae, & eas deserens acriter punitur, ibidem num. 14.
- In Palatijs regijs delinquentes propriū Iudicem sortiuntur, qui in hoc Regno est magnus Siniscalcus, alijs in Regnis domus regiae maior Praefectus, ibid. nu. 15.
- In Palatio regio delinquentes, & aliquem offendentes, grauius puniuntur, ibidem num. 16.
- Supra commemoratis Palatijs prerogatis gaudent etiam ipsius confinia, ut sunt ostium, scala, portus, nec non & area, ibid. nu. 17. cum seq.
- Sed questionis est an porticus veniat appellatione domus. Super qua post relatas quinque DD. sententias distinctione, qua usus fuit Aret. soluitur quæstio, porticum scilicet domui annexum venire, separatum venire pariter in fauorabilibus, in odiosis. sc̄cūs, ibid. nu. 19 fol. 239.
- In Palatijs regijs baptizari posse, ibid. nu. 20. fol. 240.
- Palatia regia solent habere Capellam exemptam, ac regios Capellanos, qui Ordinaryi iurisdictioni nō subsunt ex Sac. Trident. Conc. decreto, dummodo actu seruant, ibid. nu. 21.
- Verum tamen in eo, quod non reperitur priuilegiata Capella predicta, & eius Capellani, sub Ordinarij iurisdictione manent, & sic tenor priuilegij exceptionis inspiciendus est, ibid. nu. 22.
- Capellanus maior tanquam Prelatus exceptus in suos subditos exercere potest iura Episcopalia, & ita seruari de consuetudine attestantur Card. & Abb. ibid. nu. 23.
- Sed illud hic adnotare nō pigebit, discriminem magnū existere inter exemptionem concessam Capella, & exemptionem datam Capellani: priori enim casu nedū locus ipsius; sed omnes Capellani censentur excepti; posteriori locus Capella nequaquam erit exceptus, ibid. nu. 24.
- In regijs Palatijs Iudices exercere debent iudicia secundum Accur. vel saltim in proximioribus domibus, quando regia non sufficeret secundum Hispanam constitutionē, nec debent alibi residere, alias puniūtur, cuius sanctionis due afferuntur rationes, ibid. nu. 29. cum seqq. fol. 241.
- Palatia regia praescribi non possunt, nisi essent diruta, & si sunt ruinosa, dona-

ri,

I N D E X.

- ri, alienari, ac concedi possunt, ibid. nu. 36. fol. 242.
- In Palatijs predictis stationes, ergasteria, id est officinae mechanicae esse non debent, ibid. nu. 37.*
- In Palatijs prefatis tanquam in capite Ciuitatis possessio accipitur ipsius loci, ac Imperij, ibid. nu. 38.*
- In Ciuitatibus, in quibus non adest Regia domus, debet Principi dari melior, ac magnificentior illius loci, ibidem nu. 39. fol. 243.*
- Pro ipsius Palati constructione, vel ampliatione capi possunt pretio iusto dominus priuatorum etiam in uitorum, ibid. nu. 40.*
- Quam pariter prerogatiuam ad alia publica edificia extendit Auct. ibid.*
- A Palati Regijs non possunt extrabi delinquentes absq; Regis iussu, vel dominus Praefecti, ibid. nu. 41.*
- Quod non procedit in domibus aliorum dominorum alicui Principi subdorum, ibid. nu. 42.*
- Sed questionis est, an ex Principis priuilegio, vel ex consuetudine habete vim priuilegij possit hæc immunitas alicui domui competere? in obiecta difficultate variatum est inter Scribentes, nam d. And. fuit Author negandi; at Decian. substatuit contrarium, bas scilicet immunitates valere: quia tantum sunt contra ius positum. Hinc in Regno Aragonum hanc immunitatem habet dominus nobilium, & in Hispania dominus Legatorum, licet quo ad hoc ultimū D. Author viderit seruari contrarium, & quo ad dominus Cardinalium remittit se ad Farin. sed quoniam hæc posterior opinio de iure vindetur verior in immunitate concessa delinquentibus, qui configiunt ad domos predictas; ideo D. Author pro salvando And. considerat, ipsum loqui in eocasu: qñ iam damnatus ducitur ad supplicium, qui per condemnationem est quodammodo effectus seruus pœna; & ideo hoc priuilegium est magis odiosum, quam primum, ibid. nu. 43. usque ad 47.
- P A T E R.**
- Vid. in verb. *donatio, immunitas, mendicantes, peculium, pignus.*
- PATRIARCA.**
- Vide in verb. *insignia.*
- PECVLIVM.**
- Donatio facta filie ob patris merita profectitia censemur secundū Palac. Rub. de fil. Offic. nu. 56. fol. 285.
- Bona filio ab extraneo obuenta patris intuitu, & contemplatione inter profectitia; non autem aduentitia sunt cōnumeranda, ex sententia mulierum DD. qui recensentur, ibid.
- Concessioni filio facta patris intuitu, possit idem parens alienando, delinquendo, vel renunciando præiudicium inferre: quia profectitia censemur secundum Aret. relatum, ibid. num. 142. fol. 308.
- P I G N V S.**
- Pignus tacite contrahitur propter administrationem bonorum fiscalium, de iur. fisc. l. 1. nu. 13. pag. 9.
- Et incipit currere à die cępti officij; non autem cōmissare fraudis, & male administrationis ad tex. in l. cum oportet S. vlt. C. de bon. que liber. qui licet loquatur de administratione facta per patrē in bonis filij, fuit tamen à DD. productus in administratione tutorū, curatorum, procuratorum, & eorumdem fideiussorum, item Administris fiscalis, & ita per supremum Sabaudie Senatum, & Rot. Florent. decisum, ibid. nu. 22. usq; ad fin. pag. 11.
- Pignoris taciti priuilegium, quod competit fisco, non conuenire Ecclesiae est possum extra cōtроверсiam, de vend. rer. fisc. l. 1. nu. 28. fol. 19.
- Pignus rem communem afficit etiam pro parte socij, de vend. rer. fisc. l. 1. nu. 53. fol. 29.
- Cui licet vendere, multò magis pignore, quod est minus, ibid. nu. 62. fol. 32.
- Res si pignoretur tanti, quanti vendere-

tur,

I N D E X.

tur, potius venditio esset, quam pigno-
ratio : quia non adest spes luitionis,
ibid. nu. 65. fol. 33.

Pignus rei sua minimè consistere potest,
pœn. fisc. cred. pref. l. 1. n. m. 106. circ.
fin. fol. 83.

Militia commoda licet antequam dona-
ta sint, obligari non possint; nihilomi-
nis postea nedum obligationi, sed etiā
exequitioni subiacebunt, de fil. Offic.
nu. 122. fol. 303.

P O E N A.

Pœnis fiscalibus creditores præferuntur,
cuius enunciati exēpla nō nulla recen-
sentur, pœn. fisc. l. 1. nu. 1. cū seqq. f. 50

Pœna à multa differt in multis. Vnde
13. differentie enunciata, & congesse
fuerunt à Rebuff. de quibus remissiæ,
ibid. nu. 5. fol. 51.

Pœnæ fiscales ex P. Molin. qui recense-
sur, in tres distinguuntur species, ibid.
num. 6.

Pecuniariæ omnes ad fiscum pertinent,
ex quo sunt de regalibus. Inde sit, pœ-
nam in dubio fisci commodis cedere,
quando scilicet non sit enunciatus, &
expressum, cui debeat applicari, ibid.
nu. 6. & 7.

Nisi à lege fuerit p̄scripta pœna pro ali-
quo facto, & pro eodem parti tributa,
& concessa actio: ex quo ranc parti,
& nō fisco pœna queretur iuxta Bar.
distinctionem frequentius receptam,
ibid. nu. 8.

Idem concludendum est in pœna conuen-
tionali, que in dubio parti applicatur,
præterquam si versemur in ditione
Sum. Pontif. ubi omnes pœnæ conuen-
tionales sunt fisci ex testimonio D.
Farin. ibid. nu. 9. & 10.

Fallit præterea memorata cōclusio, quan-
do pœna eſſet imposta per verba im-
portantia multiplicationē, inter que
enumerantur dictiones dupli, tripli,
quadrupli, et id genus: nam tūc si hinc
plum parti debeatur, eidē, & non fisco
illud duplum, vel triplū pœnæ nomine
adiectum debetit: quia uti accesso-

rium regulabitur à simulo tanquam
principalī, ibid. nu. 11. fol. 52.

Amplius coangustatur supra firmata re-
gula in pœnis impositis ad emendatio-
nem, seu refectionem damni, quod ali-
cui fuit illatum: tunc enim non ad fi-
scum; sed ad eum, qui damnum passus
fuit, pertinebunt; cuius occasione duo
iura, quæ inter se quodammodo veli-
tari, & configere videntur, notabili
Dyni distinctione, quæ resertur, conci-
liantr, ibid. nu. 12. & 13.

Pœna, que vel à lege municipali, vel à
Principe Iudici desertur, dicitur fisca-
lis: quia eo casu Iudex fisci locū subin-
greditur ex eleganti Auend. traditio-
ne, quæ recensetur, ibid. nu. 16. fol. 53.

Pœnas proueniendas ex iudicij, quæ co-
rā Iudice pendent, & ab illo determi-
nanda sunt, eidē donari à Principe, res
eſſet pessimi exēpli, & idco sanctissimè
lege Hispana hoc uetus fuit; prout pa-
riter consulta S. Maiestate fuit in hoc
Regno abrogatū salariū, quod de istis
pœnis soluebatur Auditoribus Prouin-
cialibus, & iuſsum exolui ex Aerario,
ibid. nu. 17. & 18. fol. 54.

Pœnæ fiscales dicuntur pariter illæ, quas
Barones ex Principis priuilegio à suis
vassallis exigunt, ibid. nu. 21.

Pœnæ sunt iurisdictionis fructus, idcirco
ea concessa statim in consequentiam
veniunt. Inde sit, ut per quacunque
verba sit facta iurisdictionis cōcessio,
per eadem pœnarū exactio sit permis-
sa. Veluti si concedatur à Principe
castrum cum iusticijs, ibid. nu. 21. fol.
54. & nu. 91. in fin. fol. 76.

Pœnarū distributio, si plures sint iuris-
dictionis Condomini, fiet pro rata in-
ter ipsos ad similitudinem aliorū
fructuum, ibid. nu. 21. fol. 54.

Pœnæ pecuniariæ, que per noua edicta
infinguntur, debentur Baroni, etiam
si de nouo fiat delictum id, quod antea
non erat, & ita usus foreſis inualuit,
receptus pariter in hoc Regno, nisi
Princeps cognitionē huiusmodi delicti

I N D E X.

sibi, & non alijs expressè reseruasset,
ibid. nū. 22. & 23. fol. 55.

Quia sumpta occasione proponitur queritio, an Princeps sibi cognitionem, ac exactiōē pœnarum reseruasse videatur, si prohibitionē faciendo, viciatur his verbis, sub pœna ducatorum mille fisco nostro, vel Fisco regio deferenda. In hoc articulo post relatas DD. opiniones illa uti verior admittitur, qua reservationem excludit, & Baronii fauet, cuius Fiscus loco Regi subrogatur, ibid. nū. 24.

Pœnarū compendia Princeps exigit, qui pariter causas auocat data Baronis negligentia, ibid.

Pœnarum exactio pariter ad Principem pertinet, quando Baro nequaquam capax esset cognitionis illius criminis, quod noua constitutione prohibetur, huius generis sunt prohibitions, quæ sicut supremi Imperij vi, ac potestate, quæ nullatenus potest à Principis persona se iungi, nec in alterum quibus cunque verbis, ac amplissimis clausulis transferri. exemplum potest ponи in rebus, quarum extractionem sub pœna prohibet Princeps extra suam Provinciam, & in frumentis, quæ ingravescere annona taxato pretio sub certa pœna vendi iubet, & ita forensis usus inoleuit in hoc Regno. Ad iuris confirmationē in fortioribus terminis adducitur decisio Reg. Camer. compilata per Reg. Mol. in suo opere manuscripto in tit. de iur. tract. ibid. nū. 25. cum duob. seqq. fol. 56.

Pœna Fisco regio debetur, stante lege municipalī, per quam infertur pœna temere litiganti, si à sententia Baronis prouocetur, ac ipsam Iudex Regius confirmet; ex quo non ex sententia; sed ex ipsa appellatione debetur, ex notab. Thesau. dec. que recensetur, ibid. nū. 32. fol. 58.

Pœna corporalis si in pecuniariam commutata fuerit in causa criminali, ex istentibus in eodem castro duobus Con-

dominiis, nempe ciuilis, & criminalis jurisdictionis, ad quem ipsorum pertinabit & in bac controvēsia Capyc. distinguunt inter subrogationē, seu commutationem voluntariam factam ab homine, & necessariā factam à lege; quā distinctionē D. Aubot revocat in dubiū, & post aliqualem disputationē per se habitam, si casus cōtigerit, amplius cogitandum relinquit, ibid. nū. 36. cum seqq. fol. 59.

Pœna pecuniaria nedium; sed confiscatio omnium bonorum spectat ad Baronē, quamvis de nouo buiusmodi pœnam imponere non possit in casibus, in quibus non est imposta, cum incapax sit buius iuris (quod est de maioribus regalibus infixis offibus Printipis) non obstante quacunque forma, etiam amplissima priuilegiorum. Inde fit, publicationem bonorum usurarij Baronibus commodis cedere, & ita maxima adhibita cognitione, & iunctis Consiliarij trium Aularum iudiciorum Sacrum Consilium. Ceterum ab hac traditione erit excipienda publicatio illa, quæ proficiscitur ex criminibus soli Principi reseruatis, veluti lēge Miestatis, false moneta, ac buius generis, ibid. nū. 42. usq; ad 46. fol. 61.

Pœna pecuniaria si modice sint in totū, si magna pro medietate remittuntur per Regentes Collat. Cons. adiecta tamen clausula, dummodo non sint soluta, nec exacta, quæ pariter adiici solet in indulgentia, seu indulto generali concedi consueto ob aliquem saelicem, & iucundum euentum, ibid. num. 58. fol. 65.

Pœna pecuniaria, quas prouentus vulgo in hoc Regno appellamus, non veniunt in liquidatione introytu, et ita alias per Reg. Camer. facta relatione in Collaterali Consilio iudicatu in quādam facti figura, que recensetur, & sic postea usus forensis increbuit, ibid. nū. 67. fol. 68.

Pœna imposta pro damno, & loco in-

teresse

INDEX.

teresse passi non continet causam lucratuam, veluti si fiscus ageret pro damno dato in fundo fiscalis: quia tunc non diceretur lucrum captare; sed rem suam persequi, *ibid. nū. 74. fol. 69.*
 Idq; procedit etiam in pœna priuatis debita in refectionem, & emendationem danni, *ibid. fol. 70.*
 Declara, supra firmatam traditionem non procedere respectu excessus, id est in eo, quod pœna excederet interessum: nam in illo pluri cōtineret causam lucratuam; confert exemplum allatum per Azeued. Doctorem Hispanum magna authoritatis, utpote si stare lex municipalis in aliqua Ciuitate furem esse multitudinem pœna quadrupli distribuenda inter fisum, & priuatum, qui paſsus est damnum, utiq; in ſimplo, quod contineat interessum, causa priuata; sed in reliquo, quod coercet meram pœnam, fiscalis erit potior, *ibid.*
 Pœnae conuentionales non debentur, nisi quatenus cum interessum concurrant, & ita est usu forensi receptum, ut testatur Afflict. at alia pœnae legales, etiam si non interficit fisci, integrè debentur ob delictum, & contumaciam, *ibid. nū. 75. cum seq. fol. 70.*

Pœnam pecuniariam, in quam quis ex delicto incidit, non tenetur exoluere ante condemnationem, idque obtinet tam in foro fori, quam in foro poli, etiam si pœna effet imposta ipso iure, ipsoque facto, estque communis opinio Theologorū, & Iuristarum, contrarium tamen afferitur si pœna illa effet cōstituta in damni refectionem, *ibid. nū. 77. cum seq.*

Vid. in verb. Baro, infinatio, relevium, statutum, usura.

POENITENTIA.

Vide in verb. bellum.

POPVLVS.

Populi omnes in tres distinguuntur species: atq; enim inter se hostes sunt; alij pacem seruant, & alijs, qui inter se neque pacem habent, neque bellum, de-

class. num. 125. fol. 206.
 Populi quamvis extranei, & barbari, domini tamen sunt rerum suarum, etiam si Religionem Christianam, non profiteantur ex Thomistarum, & Canonistarum sententia, *ibid. nū. 127. fol. 207.*

Iudem si quiete viuant, bello à nobis lacerfiri nō debent ex frequentiori eorumdem Patrum sententia, *ibid. nū. 128. fol. 208.*

Sed quo iure isti Populi, qui tertiam, ut diximus, constituunt speciem, possint nostra bona retinere, & nos eorum, circumscripto hostilitatis tiru lo & consule congesta, *ibid. num. 127. cum seq.*

Vid. in verb. securitas, tributum.

PORTVS.

Vid. supra in verb. mare.

POSSESSOR.

Possessori à fisco hypothecaria conuento secundum aliquorum opinionem incumbit onus probandi, siuum autrem non dum cum fisco contraxisse, quando bona ipsi possessori fuerunt donata, aut vendita, alias succumberet; at contrarium ius viget in alio creditore hypothecario: nam suæ erunt partes probare, bona, super quibus fuit expertus hypothecaria, tempore eius obligationis fuisse in bonis, & de bonis debitoris, quod est unum ex extremis assistentiae, & sic secundum eosdem DD. fiscus est satis priuilegio vallatus in actione hypothecaria, l. 1. de iure fisc. nū. 2. cum duob. seqq. pag. 6.

At ex Piscatoris sententia, quam uti notabilem, & veram exclamat D. Author, huiusmodi fiscale priuilegium nō procedit ita indistincte, prout aliqui minus recte arbitrati sunt, deducentes ex d. l. 1. semper in dubio effe profisco iudicandum; sed ita demum si duo concurrat. Primū, si fiscus experiatur ex cōtractu, & consequēter certet de dāno euitando. Secundū, si conuentus pos-

INDEX.

<p>siveat ex causa lucrativa, ibid. num. 12. fol. 8.</p> <p>Verum enim verò Alex.Turamin. olim Praeceptor meus, quem D.Author virum satis ingeniosum appellat, nisus est demonstrare nullū posse considerari priuilegium fiscale in proposita specie, cuius inuentio, & consideratio subyicitur, ibid.nu.13.fol.9.</p> <p>Possessor beneficij pacificus triennalis manutenēdus est in possessione, in qua reperitur, de apocb. pub. l.3. num.8. fol.130.</p> <p>Vid.in verb. fiscus.</p> <p>PRAECEDENTIA.</p> <p>Vid. in verb. prælatio.</p> <p>PRAE DA.</p> <p>Vid. in verb. classicus.</p> <p>PRAE LATIO.</p> <p>Temporis antiquitas, & dignitatis prærogatiua attenduntur in precedentijs, de consul.nu.1.fol.248.</p> <p>Inter obtinentes eandem dignitatem ille prius in honoribus, præcedentijs, & prærogatiuis erit præferendus, qui prius meruit illam, ibid.nu.2.</p> <p>Hinc deducitur, rectè decisum fuisse per Senatum Neapolitanum apud D.de Francibis, dum censuit, inter tres Doctores à Catholica Maiestate creatos Regiae Cameræ Praesidentes, præferendos esse duos illos, qui per prius fuerunt Regij Officiales, & in dignitate constituti, non obstante quod alius prius fuisset doctoralibus insulis insignitus, quod secus fuisset, si neuter eorum prius dignitatem fuisset adeptus; siquidem tunc ille veniebat præferendus, qui priore loco Doctoratus dignitate erat decoratus, ibid.</p> <p>Ad fine est, quod superioribus annis determinauit Collaterale Consilium inter duos creatos Duces, illum esse præferendum, qui tempore creationis erat Comes, ibid.nu.3.fol.249.</p> <p>Verum tamen temporis antiquitati tunc est deferendum, quando cessat illa ordinis, veluti si duo uno, eodemque</p>	<p>tempore fuerint in dignitate constituti: tunc enim aestate antiquior erit præferendus secundum Bar. quem nouissime subsequutus est Iacob.Gall. olim D.Authoris præceptor, ibid.nu.4.</p> <p>Hac de re seniores præponendi sunt iunioribus in subscriptione secundum Tiraq.ibid.nu.5.</p> <p>Iudices pariter seniores in votandis, & decidendis causis præferendi sunt in loquendo, & respondendo, ibid.nu.6.</p> <p>At contrarius mos inualuit in omnibus ferè Orbis Tribunalibus, & precipue in hoc Regno, ubi qui posteriori loco in Senatu est cooptatus, incipit ad votandum, & non absq; ratione, de qua ibid.nu.8.</p> <p>Et Specul. pariter opinatus est, inter Advocatos tēpore defendendæ cause, alter, & totum oppositum seruandum esse, motus particulari ratione, que recensetur, ibid.nu.7.</p> <p>Obserua hic, numerū præualere in actibus judicialibus, & necessarijs, inde fit in numero iudicū tantū valere votum ignorantis, quantum doctissimi viri, ibid.nu.9.fol.250.</p> <p>Secus verò in actibus extrajudicialibus, & voluntarijs, in quibus non numerus, sed authoritas attenditur, ut in constituenda communi opinione, ibid. num.10.</p> <p>Duplex obseruantia in supremo Status Consilio viger in hoc Regno. Vna inter habentes officia, inter quos attenditur maioritas honoris, idq; duobus exemplis rerū iudicatarū authoritate validis confirmatur, altera inter Titulatos, inter quos cōfusis titulis seruat prioritas temporis, idque pariter alijs eiusdē generis exemplis illustratur, ibid.nu.11.cum seq.</p> <p>Canonicus ordine maior; sed posteriori loco in Capitulo receptus, in Choro, capitulo, processionibus, et sessionibus anteponendus est priore loco admisso minorem ordinē habens, & ita decisum, non obstante consuetudine in contrariū tan-</p>
---	---

I N D E X.

sanguam abusua. Idq; pariter seruatur inter Canonicos huius Metropolitana Ecclesie, ibid.nu.13.f.351. Vicarius Episcopi in omnibus processonibus, Congregationibus, & sessionibus præponendus est omnibus Canoniciis, Decanis, Primicerijs, & Archidiaconis, tam præsente, quam absente Episcopo, ibid.nu.14.

Insuper in Diœcesana Synodo sedere debet ante Dignitates, et Canonicos, ibid.nu.15.fol.252.

Nisi effet etiam Canonicus Cathedralis Ecclesia: nam tunc in Choro, Capitulo, & Processionibus Canonici, non autem Vicary locum tenere, & occupare debet, nisi contrarius usus refragetur, ibid.nu.16.

Episcopus sedes in Choro, uti Canonicus in loco Canonicorum, & sic uti Canonicus sedere debet; in primo tamen loco ipsorum, post Archidiaconum, siue Decanum; prout etiam obseratum fuit in Sacro Consilio in Episcopo Bisniani eiusdem Regio Consiliario; nam non sedis in loco suo, uti Consiliarius; sed immediate post Præsidem, siue Decanum, ibid.nu.17.

Idem ius obtinet, si effet de Collegio Doctorum: siquidem non in loco proprio; sed immediate post Collegium Rectorem sedere debet secundum Abb. ibidem num. 18.

Sed obserua, contrariu in hoc seruari in almo Collegio Neapolitano ex priuilegio Regine Ioannæ eidem concessu, ubi Episcopus in loco proprio, ut ceteri priuati de Collegio Doctorum, sedere debet, & ita in Episcopo Insula obseruatum tempore, quo Magni Cancellarij vices gerebat D. Autbor, ibidem num. 19.

Ceterum Regentes Regiam Cancellariam, ubi sunt de Collegio Doctorum; multis gaudent prerogatiis, in primis non sedent in scanno, ubi sedent Episcopi; sed in honestiori loco, vulgo sedia appellata. Itē consequuntur emo-

lumenta, etiam si sint absentes; imo maiora: quia semper necessary Promotores eliguntur, quod non obtinet in Episcopis, nec etiam in S.R.E. Cardinalibus Neapolitanis, & ita deci- sum, ibid.nu.19.cum seqq.

Quinimò ijdem Regentes etiā post depo- situm officium gaudent omnibus emulo- mentis, honoribus, & prerogatiis, quibus ante officij depositionem potie- bantur, & qua Regentes in actu con- sequuntur, & ita fuit obtentum in personam Reg. de Ponte, ibid. nu.41. fol. 259.

Canonicus prior in possessione, licet poste- rior in data est anteponendus priori in data ex urgente ratione, quae recen- setur, ibid.nu.22.cum seq.fol.253.

Nec obstat, si dicatur, Principem ex so- la concessione transferre dominium, & possessionem, ita ut actus corporeus minimè desideretur ex vulg.iur. nam respondeatur, argumentū procedere in beneficialibus in terminis, in quibus loquitur, nempe quando idem benefi- cium fuit duobus concessum diuersis temporibus, & in data, & in posses- sione; sed casus noster est longè diuersus, ibid.nu.22.cum seqq.fol.253.

Consiliarius, qui primò officij possessione fuit adeptus, est præponendus ei, qui primò priuilegium obtinuit, ea praci- piū ratione: quia hoc officium habet annexam iurisdictionem, & admini- strationem, & iuramento precedente debet dari illius possessio, & sic iura- menti prestatio videtur esse de for- ma, & ideo non prodest creatio, nisi fit sequuta administratio, quo casu expe- ditis postea literis exequitorialibus, & adimplitis adimplendis, nequaquam in præiudicium tertij ad data tempus retrotrahitur priuilegium, & ita iu- dicatum per Collat. Consilium in plu- ribus causis, quae commemorantur. Vnde ex his, & alijs notatur eiusdem supremi Senatus determinatio in be- neficium Consiliarij de Valdeuescio

I N D E X.

*contra Dominos Cæsarem Frecciam,
& Iacobum de Francis, ibid. nū. 25.
vsque ad 31.*

*In alijs autem Principis concessionibus
non habentibus annexam iurisdictionem,
& administrationem, nō præua-
let possessio; sed attenditur date tem-
pus, ad quod retrotrahitur priuilegiū
post expeditionem literaliū exequi-
torialium, & ita in his terminis in-
contentione duorum Marchionum
iudicauit Sac. Conf. ut attestatur D.
de Francb. ibid. nū. 31. fol. 256.*

*Regēs titulari dignitate ornatus quam-
uis videbatur alijs Regentibus non ti-
tulatis præferendus, etiam priori loco
in Collaterali Consilio electis: tum
quia duo vincula strictius ligant; idq;
exornatur nonnullis similibus, & ubi
maior est dignitas, prioritas tempo-
ris sileat; tum etiam quia generali con-
suetudine est in hoc Regno introdu-
ctum, vt Titulati precedant Regen-
tes, & Collaterales Consiliarios; nibi-
lominus his minime refragantibus est
iudicatum contrarium; cum quadam
tamen modificatione, qua recensetur,
ibid. nū. 31. cum seqq.*

*Consiliarius effectus Præsidens Reg. Ca-
meræ quamvis per acquisitionem mi-
noris dignitatis retineat maiorem, ni-
bilominus in sessionibus, que sunt in
codem Tribunal pro votandis, & de-
cidendis causis, ac etiam in Collatera-
li Consilio, vel coram Principe Statiu-
tis diebus in forma Tribunalis, non
est præponendus alijs Præsidentibus,
nisi ante illos Consiliarij dignitatem
effet adeptus, quo euētu omnibus (ex-
cepto Præidente Decano) præfertur;
idque duobus exemplis autoritate-
rerum iudicatarū roboratis illustra-
tur, ibid. nū. 34. cum seq. fol. 257.*

*Quod tamen non procedit, quando Consi-
liarius etiam antiquior eligeretur in
Fisci Patronum Regis Cameræ; si-
quidē tunc postponitur omnibus Præ-
sidentibus togatis, & sic sedet post om-*

*nes in loco Fiscalis, idq; tribus exem-
plis eodem tutamine obuallatis exor-
natur, ibid. nū. 36.*

*Hoc ipsum est afferendum, quando Con-
siliarius in aliqua causa ex regia di-
spensatione vti Aduocatus interuenit:
nam tunc omnibus Consiliarijs, etiam
post ipsum creatis postponitur, ibid.
Sed si Consiliarius ordine S. E. interue-
niat vti adiunctus datus in aliqua
causa vertente in Reg. Cam. decidēda
tamen in Collat. Conf. tunc indistinctè
omnibus Præsidentibus præponendus est,
& ita decisū, quo loci DD. Melior, &
Rouetus ex proprijs meritis Consilia-
rij condignis laudibus à D. Autbore
condecorantur, ibid. nū. 37. fol. 258.*

*Nec refragatur mos contrarius, qui in
Reg. Cam. inualuit, vt Consiliarij adiū-
cti soli occupent manū lguam; dexter-
am verò soli Præsidentes: quia hoc
est propter prærogatiuam loci: siqui-
dem quilibet in domo propria quolibet
extraneo, etiam in maiori dignitate
constituto maior est, ibid.*

*Quod dictum est de prælatione Consilia-
rii adiuncti, & in Iudicē dati in Tri-
bunali Reg. Cam. extenditur etiam si-
sit datus in Fisci Patronum, vt eo pa-
riter euentu in Collat. Conf. sit Præ-
sidentibus præferendus, & ita nouissimo
loco in facti contingentia fuit iudica-
tum absque controuersia, ibid. nū. 38.
cum seq.*

*Vbi pariter occurritur, & satisfit obie-
ctioni, qua posset fieri de Consiliario
electo in Præsidentem, cuius occasione
detegitur discrimin existēs inter ele-
ctionem, & adiunctionem.*

*Cardinalis Episcopus præponendus est
Cardinali nō Episcopo, & Cardinalis
Presbyter Cardinali Diacono: siqui-
dem duplicatio graduum maiorem in-
ducit dignitatem, ibid. nū. 33. fol. 256.*

*Episcopus Doctor præfertur Episcopo nō
Doctori, etiam prius promoto, ibid.*

*Feudatarij titulo decorati feuda refutā-
tes primogenitis, adbuc tituli nomen*

reti-

I N D E X.

retinent; in precedentibus tamen postponuntur omnibus alijs actu titulum possidentibus, ibid. nu. 40. fol. 259.

PRAESCRIPKT IO.

Præscriptio eadem curris aduersus priuatum solum, quæ contra fiscum, & Ecclesiæ in re cōmuni, de vend. rer. fisc. l. I. nu. 15. fol. 17.

Vid. in verb. alimenta, Ecclesia.

PRAESES PROVINCIAE.

Vide in verb. classicus.

PRAESENT AT IO.

Laicus Compatronus cum Ecclesia presentat infra sex menses, prout Ecclesia, de vend. rer. fisc. l. I. nu. 16. fol. 17.

PRINCEPS.

Princeps non est Dominus rerum subditorum aduersus Martini sententiæ, quæ perspicue conuincitur, de vend. rer. fisc. l. I. nu. 33. fol. 21.

Princeps, seu Dominus directus potest accipere à vasallo utile dominium, & dare in alia re directum, & sic permutare directum cum utile ex Bald. traditione, quæ ex Aluar. sententia est intelligenda ciuili modo, concurrete scilicet voluntate ipsius vasalli, ibidem nu. 36. & 41. in fin. fol. 22. & 25 Princeps si habeat in aliqua re usum frumentum, an possit in iuncto proprietario integrum rem distractabere, ac pretium consignare proprietario deducta estimatione ipsius ususfructus. Bal. post disputatum predictum articulum ad partes fuit Author negandi, eandem opinionem in iudicando fore amplectendam docet D. Author, qui pariter subiungit in via disputationis posse facili negotio substineri contrarium, adducitq; rationes, quibus obuallata videtur affirmatiua contra Bal. ibid. nu. 42. cum seqq. fol. 25.

Princeps pro remunerādis militibus potest à vero Domino rem propriam auferre soluta ei estimatione, ibid. num. 67. fol. 34.

Principis bonis priuatis rationis sūt omnia fisci priuilegia communicata;

binc detegitur grauis Cassan. lapsus, pœn. fisc. cred. pref. l. I. nu. 35. fol. 59. Princeps non dicitur esse in damno, pœnam, hoc est lucrum remittendo, quo circa condonatio pœnae pecuniarie ab ea impetrata non erit contra tex. in l. nec damno, qui prohibet concessiones damnosas Principi, ibid. nu. 58. f. 65. Nisi multa esset iam infiscata, & exacta: quia lucru sam quæsum amittere est damnum pati, ibid.

Princeps an possit ex causa publicæ latitiae, vel alia simili remittere pœnas etiæ pecuniarias Baronij debitas à suis vasallis? Hac questio incidit repte Regent. Mol. & fuit in Collat. Consil. iunctis Iudicibus omnium Tribunaliū accurate discussa, in qua fuerūt quatuor opinione, & deinceps pro maiori parte prævaluit affirmatiua, & secundum eam fuit votatum, & decisio fuit ex illius manuscriptis transumpta, & de verbo ad verbum impressa, ibid. nu. 86. usque ad 105. fol. 75. cum seqq.

Princeps non præsumitur velle id, quod non potest, & talis præsumi debet eius voluntas, qualis esse aibet, nec quod aliud velit, nisi id, quod iuris est, ibidem nu. 88. cum seq. fol. 76.

Princeps concessa iurisdictione Baroni, non potest amplius se in ea intromittere directè, siue indirectè, & ratio recensetur, ibid. nu. 90. cum seqq.

Princeps in contractibus semper utitur iure priuati, & nunquam sua potestate, neque suo priuilegio, ibid. nu. 93. fol. 77.

Principem nolle uti plenitudine potestatis est afferendum, quando in eius rescripto non legitur clausula ex certa scientia, nec illa de plenitudine potestatis: quia in dubio non est credendum, velle uti ea potestate: qua sine causa uti non debet, ibid. nu. 93. f. 78. Nisi alias actus substineri non possit, ibidem.

Princeps auferendo à Baronibus pœnas

pecu-

I N D E X.

pecuniarias eis à vasallis debitas, non potest verè dici, quod inferat damnū, cū in eis habeant causam lucratuā, nisi pœna effont iam incorporata, qua non intelliguntur remissa, nec quò ad Reges, nec quò ad Barones, ibid. nu. 102. fol. 80.

Princeps facilius potest tollere ea, quæ ad aliquem spectant de iure ciuili, quam de iure gentium, ibid.

Princeps de potestate absoluta potest ius alterius tollere etiam absq; legitima causa, & qui contrariū tenet, mentitur secundū Ang. & de potestate ordinaria potest idem facere cum causa, & tenere contrarium eßet verè sacramentum secundum And. ibid. nu. 103. cum seq. fol. 81.

Princeps est consulendus, quando dubius est iuris articulus, & ingens super eo reperitur DD. cōflictus, ibid. nu. 104. fol. 82.

Princeps non recognoscens Superiorem, vettigal à nauibus præter nauigantibus, & transiuntibus exigere potest, quamvis portum non attingant secundum Cacber. de class. nu. 19. fol. 174.

Princeps Terræ vicinoris ita demum potest animaduertere in delinquentes in mari adiacenti, si inuenerit, & cōperit ipsos delinquentes, alias ipsorum remissionem petere non posset secundū Luc. de Pen. & Aff. opinionem, de qua tamen addubitatur, ibid. nu. 21.

Princeps sicut tenetur purgare Terram latronibus; ita & mare piratis, idq; suis expensis prestare debet, ibid. nu. 38. fol. 180.

Princeps secundum Capyc. potest compellere vasallos ad seruendum pro remigibus in casu necessitatis; quod tamen nunquam vidimus obseruari; sed tantum voluntarios mercede conduci, ibid. nu. 39.

Principi iure militari debetur portio prædg, quæ à suis militibus capi contigerit, estq; hoc ius de regalibus maioribus, quod à regia dignitate separari,

ac diuelli non potest, ibid. num. 97. fol. 195.

Principem banc præda portionem ad se iure supremi dominij spectantem non posse alteri in perpetuum concedere; sed tantum ad tempus est expressè lego Hispana cautum, ibid. num. 98. fol. 196.

Principi de præda capta reseruantur, & acquiruntur arma, bellica tormenta, ac naues maiores, etiam si antea fuerint alicuius amici, vel alterius, cui iure postlimij deberent restituī; quādoquidem in his præfatum ius locum non habet, ibid. nu. 99. circ. fin.

Principi pariter reseruantur captiuus de sanguine regio, ibid. nu. 100. fol. 197.

Principi vigore particularium mādatorum, quæ vulgā instructiones appellantur, assignari debet pro instruccióne suæ classis serui omnes pretio certo triginta aureorum constituto in singula capita; sed quæstionis est, an eidem sine tradenda seruæ pro eodem pretio, & per Reg. Caro. ponderatis argumentis binc inde fuit resolutum negatiuē in quæstione habita inter Regium Fiscum, & Illustri. Marchionem Sanctæ Crucis, ea potissimum ratione: quia licet regulariser masculinum comprehendant fæmininum, nihilominus fallit, quando rationis idētitas cessaret in fæminis, prout cessat in casu isto, ibid. nu. 100. cum seqq.

Principi doces varijs in locis esse instruētum, & armis munitū, ibid. nu. 155. fol. 216.

Princeps subditos suos à domesticis, & externis iniurijs tueri debet, ut arm. us. nu. 4. fol. 226.

Princeps potest ex causa prohibere suis vasallis, ne militet sub alijs Dominis, illosq; reuocare secundum Greg. Lop. ibid. nu. 29. fol. 230.

Idq; receptum esse in terris Imperij attestatur Petr. Bellin. adnectens, recusantes parere, subiici banno Imperiali, quod idem est, ac si diceretur, teneri

pœna

INDEX.

- pœna legis Iulie Maiestatis, ibidem num. 30.*
- Principes omnes in spiritualibus subfunt suis Prelatis, de palat. nu. 26. fol. 241.*
- Princeps quando in suo Palatio propriā non habet Capellam, confiteri debet Parocho, in cuius finibus Palatum est possum, & ab eo recipere Sacra menta; at si plura habeat Palatia in diuersis Parochijs, illi suberit Parocho, in cuius Parochia frequentius inhabitat, ac decimas soluit; sed diuidet proportionaliter, ubi magis frequetas diuina, ibid. nu. 25. cum seqq.*
- Princeps nulla lege obstrictus reperitur, ut in benemeritum de Republ. aliquā conferat munificentiam; si tamen hoc agat, magnā apud homines consequitur gloriam, de fil. Off. nu. 38. fol. 280.*
- Princeps non præsumitur, que iure constituta sunt, velle subuertere, & anti quare, nisi id expreſſerit, ibid. nu. 95. fol. 297.*
- Vid. in verb. abolitio, armorū uſus, affensus, Baro, bellum, collatio, dominium, donatio, donatio dominica, filius, gabella in fin. immunitas, Iudex, mare, miles, officium, palatum, regalia, securitas, substitutio, territorium, tributum, turca, vasallus, vesces, Vicarius, uſura.*
- PRIVILEGIUM.**
- Priuilegiatus si aduersus alterum experiatur pariter priuilegiatum, præfertur ille, qui agit de damna vitando, & utroque eandem causam præferente, potior erit causa rei, quam actoris, de fisc. uſur. nu. 26. fol. 122.*
- Priuilegium minoris est potentius Macedonio, quo se tuctur filius fam. & Velleiano, quo se defendit mulier, ibid. nu. 27. fol. 123.*
- Priuilegio an utat una Ecclesia aduersus alterā, & unus minor, siue pupillus aduersus alterū, post D. de Franch. & alios plures relatōs cōcluditūr priuilegia conuassari, ibid. nu. 28.*
- Priuilegia in hoc Regno non sunt vali*
- da ante expeditionem literarum exequitorialium, que si infra annum nō fuerint expedita, habentur priuilegia pro non impetratis, de Consul. nu. 29. fol. 255.*
- Vid. in ver. exequitio, filius, fiscus, possessio, prælatio.*
- PROBATIO.**
- Probatio incubit ei, qui aliquid astruit, atque deducit, tanquam fundamen tum sua intentionis, de iur. fisc. l. i. nu. 13. fol. 9.*
- PROCONSUL.**
- Vid. in verb. classicus, insignia.*
- PROCURATOR.**
- Vid. in verb. mandatū, substitutio.*
- PROHIBITIO.**
- Vid. in verb. socius.*
- PROREX.**
- Prorex an in casu absentiae, vel infirmi tatis possit alium in locum suum substituere? primo loco absq; difficultate concluditur affirmatiōe, & postea fit remissio ad aliquos DD. qui fūsū bunc articulum dilucidauerunt, decur. nu. 56. fol. 153.*
- Prorex pœnam trirementum commutare potest, alijs autem Iudicibus inferioribus est hoc interdictum, de class. nu. 48. fol. 184.*
- Prorex duarum Provinciarum homines unius Provincie ad alteram reuocare non potest, ibid. num. 159. in fin. fol. 217.*
- Prorex ex quo habet officium cum iuris dictione, debet iurare in manibus Electorum, & ante hæc impleta Prædecessoris officium non expirat, de consul. nu. 27. fol. 254.*
- Vid. in verb. bellum.*
- PROTESTATIO.**
- Vid. in verb. apoca in fin.*
- REGALIA.**
- Regalia iura unius Regni extenduntur ad alias Provincias quæstas, & ad ditas illi Regno, de class. num. 159. fol. 216.*
- Id tamen procedit in Regnis, & Provin*

I N D E X.

cūs vnitis, ibidem.
Vnde fit, ut si Prouincia, & Regna es-
sent distincta, & unum alteri non es-
set unitum, & annexum, leges, mores,
ac iura regalia vnius ad alia mini-
mē extenderentur ex Guliel. de Cun.
Bar. ac ceteris, qui recensentur, ibid.
& nu. 162.

Hinc Comitatus Thobosanus nō perfrue-
tur iuribus Regni Francie; ex quo nō
fuit illi adnexus secundum Cyn. ibid.
num. 159.

Regalia quamvis nō sint concessa in feu-
dum; sēper tamen permanent sub con-
cedentis iurisdictione, idcirco absque
eius beneplacito alienari non possunt,
de fil. Offic. nu. 101. fol. 298.

Ecclesiastica persona titulum ostendere
debent Fisco Regio nedū de feudis; sed
etiam de regalibus, licet in feudum
non sint concessa, ibid. nu. 102.

Quamvis de regalibus fiat concessio libe-
ra, & in allodiū, nihilominus supre-
mi domini iura quādā Principi sem-
per excepta prae sumuntur. Vnde fit,
appellationes, quae à sententijs Eccle-
siasticorum interponuntur, esse à Re-
gys Iudicibus diffiniendas, ac termi-
nandas, etiam si in burgensaticū fue-
rit concessio facta Oppidorum, ac ipso-
rum vasallorum appellantium, & ita
usu forensi receptū esse attestatur D.
Reg. de Pont. ibid. nu. 102.

Vid. in verb. abolitio, bellum, pala-
tium, pēna, Princeps.

R E G E N S.

Vide in verb. pralatio.

RELEVIVM.

Releuum, quod de consuetudine nouus
successor tenetur præstare Domino de
medietate fructuum illius anni, quo
feudatarius decedit, non soluitur de
pēnis pecuniarijs.

Idque ampliatur, etiam si non Baro; sed
Vniuersitas soluat salarium Potesta-
ti, aliasq; impensas eroget pro admi-
nistratione iustitiae, veluti pro custo-
dia carcerum, vel salario seruientium

Curia, & ita per Reg. Cam. ac Collat.
Consil. decisum refert Reg. Mol. pēn.
fisc. cred. pref. l. 1. num. 68. cum duob.
seqq. fol. 68.

Vid. in verb. donatio dominica,
vſura.

RELIGIO.

Vide in verb. socius.

REPRESALIAE.

Represalia concessę contra ciues alicuius
Ciuitatis nullo pacto exerceri possunt
cōtra ipsos ciues in territorio alterius
Principis, cum declaratione tamen,
qua ponitur in in tit. de class. nu. 118.
fol. 202.

REPRESENTATIO.

Vid. in verb. donatio dominica.

RESPUBLICA.

Respublica vniuersa p̄mijis, ac pēnis
ininititur, velut duobus fūdamētis ex
Cicer. sētentia, de fil. Off. nu. 1. f. 272.
Ex his validius, ac firmius eſe p̄mijū
constat, præcipue ex Oraculo Seneca
dicentis, melius beneficijs imperium
custodiri, quām armis, & ibi de ra-
tione, ibid. nu. 1. cum seq.

Item ex testimonio eiusdem Cicer. af-
ſuerantis, eos, qui liberalitate vtun-
tur, benevolentiam sibi conciliare, &
quod ap̄fissimum est ad quietē viuen-
dum, charitatem, ibid. nu. 2.

Hac de re p̄fīcis, ac modernis tempori-
bus multa p̄miorum genera fuerāt
inuenta, atque excogitata, de quibus
ibid. nu. 3.

Vid. in verb. vſura.

RESTITUTIO.

Restituitur abſens causa Reip. aduersus
pariter absentem ex eadem causa, si
ille de damno, hic de lucro certet, pēn.
fisc. cred. pref. l. 1. nu. 55. fol. 64.

Restituitur pariter Ecclesia aduersus
Ecclesiam agentem ex lucrativa cau-
ſa, ibidem.

Admissus in H̄spitali aliquo, vel pia-
domo, tanquam habens aliquot condi-
tiones necessarias, & requistas, ve-
luti, talis Nationis, gradus, etatis,

vel

INDEX.

vel id genus, si illas vere non habeat, ultra letalem culpam senetur ad restitutionem, de mendacio. val. num. 23. fol. 222.

Vid. in verb. *abolicio*.

RETRACTVS.

Vid. in verb. *ususfructus*.

R E V S.

Reus in sua exceptione dicitur actor, de iur. fisc. l. 1. nu. 13. pag. 9.

R E X.

Regi, Regina, & filiis Regum tantum licet lege Hispana in scribendo premittere titulos; sed priuatis personis prohibetur, de vestib. holob. num. 17. fol. 155.

Rex noster in hoc Regno inter alia Regalia habet, ut possit absque pretio in nemoribus feudalibus priuatorum ligna intidere ad naues, & triremes construendas, de class. nu. 153. fol. 214.

Hoc ius eidem Principi latius competit in Regnis Hispaniarum, ubi pro usu suo, ac familiarium suorum ligna incidit; at hic pro suo tantum, ita ut Pro regibus non liceat illud exercere, prout alias declaratum fuit, ibid. nu. 154. fol. 215.

Rex noster an pro construendis aliis armis Regnum triremibus possit gratis incidere ligna in hoc Regno. Ingens controvrsia super hac facti specie superioribus annis suborta fuit ex testimonio D. Reg. Moles, in qua post relatas duas principales opiniones, dissensas, & contrarias, & cuiuslibet sententiae rationes, & argumenta concluditur aduersus Fiscum, contra quem stat pariter sententia R. Camere regio rescripto obuallata, & comprobata, ibid. nu. 155. usq; ad 164.

Amplia, etiam si triremes in hoc Regno construenda desinatur esse pro alijs Regnis: quis destinationis locus attenditur, ibid. nu. 164. fol. 218.

Limita, nisi esset triremis regia, vulgo Regalis nuncupata: quia cum sit caput classium omnium, videatur pariter es-

se de triremibus huius Regni, ibid. Rex Anglie non potest Vasconibus servitia indicere, nisi in Vasconia, nec ius dicere vasallis unius Provincia in alia, quamvis id possit per Iudices a se in Provincia delegates, de class. nu. 159. fol. 217.

Rex noster non potest ad suam Curiam vocare causas huius Regni, qua inter Regnicolas aguntur ex privilegio huic fidelissima Ciuitati concessso, quod esse pariter fundatum in iustitia ostenditur ex doctissime deductis per D. Tap. in sua 1. decif. qui propter suas eximias virtutes, singulares animi dotes a D. Ausbore miris laudibus ad Cœlum usque, & merito effertur, & extollitur, ibid. num. 160. cum seq.

Rex Gallia salus cognoscit de portu armorum, hoc est de bello moto, & non de simplici armorum delatione, & hoc est inter alia iura Regalia illius Regis, ut arm. v. nu. 8. fol. 226.

Cuius occasione revocatur in dubium traditio Guid. Pap. dum arbitratus est, hoc ius regale cognoscendi priuatione de portu armorum non iure, sed sola consuetudine fundari, ibid.

Ceterum obserua post Guliel. de Bened. si ultra portu armorum sit patratum homicidium, Rex de portu armorum, Baro de homicidio cognoscet. Sed subsiste parumper nam D. Ausbor non agnoscit uti veram huiusmodi traditionem: quandoquidem secundum ipsum cognitione portus armorum abforbet homicidiij causam, qua idcirco censenda erit sanquam appendix annexa dictae cause principali, ibid. num. 9. fol. 227.

Rex potest ex causa prohibere subditis, ne ad aliena Regna accedant, idque in hoc Regno est positum extra controvrsiam, siquidem Rex est Dominus personarum secundum gloss. & ideo non potest vasallus obligare alteri suam personam absq; illius consensu secun-

dum

I. N. D. E. X.

dum Afflict. ibid. nu. 31. fol. 230.

Regis concessio facta ab eodem tanquam ordinum militariū magno Magistro censeri debet eo iure, quo ceterae regiae concessiones, ex quo unita, ac adiuncta est administratio horum ordinum Regiae dignitati secundum Gam. relatum, de fil. Offic. nu. 139. fol. 307.

Vid. in ver. abolitio, assensus, Baro, classicus, emptio.

R V B R I C A .

Rubrica, titulus, siue inscriptio cum perfectam continet orationem, ut lex adduci, & allegari potest ad ipsius materie declarationem, pœn. fisc. credit. pref. l. 1. nu. 56. fol. 65.

S A L A R I U M .

Salarium Iudici ex prouerbibas excludendum, reficiendum est ex his, qui sient anno sequenti, si in antecedenti non fuerint percepti, & recollecti, quot sufficient ex Clap. traditione, que in alio capite confutatur, & exploditur, dum asseverauit, huiusmodi refractione non esse faciendam ex alia pecunia fiscalis, quando nullo pacto sufficiunt proutus, etiam cum aliorum annorum cumulo, admissa in hoc contraria Capyc. & Intrigl. sententia, pœn. fisc. credit. pref. l. 1. nu. 19. & 20. fol. 54.

Salariū egrotantis famulo deberi docuit Specul. sed contrarium professus fuit Bar. & hoc verius esse dixit Gomez. Accur. autē videtur distinguere inter infirmitatem diurni, & brevis temporis, de re milit. nu. 2. 13. & 25. fol. 261. 263. & 265.

Salariū Magistratui, Assessori, siue Iudici quotannis constitutū currit etiam durante tempore infirmitatis prefatorum, quinimo si moriantur, adhuc integrum pro toto tempore ad heredes ipsorum transmittitur, cum buius natura sit hoc salariū, qui honoris, & dignitatis causa debetur ex sententia Eman. de Cast. qui pluribus banc assertionem confirmat, ibid. num. 26. fol. 265.

Hoc idem obtinet in Doctore. ad legendum conducto, ut idem de Cast. attestatur subdit tamen in sua Academia contrarium obseruari, ut non nisi pro rata temporis, quo Lector docuit, ad heredes salarium transmittat, ibidem num. 27.

Salarium Aduocato quotannis constitutum, eodem tempore diem functos integrū totius anni ad heredes transmittitur. At promissū pro unius cause patrocinio non gaudet eadem prerogativa transmissionis, siquidem promissum non debetur; at si fuerit datum, non poterit repeti secundū Bar. distinctionem frequentius admissam, ibid. nu. fin. fol. 266.

Vid. in ver. officium in fin. pœna.

S E C U R I T A S .

Securitas alicui domino nauis, vel Principi, vel Populo pro se, & socijs suis concessa, non intelligitur praestita socijs, qui hostes sine concedentis securitate, & ideo poterunt deprædari, de class. nu. 133. fol. 210.

Sed consule insigne Bellum. dictum ibidem conjectum, quod quando verum esset, magnam contineret restrictionem, indicet super eo erit ulterius cogitandum. Bona non inimicorum prædari possunt, si vehetur a naui inimica sub vexillis inimicoru: quia videntur cum inimicis amicitia copulasse secundum Grammat. & hoc casu Asscuratores non tenentur ex Senac sententia, ibid. n. 134. Qui pacem frangit, rumpens securitatē publicam a Principe concessā, incidit in pœnam legis Iulie Maiest. ut arm. v. nu. 23. fol. 229.

Vid. in verb. bellum, turca.

S E N E C T V S .

Vid. in verb. immunitas, munus, mendicantes.

S E N T E N T I A .

Sententia inducit quasi contractum; non autem litis contestatio, ut perperam professus fuit Ang. quia per banc quasi contrahitur quo ad ea tantum, que

perti-

I N D E X.

pertinent ad instantiam ipsam iudicij, ut recte aduertit Alex. pæn. fisc. cred. pref. l. I. nu. 107. fol. 83.

S E R V V S.

Seruus communis potest ab altero ex cōsortibus manumitti; non tamen ab usufructuario, à quo se manumittatur, non consequitur plenam libertatem, quamvis proprietario seruire nō cogatur, viuente usufructuario, de vend. rer. fisc. l. I. nu. 45. fol. 26.

Vid. in verb. socius.

S E R V I T V S.

Seruitutis ius porrigitur etiam ad futura, & quando non est restrictum, & limitatum, debetur etiam pro augumento, de class. nu. 157. fol. 216.

Hinc promittēs panem coquere, vel frumentum molere Titio, eiusque familiā, tenetur etiam aucta familia, ibid. nu. 158.

Et pariter qui sponsporūt, se passurum, ut Titius pro se suisq; filijs possit ex promissoris nemore ligna abscindere, tenebitur nedum profilijs susceptis tempore obligationis; sed etiam postea suscipiendis, ibid.

Seruitus quibuscumq; verbis generalibus imposta non porrigitur ad argumentum extrinsecum ex omnium Scrib. sententia, ibid. nu. 162. fol. 217.

Seruitus constituta pro certa fundi parte non debetur pro alijs, licet sint eiusdē Domini, ex quo videtur limitate concessa, ibid. nu. 163. fol. 218.

S O C I V S.

Socius interdum disponit de portione ad consortem spectante, & potest adduci exemplū in donatore, qui mediatis omnium bonorum donauit alteri: nam poterit integrè disponere de aliqua re ex donatis, licet in ea donatarius medietatem habeat, dummodo ipsi ex alijs bonis reficiat tantudem, & ita decisum ex testimonio Guid. Pap. quae quidem insignis, & solemnis est decisio, & summa nititur equitate, de vendit. rer. fiscal. l. I. num.

86. cum sequenti fol. 42.

Potest pariter Religionis fauore in communi solo Ecclesiam edificare inuito socio, soluta eidem portionis sue iusta estimatione, idque evidenti, & pulcherrima ratione fundatur, ibidem num. 88.

Item fauore libertatis potest seruum communem manumittere inuito socio, ibidem nu. 90. fol. 43.

Amplius ratione conseruandę rei communis gaudet eadem prerogativa. Inde fit, ut communem Turrim posse socius munire aduersus hostium incursus inuito Condomino. Item commune molendinum, vel puteum reficere, & si consocius infra quatuor menses non contribuat, integrum addicitur reficienti, ibid. nu. 91. Præterea poterit res communes venales integrè vendere, & dominium transfert ex tacito, & præsumpto Domini mandato, ibid. nu. 92.

Insuper poteris uti re communi ad usum destinatum, etiam Condomino refragante. Vnde & rem consuetam locari locabit integrum, estque communis opinio, ita attestante Caualc. ibid. num. 93.

Vltierius poterit integrum domum communem inhabitare, idque est possum extra controvēsiam; quæ tamen in eo viget; existitq; inter DD. an inhabitando integrum domum, teneatur socius ad pensionem pro parte Condomini, super qua in facti contingentia consulendi sunt Scribentes relati per D. Authorem, ad quos ipse se remittit, ibid. nu. 93. & 94.

Nec non potest uti seruis, & animalibus communibus in solidum ad usum destinatum, nec ad solutionem mercedis, neq; ad pretij partem urgebitur, si pereant, aut deficiant: quia qui non vivit, de se conqueratur, ibid. num. 95. fol. 44.

Non minus quoq; uti poterit re communi ad usum destinatum, etiam si usus

INDEX.

*huiusmodi Condomino noceat in alia
re , nisi damnum sit magnum. Cate-
rum si socij eodem tempore uti velint;
vſus diuidetur boni viri, id est Iudicis
arbitrio, ibid.*

*Verum enim uero, si ad vſum nō deſti-
natum re communi uti velit, poterit al-
ter etiā propria authoritate prohibe-
re; quinimo si mille socij vellent uti
ad nō deſtinatum ſeruitum, & vſum,
& vnuſ contradiceret, melior erit al-
liuſ contradicentis, licet uniuersi condi-
tio, ibid. nu. 96. & 97.*

Vid. in verb. venditio, vſus fructus.

SOLVTO.

Vide in verb. apoca, filius.

ST ATVTVM.

*Statutum probibens mulieribus vſum
gemmarum, ac margaritarum est va-
lidum, ac ſanctum ſecundum Bal. quē
multi ſubsequuti ſunt, quamuis idem
Bal. parum ſibi conſtant, fuerit alibi
profefſus, eſſe iniuſtum, de uerit. hoſtob.
nu. 8. fol. 164.*

*Statutum probibens gemmas, margari-
tas, vel aurum, intelligendum eſt de
veris, & non de falso, ibid. nu. 9.*

*Statuti verba ſunt propriè intelligenda,
niſi communis vſus loquendi refrage-
tur, qui praeualet cuicunq; propriè ſi-
gnificationi, de class. nu. 55. fol. 185.*

*In penalibus ſtricta fit interpretatio, ma-
xime in statutis, de palat. n. 19. f. 239.
Secundum ſtatuentium mentem eſt diſ-
tinguienda queſtio illa ſatis anceps, &
dubia, an ſcilicet domus appellatione
veniat porticus ex d. Abb. ſententia,
ibid. nu. 19. in fin.*

*Vid. in verb. appellatio, donatio do-
minica, immunitas, testamentum.*

ST IPENDIV M.

Vide in verb. miles,

ST IPVLATIO.

*Stipulatus ſibi aliquid dari hoc mēſe, vel
anno, non niſi expleto anno, vel men-
ſe experiri poterit ex Pompon. reſpon-
ſo, de fil. Off. nu. 149. fol. 310.*

Qui ita stipulatur decem quō ad viuam,

*confeffim decē dari recte petet ex Iu-
lian. ſententia, ibid.*

*Tolle hanc ll. anty nomiam ex magistra-
li diſtinctione, qua poſt Cyn. & alios
grauiſſimos DD. vſus eſt D. Author,
ibidem.*

Vid. in verb. officium.

SV BREPT IO.

Vide in verb. officium.

SV BST IT VT IO.

*Per ſubſtitutum qui ſeruire non poſteſt,
niſi habeat de hoc priuilegium, aut il-
luftris ſiat perſona, de decur. nu. 2. &
3. fol. 145.*

*De iure Regni omnis Officialis debet ſer-
uire personaliter, & non per ſubſtitu-
tum, quinimo ex eodem iure. capit. pœna imminebat nedium ſubſequenti,
ſed etiā ſubſtituto, qua poſtea ad pœ-
nam publicationis bonarum fuit redu-
cta, & mitigata, ibid. nu. 5. cum ſeqq.
fol. 146.*

*Sed de iure compuni officia praefertion
ſolemnia regulariter per ſubſtitutum
exerceri nequeunt; id tamen fallit in
multi caſibus, qui recenſentur, ibid.
nu. 9. & 10.*

*Subſtituentis aſſertioni ſtandū eſt, quan-
do impedimentum allegat, & ſi non
conſtet, ibid. nu. 11. fol. 147.*

*Subſtituendi facultas tributa, confeſſaq;
intelligitur, quando ex certa ſcientia
officiū conceditur inhabili, ibid. nu. 12*

*De iure canonico quilibet Ordinarius
poſteſt ſibi ſubſtituere Vicarium, ibid.
num. 13.*

*Ceterum declarata, hanc iuriſ probabitio-
nem de non ſubſtituendo aliquem in
officio eſſe intelligendam de plenaria,
& generali ſubſtitutione, veluti ſi Of-
ficialis vellet in officio, & ſic in gene-
ralitate cauſarum ſibi facere ſubſtitu-
tum; eſtq; prohiſtionis ratio, ex quo
in generali negociorum commiſſione
ob rei magnitudinem videtur ele-
cta industria perſone, ibid. num. 14.
cum ſeq.*

Hinc Officialis ordinariā babens iuriſdi-

ctionem,

I N D E X.

- ctionem, aut delegatam à lege, poterit
 in aliquo particulari negocio, vel cau-
 sa sibi creare substitutū, quod propriè
 delegare diceretur; exceptis tamen
 causis meri, & mixti imperij, qua de
 iure ciuili sunt indelegabiles, ibid. nu.
 17. cum seq.
- Imo poterit substituto, seu delegato alte-
 ram substituendi potestatem concede-
 re ex communi Scribentium traditio-
 ne, ibid. nu. 18.
- A Principe delegatus potest causas etiā
 meri, & mixti imperij; nedū iurisdi-
 ctionis simplicis subdelegare, ibid. n. 19.
- De iure canonico est idē permīssum: eo. n.
 iure indistincte omnes causa delegari
 possunt ex regula, quod quicquid est
 cognoscibile, est delegabile, ibidem
 num. 20.
- Substituere non licet utroq; iure inspecto
 tam canonico, quam ciuili, ubiunque
 est electa persona industria, & è con-
 trario substituere licet, ubi non est elec-
 ta, ibid. nu. 21. fol. 148.
- Industria personæ censetur electa in in-
 fra scriptis casibus.
- In officio prædicandi, ibid. nu. 22.
- Item legendi, & sic Doctor non poteris
 per substitutū legere, nisi in casu ne-
 cessitatis, ibid. nu. 23.
 vel si legisset per 20. annos, ex quo ef-
 ficitur illustris, ex qua status muta-
 tione haberet substituendi facultatem,
 vt post Bal. in specie tradidit Ias. ibid.
 num. 24.
- In omni cōmissione, ubi essent dictiones,
 pro te, vel personaliter, vel manu tua,
 vel tua conscientia committimus, &
 id genus, quibus in euētis etiam si ne-
 gocium commissum esset parui momē-
 ti, non erit licita substitutio ex supra
 memorata ratione industria personæ
 lis, ibid. nu. 24. & 25.
- Item quando res commissa esset magni
 ponderis, & ardua, ibid. nu. 26.
- In exequitore testamenti, intelligendo
 de dato à Testatore: nam datus à le-
 ge, vel canone, ut est Episcopus, ex
- quo à lege iurisdictionem habet, subde-
 legare potest, ibid. num. 27.
- In tutori, ut docuit Bal. communiter re-
 ceptus, ibid. nu. 28.
- In omni actu, qui fieri debet corā Prin-
 cipe: imo generalius in omni actu ge-
 rendo pro Principe, ibid. nu. 29.
- Item quando alicui committitur nudum
 ministerium, veluti excommunicare,
 absoluere, & similia, ibid. nu. 30.
- Hinc deducitur, eum, cui commissa fuit
 testium audientia, alteri examen com-
 mittere nō posse, nisi partes ambe ex-
 pressè consentiant, ibid. nu. 31.
- Ulterius, quando alicui est cōmissa nego-
 ciorum generalitas, is non valebit ge-
 neraliter substituere, ibid. nu. 16. fol.
 147. & nu. 31 fol. 149.
- Idem in Notario, ampliando, & decla-
 rando, ut habetur, ibid. n. 32. fol. 149.
- Testis potest pro altero ad subscribendū
 in testamento substitui secundū Luc.
 de Pen. ibid. nu. 33.
- Amplius lege municipali huius Regni est
 prouisum, quando instrumenta in
 publicam formam ob testium mortem
 in illis descriptorum redigi nequeunt,
 posse alios loco demortuorum ad sub-
 scribendum substitui. Idemque est
 cautum, si nedū testes; sed Notarius,
 & Iudex essent demortui: nam horum
 omnium datur subrogatio, & substi-
 tutio, ut quotidianus mos forensis nos
 admonet, qui seruatur passim in Sacr.
 Cons. ibid. nu. 34. cum seq.
- Sed quid dicendum, quando testis non
 esset mortuus; sed scribere non vale-
 ret ob manus tremorem, vel ob nimiā
 senectutem, perlege cautiones, qua
 subiiciuntur, ibid. nu. 36.
- Matrimonium contrahi potest per sub-
 titutum, seu procuratorem; sed hic
 alium substituere non potest, nisi ex-
 pressè hoc in mandato cōtineatur. Il-
 lud idem dicendum de procuratore
 constituto ad sponsalia contrabenda,
 ibid. nu. 37. & 38. fol. 150.
- Cōpaternitas quoque contrahi, & fideli-

I N D E X.

<p>tatis iuramentum prestari possunt per substitutum, <i>ibid. nū. 39.</i></p> <p><i>Fallit in iuramento à ciuib⁹ preſtando: nam per ſe preſtare debet ex Bal. ſen- tientia, quæ recenſetur, ibid.</i></p> <p><i>Ieiunare, & votum implere per alium an quis poſſit. Referuntur dua opinio- nes contraria, primò <i>Luc. de Pen. ne- gancis</i>, ultimo loco <i>glos. iuriſ canon. affirmentis</i>, <i>ibid. nū. 40.</i></i></p> <p><i>Feudatarij de iure communis feudorum poterant ſeruire per ſubstitutum eque idoneum, & in ſuper pro ſeruitio perſonalis ſoluere adhoam, & ſic preſtare ſeruitium reale. In hoc Regno contra- rium ius viget in utroq; capite; nam Principis eſt electio, & ideo non po- runt ſeruire per ſubstitutum, niſi Re- gis accedente beneplacito, ut in fœmi- na, quæ ad hoc fuſt habilitata vigore conſtitutionum, <i>ibid. nū. 41. cum ſeqq.</i></i></p> <p><i>Subſtitutus, quando ſubſtitutio eſt per- mifſa, debet eſſe adeo qualificatus, ut inter eum, & ſubſtituentem ſit omni- moda ſimilitudo, etiam reſpectu con- ditionis. Hinc Doctor non poterit de- ſeruire per ſcholarem quantumuis ſuf- ficientē, <i>ibid. nū. 45. cum ſeq. fol. 151.</i></i></p> <p><i>Quocirca Bald. profitetur, Iudices, & Aſſeffores, dum recedunt à Provinciā, non poſſe ſubſtituere, & ſubrogare in locum ſuum unum ex Aduocatis Pro- vinciæ: quia cum à principio non po- tuerit Officialis iſtitui, nec etiam po- ſtea potuit ſubſtitui; verū contra- rius moſ inoleuit in hoc Regno, ut per modicum tēpus, quod intelligitur 15. dierum, poſſit ſubſtitui Locumtenens in propria Patria, <i>ibid. num. 45. cum ſeqq.</i></i></p> <p><i>Subſtitutus in caſum abſentie an intel- ligatur ſubſtitutus in caſum mortis.</i></p> <p><i>Diſtinzione ſoluitur queſtio: nam fi- eſt ſubſtitutus ab Officiali habente po- teſtatem, expirat ſubſtitutio morte ſubſtituentis: quia omnia officia ſunt perſonalia, & ſic ſubſtitutus noua in- diget Principis cōmiſſione; ſi vero eſt</i></p>	<p><i>Subſtitutus à Principe, exercet officiū etiam in caſu mortis abſq; aliqua no- ua authoritate Principis ſubſtituētiſ, & ita alias deciſum in Ciu. Meſſana refert Muta, <i>ibid. nū. 50. cum ſeq.</i></i></p> <p><i>Subdelegatus, ſeū ſubſtitutus à delegato habente poſteſtē ob absentia ſubdele- gandi, defuncto delegante in caſa de- legata procedere poſt, dummodo res non ſit integra, <i>ibid. nū. 53.</i></i></p> <p><i>Subſtituens tenetur de ſubſtituti excessi- bus, delictis, atque culpis. Inde fit, operarios ab aliqua Vniuerſitate conducedos ad muros conſtruendos te- neri de culpis ſubſtitutorum, ſi que damna occaſione dictæ ſubſtitutionis paſſa fit antedicta Vniuerſitas. Item Balium teneri de culpis Subalij, Vicari- rum de delictis Subuicary, atque Officialem, qui per modicum tempus elegit Locumtenentem in propria pa- tria in caſu ſue abſentie, teneri de illius culpis, & excessibus in ſindica- tu, <i>ibid. nū. 57. fol. 153.</i></i></p> <p><i>Niſi ſubſtituens ex neceſſitate; non au- tem ex voluntate ſubſtitutum elegerit, que declaratio duobus illuſtratur exemplis, <i>ibid. nū. 59. fol. 154.</i></i></p> <p><i>Declara pariter, niſi ſubſtituens in eli- gendo debitam adhibuiſſet diligentiā: nam tunc, cum ſubſtituēti non ſuper- ſit aliiquid, quod imputetur, ad nibi- lum tenetur, & affertur exemplum, <i>ibid. nū. 63. cum ſeq. fol. 155.</i></i></p> <p><i>Reſtringe in ſuper, niſi ſubſtituens po- teſtatem ſubſtituendi haberet ab bumi- ne: nam tunc de culpis ſubſtituti non ſenetur; niſi in eligendo dolum adhi- buerit, & exemplum ponit in pro- curatore ſubſtituente virtute poſteſta- tis ſibi traditæ in mandato procura- torio, & ita deciſum, <i>ibid. num. 65. fol. 156.</i></i></p> <p><i>Subſtituens ciuiliter tantum tenetur de ſubſtituti excessibus, quinimo à poena ciuili liberatur, eum exhibendo, dummodo in actu ſubſtitutionis non ſit in dolo verſatus, <i>ibid. nū. 68. fol. 157.</i></i></p>
---	---

Quini-

INDEX.

Quinimo ad nibilum tenetur, si substitutus deliquerit in rebus ad officium non pertinentibus, ibid.

Officialis non liberatur, Assessorem, vel Locumtenentem delinquentem exhibendo per ipsum electum, ibid. nu. 69. cum seq.

Substituens aliquid soluens propter substituti culpam, aduersus culposum habet repetitionem, nisi dolis, vel fraudis fuerit particeps, ibid. nu. 71.

Substituenti an sint restituenda acquisita per substitutum. In obiecta difficultate plura distinguuntur capita, de quibus ibid. nu. 72. cum seqq.

Vid. in verb. Prorex.

TERRITORIVM.

Territorium datur in mari, sicut, in terra secundum Scribentes; sed Bal. opinatus est in mari non posse considerari territorium; sed districtū, de class. nu. 5. fol. 172.

Territory appellatio venit mare in materia fauoribili, secūs in odiosa secundum Dominic. ibidem num. 6. fol. 173.

Hinc idem Auth. professus est, bannitum à territorio alicuius Ciuitatis non esse bannitum à mari adiacenti ipsi Ciuitati; hæc traditio non transit absq; difficultate, ut est videre, ibid. nu. 6. cum seq.

Territorium maritimū habet suos fines, distinguitur enim per fines terrarum propinquarum, ibid. nu. 8. & exemplū affertur nu. 9.

Hinc etiam in mari potest agi finium regundorum, ibid. nu. 10.

Territorium alienum præstat securitatem, de class. nu. 114. fol. 201.

Declara, ut nu. 118. post med. fol. 203.

Hinc ex alieno territorio non est alicui permisum per se abducere seruum fugituum, ibid. nu. 116. fol. 201.

Bannitus captus à Iudice, qui cum banno multauerat, in alieno territorio, relaxari debet, ibid. nu. 117.

Bannitus si capiatur extra bannientis

territoriū valet processus, & exequitio contra ipsum bannitum: poterit nibilominus Iudex territory velut offensus suam prosequi iniuriā, & cause remissionem petere secundum Bald. ibid. nu. 125. fol. 206.

Territory Domino, si is neget innoxium transitū exercitui alicuius Principis pertransire intendant ad inuadendū suorum hostium exercitū, vel Provincias, licetē bellū indici potest, ex quo iniuriam facere videtur, ibid. nu. 129. fol. 209.

Declara, dummodo territory domino nullum damnum inferatur, alias non teneretur, etiam si iter dare promisisset, ibidem.

Vid. in verb. hostis, Iudex, ius accrescendi, mare, vasallus.

Territorij dominus si sciuerit, Principē aliquem in illius hostiū persequitionem suum agrum ingressum fuisse, & non prohibuerit, vel querulas voces non emiserit, iniuriarum actionem nō habebit, ibid. nu. 132.

TESTAMENTVM.

Testamentū quando fit in mari, vel alicuius Provinciae portu, conficiendum est prævijs solemnitatibus, quæ ex ipsius Regionis adiacentis legibus, aut consuetudinibus requiruntur. Hinc detegitur lapsus Bal. de class. nu. 28. fol. 177.

Nisi Princeps illius Regionis, vel Populi illi essent Barbari, & à nostra Religione abhorrentes: quia tunc de eorū ll. aut moribus non est curandū, ibid. nu. 30. fol. 178.

Vel quando notitia non haberetur illius consuetudinis, vel legis illius regionis; nam tunc sufficeret testari secundum iuris gentium dispositionem, ibidem nu. 31.

Amplius limita, quando ageretur de illis solemnitatibus, quæ respiciunt personam testatoris; non autem formam testandi e.g. filius ex lege municipali sua patria potest testari de bonis

I N D E X.

maternis, prout viget hic Neap. si te-
stetur in portu, vel Ciuitate alterius
ditionis, ubi ius ciuile seruetur, utiq;
valebit hoc testamentum ex communi
DD. traditione, quam Sacr. Conf. ap-
probauit, existente D. Authore causæ
Commissario, ibid. nu. 32. cum seq.
Sed quid iuris sit respectu bonorum pos-
torum extra loca, in quibus prefata
testandi consuetudo viget, ibidem
remissiuè.

*V*iterius restringe id, quod supra dixi-
mus in Mercatoribus, & alijs nau-
gantibus; non autē in remigibus, Na-
uarchis, ceterisq; classiarīs: bi enim
ubique reperiuntur, iure militari
testantur ex omnium Interp. senten-
tia, ibid. nu. 34. fol. 179.

Ceterum inter eosdem Scribent. questio
suborta est, an testamenta condita à
Classiarīs iure militari, iuribus sub-
sistant, si postea deceaserint, postquam
desierunt esse tales. In obiecta contro-
uersia due referuntur opiniones in-
ter se pugnantes, & ultima, quæ est
affirmativa, habet, omni tempore va-
lere; sicuti ea, quæ tempore pestis,
aut belli conficiuntur, quæ adhuc per-
durant bello expleto, vel peste ceſſan-
te, ibid. nu. 35.

*Vid. in verb. alimenta, classicus in
fn. I. sol. donatio dominica, legatum,
substitutio.*

T E S T I S.

Vid. in verb. apoca, substitutio.

TRACT ARV M IVS.

Vide in verb. Baro.

TRANSFVGA.

Trāsfugas ubicunq; repertos tanquam
hostes licitum est interficere, de class.
nu. 112. fol. 200.

Vide, si libet, declarationem positam,
ibid. nu. 118. post med. fol. 203.

TRANSMISSIO.

Vid. in verb. legatum.

TREVGA, SEV INDVClAE.

Vid. in verb. bellum.

TRIBVTVM.

Tributa, ac vectigalia Principi preſtan-
tur primò, ut se, suosq; cum dignitate,
ac splendore decenti alat. Deinde ut
Populos ab hostibus armis tueatur, &
à domesticis iniurijs legibus, ac iudi-
cij defendat ex nobibili, & eleganti
D. August. sententia, de fil. Offic. nu.
108. fol. 300.

*Vid. in verb. abolitio, apoca, ve-
ctigal.*

TVRCA.

Turcæ à summo Pontifice assecurati nō
poſſunt ab aliquo Christiano Princi-
pe capi in portu Anchonitano, vel in
ditione Rom. Pont. ex D. Lan. reſpon-
ſo, cui in magis arduo, & dubio caſu
ſubnec̄titur alterum Hug. reſponſum
obuallatum authoritate rei iudicatæ
per supremum Aragonēſe Confilium,
de class. nu. 113. fol. 200.

Vid. in verb. bellum.

TVTELA, & TVTOR.

Quò ad tutelæ excusationem patri pro-
dest filia monialis in Monasterio de-
gens; quemadmodum filij in belti acie
amissi ex D. de Franch. decis. que re-
cenſetur, de decur. nu. 38. fol. 141.

Tutor in caſu absentiæ datus perdurat e-
tiam in caſu mortis, & ibi de ratione,
de decur. nu. 55. fol. 153.

Tutor, vel procurator ſui pupilli, vel
principalis commodum attendere, &
proſpicere tenetur, de class. num. 56.
fol. 185.

Tutor quamuis poſſit propriam utilita-
tem anteferre pupilli commodo; id ta-
mèn obtinet, quando bona fide id agit,
ſecus quando ex re ordinata ad pupil-
li utilitatem, ſibi, & non pupillo ac-
quirit; nam tunc ad intereffe tene-
tu, ibidem.

*Vid. in verb. legatum, mandatum,
munus, pignus, substitutio.*

VAlenzuela Velazquez apud Ca-
tholicam Maiestatē meritisſimus
Regens sapientissimus pariter, ac in-
tegerrimus condignis laudibus à D.
Authore cumulatus, in tit. de class.

numer.

INDEX.

numer. 93. fol. 194.

VASALLVS.

Vasalli Baronis non possunt proprio vocabulo dici subditi regij, pœn. fisc. cre. præf. l. 1. nu. 94. fol. 78.

Vasallus, qui Domino opere prestatare tenetur bellum gerenti in eius Regno, tenetur etiam seruire in bello, quod geritur in mari propinquo: ex quo mare est de iurisdictione, ac territorio Terra adiacentis, de class. num. 36. fol. 179.

Vasalli extra Regnum seruire tenentur, quando bellum est suscepsum pro tutione, & defensione ipsius Regni, vel aliorum Regnorum eiusdem Principis ex decisione And. & aliorum, qui recensentur, ibid. nu. 156. fol. 216.

Quam tamen traditionem declarat, ut nu. 161. fol. 217.

Vasalli cum alijs confederationes, ac fœdus inire non possunt absq; Principis beneplacito, vt arm. us. nu. 22. f. 229.

Vasallus an possit absque suis Principis permissione sub alio Christiano Domino stipendia merere? In proposita questione affirmat Greg. Lop. dummodo in nullo noceat suo Regi, aut Regno, adneccens idem esse permisum, etiam sub Principe inimico sui Domini; in bello tamen contra alium Principem; sed subsiste: nam traditio quo ad hoc ultimum caput reuocatur in dubium non infirmis rationibus, quæ recensentur, ibid. nu. 24. cum seqq.

Vasallus unius potest alteri se obligare quo ad obligationem personalem, & non vasallaticam, & realem secundū Bal. ibid. nu. 25.

Homines mei non possunt me inuitio se subijcere alteri secundum Felyn. ibid.

Vasallus potest morari cū inimicis Domini, si nihil contra ipsum machineatur, vel ei noceat, ibid. nu. 26.

Vasallus quidam Hispanus nobilis prudenter se gessit, dum renuit acceptare feudum sibi donatum à Sereniss. Duce Sabaudie absq; Potestissimi Regis li-

centia, qui eam impertitus fuit prævia consultatione supremi Cōsilij Italicī, ibid. nu. 27.

Vasallus duorum quis esse potest; sed nequit hoc facere inscio, vel inuito Domino suo, cuius est vasallus ligius, ibid.

Vasalli Burgenses in hoc Regno vocantur, qui nihil à Domino habent; sed ratione incolatus sunt illius subditi, hi ratione Terra, aeris, & aquæ tenetur iuramento fidelitatis, ex cuius iuramenti obligatione sunt adstricti ad omnia contenta in illius Sacramenti forma, ibid. nu. 27. cum seq.

Vid. in verb. Baro, dominium, Princeps.

VECTIGAL.

Vectigal Dobanae pecudum Apuliæ in mensē Aprilis à Pastoribus exigitur, de fil. Offic. nu. vlt. fol. 311.

Vid. in verb. abolitio, donatio dominica, Princeps, tributum.

VENATIO.

Venationis, ac aucupij præda in alieno agro etiam inuito domino capientibus acquiritur, de class. nu. 111. fol. 200.

Cöpetit tamen Domino ipsius agri actio iniuriarum, ibid. nu. 120. fol. 204.

Quinimò etiam si fuerit capta in loco à Principe prohibito, adhuc fiet capientium; qui tamen incident in pœnam in edicto positam iuxta frequetiorum Scribentium sententiam, ibid. nu. 12. & 27. fol. 205.

Quod obtinet, etiam si à lege municipali, prout est in Hispan. caueretur, esse agri Domino feras assignandas: nam poterit venator ante cödemnationem licet aues, & feras retinere; & si quis ab eo emerit, nullius culpe erit reus, ibid. nu. 122.

VENDITIO.

Regula iuris est, neminem inuitum compelli vendere rem suam, cui non abs milis est illa, quæ est in ore omnium, quod nostrum est absque facto nostro à nobis auferri non potest, de vend. rer. fisc. l. 1. in princ. fol. 15.

Vendi

INDEX.

Vendi solet melius, et commodius res integræ, quam ipsius portio, ibid. nu. 5. fol. 16.

Vendi non potest res fiscalis habita fide de pretio; sed presenti pecunia, & idem ius obtinet, si distrabatur res fisci cum priuato communis: nam secundum Bar. debet celebrari cum eisdem solemnitatibus, quibus fieret, si res integræ esset fisci, ibid. nu. 69. fol. 35.

Vera est communis Scribentium sententia, nedum pro amplianda, verum etiam pro construenda noua Ecclesia compelli posse dominum ad vendendū solum proprium, pro qua recensentur sexcenta DD. autoritates, num. 89. fol. 42.

Cuius occasione obiter adnectitur notabile dictum Lambert. tradentis, consocium hoc casu compelli ad vendendū; attamen si sponte vendat, omnes socios esse patronos; sin autem inuitus alienet, patronatum non habere; super hoc tamen enunciato non insistit D. Author in perquirēdo, an redoleat, & sapiat veritatem, ne instituta oratio, & disputatio extra materiam, vagetur, ibid. fol. 43.

In venditione quid venerit, ex qualitate pretij arguitur, de fil. Offic. nu. 131. fol. 305.

Vid. in verb. abolitio, fiscus, gabela, socius.

VENETIAE.

Vide in verb. Insula.

VERBUM.

Verbum (forma) de quo in l. I. de vend. rer. fisc. quid præferat, & indicet? ex nostratisbus aliqui interpretati sunt esse constitutionem iuris. Alij rescriptum extra iuris corpus. Non nulli, & verius opinantur esse modū ab ipsa constitutione inductum, d. l. I. nu. 4. fol. 16.

Pertinere verbum latius patet, de vend. rer. fisc. l. I. nu. 20. fol. 18. & nu. 32. fol. 21. & nu. 50. & 52. fol. 28. & 29.

Verbum, ad instar, est nota, quæ impro-

prietatem significat, ibid. nu. 43. f. 26. *Distrabere* verbum licet propriè acceptū venditionē importet, nibilominus ad pignorationem quoque refertur, ibid. nu. 62. fol. 33.

Verbum, optio, uti equiuocum latius patet, & varias habet significationes, recensenturq; multe ll. de eo mentionem facientes, de apoch. publ. nu. 3. fol. 130.

Verbum (incensiti) secundum Accurs. quid significet, & quid secundū Pancir. & quid secundū Pennen. de class. nu. 40. fol. 180.

Verbum, disponendi, magis ultimis, quā inter viuos voluntatibus conuenit, & adaptatur, de fil. Off. nu. 49. fol. 283.

Verba, cuilibet ipsorum, disiungunt potius, quam coniungunt ex Bar. traditione, quæ est roborata auctoritate rei iudicata, ut recensetur, ibid. nu. 75. cum seq. fol. 291.

Verbum (in perpetuum) interpretari potest duobus modis, de quibus ibidem nu. 89. fol. 295.

Item intelligitur durante vita concessionali, quando alias deuiaremus à natura rei concessæ, ibid. nu. 136. f. 306.

Dictio (super) importat hypothecam, quando demonstrationis causa corpus non fuit designatum, quod ex verborū serie colligitur, ibid. num. 113. cum seq. fol. 301.

VESTES.

Vestes holoberæ, quæ sint, variatum est inter Scribentes, de vest. holob. nu. 1. 2. & 3. fol. 163.

Vestium prædictarum cōfēctio ad priuatō usus, & earum delatio omnibus interdicitur Principe excepto, ibidem num. 4.

Vestes proprias habet Principes suæ Maiestati conuenientes, licet totum hoc mirum in modum contempserint aliqui relati, ibid. nu. 5. & 6.

Vestes huiusmodi prohibite sunt pluribus de causis, & rationibus, quæ commemorantur, ibid. nu. 7.

Vestes prohibite, nec etiam domi possunt

defer-

I N D E X.

deferri. Excipe ante faetas, nisi expressè sit earū facta interdictio, ibid. nu. 10. cum seq.

Vestes prohibitas deferens, non dicitur propriè delinquere; sed abuti, & super bac contrauentione criminaliter intentata auditur per procuratorem, licet in alijs iudicij criminalibus regula militet in contrarium, ibid. nu. 12. cum seq.

Vestes alicui dignitati conuenientes ab alijs non sunt usurpanda. Inde fit, nec Clericum posse deferre vestimenta, aut ornamenta Episcopalia, nec scholarem insignia Doctorū, ibid. nu. 14.

Vestes sacro murice intinctas nemo habere potest, nisi Princeps, qui pariter solus vtitur sacro enchausto, ac sacri muricis intinctione, ibid. n. 16 f. 165. As de consuetudine istæ ll. prohibituæ bodie non seruantur: idcirco de novo statuendum eßet, quicquid Princeps seruari veller, ibid. nu. vlt.

Vid. in verb. legatum, statutum.

VICARIVS.

Vicariorum species secundum Card. sunt quatuor, de quibus remissiæ, de class. nu. 105. fol. 198.

Vicarius à Principe constitutus gaudet omnibus prærogatiis, quibus ipse principalis gauderet, ibid. num. 104. circ. fin. & nu. seq.

Vid. in verb. prelatio, substitutio.

VIS PVBLICA.

Vide. in verb. bellum.

VNIVERSITAS.

Vniuerstates Regni pendunt usuras ad rationem ducatorum septem pro singulis centum, de fisc. usur. nu. 32. & 33. fol. 123.

Vniuerstates Regni, quæ ex consuetudine singulis annis tenentur Baroni ex ciuibus tres nominare, quorum postea Baro unum elit in Aerarium, qui in redditiane computorum reperiatur non soluendo, administrationis perculum substituere debent, & ita infra contingentia per Sacr. Conf. iudi-

catum refert Gizzarell. de decur. nu. 59. cum seqq. fol. 154.

Idem dicendum est de Sindicis, qui ab Vniueritate pro regi's seruitiis eliguntur, & tributa, & collectas, quæ Regi debentur, exigunt, & conseruant, ut ad ipsam Vniuerstatem administrationis periculum spectet. Idque procedit etiā in Camerarys, & Collectoribus pro seruitio Baronis ab Vniueritate electis secundum Capyc. ibid. nu. 62. fol. 155.

Vid. in verb. Ecclesia, insinuatio, immunitas, officium, substitutio.

V O T V M.

Vid. unum verbum in dictione substitutio.

V SVCAPIC.

Vscapio mobiliū triennio expletur iuxta legis præscriptum, introductaq; fuit in odium, & detrimentum negligenter, de apoch. publ. l. 3. nu. 7. fol. 130.

V SV R A.

Vsuræ vtroq; iure, Cesareo, & Cesarico bodie prohibitæ reperiuntur, & ideo dicuntur crimen mixti fori, pæn. fisc. cred. pref. l. 1. nu. 15. fol. 53.

In qua materia elegans proponitur questione, excitata, & resoluta prius per Bertazz. & Cephal. in quadam facti figura, quorū consilia postea refelluntur, & confutantur, admissa uti ve- riiori cōtraria Pereg. opinione, nu. cod. & anteced.

Vsuræ morosæ. i. quæ ob moram debetur omni iure, Cesareo, Pontificio, ac diuino exigi possunt ex omnium sententia, quicquid dixerit Pereg. vir alioquin doctissimus, dum censuit huiusmodi usuras nouissimo iure fuisse inhibitas, ac peti non posse nec à fisco, neque à priuato. Nam ille duntaxat usuræ sunt prohibita, que luoratiæ appellantur, ac improbum fœnus verè dici possunt; non autē quæ in emendatione, & refctionem damni, ac eius, quod alterius interest, compensatio ne præstantur, prout sunt supra me-

morata

I N D E X.

- morata, num. 160. fol. 111.*
- Vsura apud Latinos, & eruditos Scriptores cuiuscunque rei usum designat. Hinc Plaut. uxore usurariam dixit pro usuaria, id est qua quis pro uxore utitur, de fisc. usur. in princ. fol. 118.*
- Vsura nomine aliquando id designatur, quod ex usu alicuius rei tanquam fructus accrescit iuxta illud Cicer. Terra nunquam sine usura reddit, quod accipit, ibid.*
- Vsura ex communi loquendi usu dicitur questus, siue lucrum, aut incrementum, quod ex mutuo, siue ex vi mutui intenditur, vel recipitur supra id, quod mutuo datum est, ibid. nu. 2.*
- Dicitur usura ab usu, & cultura à cultu, & mercatura à mercatu, & alio vocabulo appellari solet fenus, quasi fetus, partus, ac fructus rei mutuo data. Quamvis alijs deducant fenus à fundo, vel à verbo fero, quae denominationes, & deriuationes, & alia remissiue ponuntur, ibid. nu. 3. & 4.*
- Vsura maxima, & grauissima est centesima. Quæ tamen ista sit, non est uniformis, & concors DD. sententia; ex Alciato tamen acerrimo rerum, & verborum indagatore, quæ subsequitus est D. de Franch. est ad rationem 12. pro centenario, ibid. nu. 5.*
- Vsuram ultra centesimam nemini licet exigere, aut stipulari, idcirco recte dicebatur maxima, ibid. nu. 6. fol. 119.*
- Vsura grauissime fuerunt constituta in traiectitijs pecunij ob negocij periculum; non tamen centesimam excedere poterant, ibid.*
- Vsura ex Iustin. constit. aliae dicuntur trientes, aliae semisses, aliae besses, & secundum Bud. ita denominantur habito respectu ad centesimam, quæ constituit assens usurarium, ibid. nu. 7.*
- Vsura semisses dicuntur fiscales: quia ad hanc ratione fisco præstantur, ibid. num. 8.*
- Vsura in contractibus bona fidei præstatur iuxta morem Regionis, in qua contractum est, dummodo besses, aut semisses nō excedant personarum habito respectu, ibid.*
- Vsura si ex more Civitatis minores debentur, quam besses, vel semisses, illæ erunt præstandæ, excepto fisco: nam illi semper semisses præstantur, ibid. num. 9.*
- In usuraru materia, siue fiscus pro usurris agat, siue conueniatur, ut reus, nō gaudet iure singulari; sed utitur iure priuato, ibid. nu. 10. cum seqq.*
- Vsuras soluere fiscalis debitor ex causa pœnae sibi impositæ in mora constitutus nequaquam compellitur, ea postissimum ratione: quia sicut usuræ usurarum non debentur propter quædam equitatem; sic eadem suadet non deberi pœnarū usuram, quippe quæ certo modo pœna est, & aequitas non patitur, pœnam pœnæ adiici, & ideo pœnarum usuræ non debensur, ibidem nu. 12. cum seqq. fol. 120.*
- Commemoratum axioma obtinet tam in pœna legali ab ipsa lege constituta pro fisco, quam in conuentionali eidem promissa, ibid. nu. 15.*
- Hinc in facti contingētia deducebat D. Author, vsuras duplicati releui non deberi: quia duplicatio illa pœna erat, ibidem.*
- Vsuras pœnarum non deberi in mera pœna intelligendum est, veluti quando ex una parte est lucrum, & ex altera damnum; secus verò si interesset illius, cui præstanta est, licet sit pœna quæ ad soluentem: nam eo casu licite exigi possunt secundum Rebuff traditionem frequentius receptam, ibidem num. 16.*
- Vsura ad fisci fauorem in omnibus bone fidei contractibus, & ultimis voluntatibus currunt re ipsa absque protectione, vel interpellatione per tex. in l. 3. C. in quib. caus. restit. in integr. non est necessaria, qui licet loquatur de minore, fuit tamen recte extensus in fisco, Ecclesia, Republica, alijsq; lo-*

INDEX.

eis priuilegiis propter illorum qui parationem, ibid. nu. 17. et seqq.
Declarata, quando Fisci, Ecclesie, Ciuitatis, & ceterorumq; miserabilium debitores legitimam habent personam, cui soluere possent, alias secus iuxta commune DD. placitum, quod Sac. Conf. approbavit ex D. de Franch. testimonio, ibid. nu. 19. fol. 121.

Vsuras prestare debet fiscus, quando fuerit priuato, qui eas soluebat, & si priuilegiatus succedens priuato, utitur iure priuati, ibid. nu. 21.

Obserua modò traditionem hanc esse intelligendam pro tempore præterito, non autem pro futuro: quia tunc priuilegiatus successor priuati utetur suo priuilegio, ibid. nu. 22.

Hinc vsuras semiſſes cogendi sunt prestare debitores, postquam à priuato transferunt ad fiscum, quamvis antea minores preſtabant priuato, ibid. nu. 22. fol. 122. & nu. 31. fol. 123.

Vsuras ultra modum debitas fiscus, siue ipſe stipulatus eas fuerit, siue alter, cui ipſe successit, exigere non potest, ibid. nu. 30. fol. 123.

Vsuras semiſſes preſtat fiscus, etiam si existat successor soluentis maiores. Et in hoc Regno constitutum est, ipsum non soluere, nisi septem pro quolibet centenario, & si eius prædecessor præſiterit maiores, ipſe non soluet, nisi fiscus scales, ibid. nu. 32.

Vsurarum modum potest Princeps constituere, dummodo non transgrediatur limites à sacris Canonibus præfixos.

Idque procedit etiam quod ad contractus perfectos, & absolutos, ut possit vsuras in eis conuētas limitare Reip. utilitate ſic expofcente, ibid. nu. 33. fol. 124.

Vſura committitur in mutuo, quādo inter datum, & receptum adest in equalitas, ut plus restituat debitor, vel soluat, quam sit ei à creditore traditum, ibid. nu. 41. fol. 126.

Vſurarum preſtatio per longum tempus id preſtat, ut preſumatur, iusta cauſa

præcessisse; & si non probetur, quod eft verum, & ita procedere DD. intelligunt, quando omnes solutiones singulis annis ſeparatim facte fuerint; ſecundū ſi unica appareret ſolutio facta pro decem annis præteritis: hoc enim cauſa commemorata præsumptio ceſaret excommuni Scrib. ſchola, de apoc. publ. l. 3. nu. 12. fol. 131.

Vid. in verb. censuſ ſificuſ paulo ante fin. pœna. Vniuersitas.

VVS COM. LOQVENS.

Vide in verb. Statutuſ.

VVS FRVCTVS.

Vſusfructus portiovis instar obtinet. Eſt ius, quod proprietati famulatur, & habet ſe, uti accidens quodam, ſicut & reliquæ ſeruenteſ omnes. Eſtque quodam forma corraptibilis, que de facili reuertitur ad proprietatem ex eleganti Bal. doctrina, que recenſetur de vend. rer. fisc. l. 1. num. 42. & 43. fol. 25. cum seqq.

Vſusfructuarius non utitur beneficio retractus, quo in Hispanijs gaudet habens rem cū alio cōmune, dum diſtrahit, & hoc ea ratione: quia vſusfructuarius non eſt consors, nec ſocius in dominio, ita docuerunt non nulli DD. Hispani. quām maximè authoratis, quos referēdo ſequitur D. Author, ibid. nu. 43. cum seqq. fol. 26.

Vſusfructuarius an dicatur Dominus, maxima eft inter Scribentes controverſia, & ad eam pertinent duo Paul. Iurecuns. reſponſa, que velitari quodammodo, & configere inter ſe videtur, pro cuius antinomia, & diſſidi cōpoſitione recenſentur nō nullæ DL ſolutiones, ibid. num. 46. cum seqq. fol. eadem.

Vid. in verb. donatio dominica, Princeps, ſeruus.

V X O R.

Vid. in verb. donatio, emptio, filius in fin. fiscus, maritus.

F I N I S.

In aliquibus Codicibus infra scripta menda irrepererunt in Indice,
quæ sic erunt corrigenda.

VERB.	COL.	LIN.	ERR.	CORR.
arm. vſ.		4	qua-	quadret
		9	tenentur	teneatur
bellum		6	vſus vt.	vt vſus
classicus	8	14	quidlibet	quilibet
	9	37	exemptum	exemplum
collatio	1	36	huius	huiusmodi
donator	2	45	à publicationem	si publicationem
donat. dom.	4	42	iure iure	iure
fiscus	3	2	élégit	eligit
		pen.	immunitatem	immanitatem
	10	42	delinquentibus	delinquentis
	12	27	matrimonij	matrimonio
mare	2	3	territorio	territorium
miles	3	14	miles	militem
prælatio	3	3	fol. 351.	fol. 251.
salaryum	1	27	qui	quod
tutela in fin.			tenetu.	tenetur
territorium	2	vers. vid.		

Ista remissio est collocanda in fin. huius dictionis ante verb. testamentum,



